filij abrahe quē pepit ei agar egiptia famula sare: ⁊ hec nomina filiorū eiꝰ in vocabulis ⁊ generationibus suis. Primogenitus ysmahelis nabaioth: deinde cedar ⁊ abdehel ⁊ mabsam mal-ma quoq; et duma et massa adad ⁊ thema ⁊ ithur ⁊ naphis ⁊ cedma. Isti sunt filij ysmahel: et hec nomina per castella ⁊ oppida eoꝝ duodecim principes tribuū suaꝝ. Et facti sūt anni vite ysmahelis centū triginta septē: deficiēsq; mortuus est et appositus ad populū. Habitauit autem ab euila usq; sur: q̄ respicit egiptū intro eūtibus assirios. Coram cūctis fratribꝫ suis obiit. Hec q̄ sunt generationes ysaac filij abrahā. Abraham genuit ysaac. Qui cū quadraginta esset annoꝝ: duxit uxorem rebeccam filiā bathuelis syri de mesopotamia sororē laban. Deprecatusq; ē ysaac dñm pro uxore sua: eo q̄ esset sterilis. Qui exaudiuit eū ⁊ dedit conceptū rebecce: sed collidebant̄ in utero eiꝰ gemuli. Que ait. Si sic michi futuꝝ erat: q̄d necesse fuit cōcipere? Perrexitq; ut cōsuleret dñm. Qui rñdens ait. Due gētes sūt in utero tuo ⁊ duo pōli ex ventre tuo dividentē: populusq; populū superabit: ⁊ maior seruiet minori. Iam tēpus pariēdi aduenerat: ⁊ ecce gemini in utero eius reperti sunt. Qui p̄mꝰ egressus est rufus erat ⁊ totus in morem pellis hispidus: vocatūq; est nomē eius esau. Protinus alter egrediēs plantā fratris tenebat manu: ⁊ idcirco appellauit eum iacob. Sexagenarius erat ysaac quādo nati sunt parvuli. Quibꝫ adultis factus ē esau vir gnarus venādi et homo agricola: iacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis. Ysaac amabat esau eo q̄ de venationibꝫ illiꝰ vesceretur: et rebecca diligebat iacob. Coxit autem iacob pulmentū. Ad quē cū venisset esau de agro lassus ait. Da michi de cocta hac rufa: quia oppido lassus sum. Quāobrem vocatū ē nomē eiꝰ edom. Cui dixit iacob. Vende michi primogenita tua. Ille rñdit. Ecce morior. Quid michi p̄derit p̄mogenita? Ait iacob. Jura ergo michi. Juravit ei esau ⁊ vēdidit p̄mogenita: et sic accepto pane ⁊ lentis edulio comedit ⁊ bibit ⁊ abiit: quippē ēs q̄ p̄mogenita vendidisset.

Terra autem fame super terrā post eam sterilitatē que acciderat in diebꝫ abrahā: abiit ysaac ad abimelech regē palestinoꝝ in gerara. Apparuitq; ei dñs et ait. Ne descendas in egiptū: sed quiesce in terra quā dixero tibi ⁊ peregrinare in ea: ero q̄ tecū ⁊ benedicā tibi. Tibi enī et semini tuo dabo univ̄sas regiones has complēs iuramentū quod spopondi abrahā p̄ri tuo: et multiplicabo semen tuum sicut stellas celi. Dabo q̄ posteris tuis univ̄sas regiones has: ⁊ benedicent̄ in semine tuo omnes gētes ire: eo q̄ obedierit abraham voci mee ⁊ custodierit p̄cepta mea: ⁊ mādata mea et cerimonias legesq; servauerit. Mansit itaq; ysaac in gerari. Qui cū interrogaret̄ a viris loci illius sup uxore sua respōdit. Soror mea ē. Timuerat enim cōfiteri q̄ sibi esset sociata coniugio: reputans ne forte interficerēt eū p̄pter illius pulchritudinē. Cūq; p̄transissent dies plurimi ⁊ ibidē moraret̄ prospiciēs abimelech rex palestinoꝝ per fenestrā vidit eū iocantē cū rebecca uxore sua: ⁊ accersito eo ait. Perspicuū est q̄ uxor tua sit. Cur mentitus es eam sororē tuam esse? Rñdit. Timui ne morerer

propter eā. Dixitq; abimelech. Quare
impoluiſti nobis? Potuit coire quiſ-
piam de populo cum uxore tua: & in-
duxeras ſup nos grande pcm̄. Prece-
pitq; omni plo dicens. Qui tetigerit
hominis hui⁹ uxorē morte morietur.
Seuit aut̄ yſaac ī terra illa: & inuenit
in ipſo anno centuplū. Benedixitq; ei
deus. & locupletat⁹ ē homo: & ibat pfici-
ens atq; ſuccreſcens. donec magnus
uehementē effectus eſt: habuitq; poſſeſſi-
ones ouiū & armentoꝝ & familie plu-
rimū. Ob hoc inuidentes ei paleſtini-
onēs puteos quos foderāt ſerui pris
illius abraham. illo tpe obſtruxerunt
implentes humo: minatuq; ut ipe abi-
melech diceret ad yſaac. Recede a nobis:
quō potentior nobis factus es valde.
Et ille diſcedens ut uenīret ad torrentē
gerare habitaretq; ibi: rurſum fodit
alios puteos. quos foderāt ſerui pris
ſui abrahā: & quos illo mortuo olim
obſtruxerāt philiſtiim. Appellauitq;
eos eiſdem nominibus: q̄bs ante pater
uocauerat. Foderuntq; in torrente. et
repererūt aq̄m uiuā. Sed & ibi iurgiū
fuit paſtoꝝ gerare. aduerſus paſtores
yſaac dicentiū. Noſtra ē aqua. Quā
obrem nomen putei ex eo q̄d acciderat
uocauit calumniā. Foderunt aut̄ et
aliū: & pro illo q; rixati ſūt: appellauit
q; eū inimicitias. Profect⁹ inde fodit
alium putei: pro quo nō contenderūt.
Itaq; uocauit nomen eius latitudo
dicens. Nunc dilatauit nos dñs: et
fecit creſcere ſup terrā. Aſcendit aut̄ ex
illo loco ī berſabee: ubi apparuit ei do-
minus in ipa nocte dicens. Ego ſum
deus abraham pris tui. Noli timere:
quia ego tecū ſum. Benedicam tibi et
mltiplicabo ſemē tuū: ꝓpter ſeruū meū
abraham. Itaq; edificauit ibi altare
dño: et inuocato noīe dñi extendit ta-
bernacl̄m: ꝓcepitq; ſuis ſuis ut foderēt
puteū. Ad quē locū cū uenīſſet de gera-
ris. abimelech et ochozath amīci illi⁹
& phicol dux militū: locutus eſt yſaac.
Quid uenīſtis ad me hoīem quē odi-
ſtis: & expuliſtis a uobis? Qui reſpon-
derūt. Vidim⁹ tecū eſſe dñm: & idcirco
nos diximꝰ. Sit iuramentū inter nos.
et meam⁹ fedus. ut nō facias nobis
quicq; mali: ſicut et nos nichil tuor
attigim⁹. nec fecim⁹ q̄d te lederet: ſed cū
pace dimiſim⁹ auctū bñdictione dñi.
Fecit ergo eis cōuiuiū. Et poſt cibū &
potum ſurgētes mane. iurauerūt ſibi
mutuo: dimiſitq; eos yſaac pacifice ī
locū ſuū. Ecce aut̄ uenerūt in ipo die
ſui yſaac: ānunciātes ei de puteo quē
foderāt. atq; dicētes. Inuenim⁹ aquā.
Vnde appellauit eum abundantiā. et
nomē urbis impoſitū ē berſabee. uſq;
in pſentem diem. Esau uero quadra-
genarius duxit uxores duas: iudith
filiā beeri ethei. & baſemath filiā elon
eiuſdem loci: que ambe offenderant
animum yſaac et rebecce.

Xvm

Senuit aut̄ yſaac & caligauerunt
oculi eius. et uidere non poterat:
uocauitq; eſau filiū ſuū maiorem: et
dixit ei. Fili mi. Qui rndit. Adſū. Cui
pater. Vides inq̄t q̄ ſenuerim: & igno-
rem diem mortis mee. Sume arma
tua. & pharetrā & arcū: & egredere foras.
Cumq; uenatu aliquid apphenderis.
fac michi inde pulmentum ſicut uelle
me noſti: & affer ut comedam: et bene-
dicat tibi anima mea anteq; moriar.
Hō cū audiſſet rebecca. & ille abiſſet in
agrū ut iuſſionē patris impleret: dixit
filio ſuo iacob. Audiui patē tuū lo-
quentem cū eſau fratre tuo: & dicentē ei.
Affer michi de uenatione tua. & fac cibꝰ

ut comedã: et benedicã tibi corã dño
ãteq; moriar. Sũc ergo fili mi acqui-
esce consilijs meis: ⁊ pgens ad gregẽ
affer michi duos hedos optimos: ut
faciã ex eis escas patri tuo: quibꝫ liben-
ter vescatur: quas cũ intuleris et come-
derit: benedicat tibi prius qꝫ moriat.
Cui ille rñdit. Scio q̃ esau frater me-
us homo pilosus sit: et ego lenis. Si
attrectauerit me pater meus et senserit:
timeo ne putet sibi voluisse me illudẽ:
et inducat super me maledictionẽ pro
bñdictione. Ad quẽ mater: in me sit
ait ista maledictio fili mi: tantũ audi
vocẽ meã: ⁊ pgens affer q̃ dixi. Abiit ⁊
attulit: deditq; matri. Parauit illa
cibos sicut velle nouerat prẽ illius:
et vestibꝫ esau valde bonis: q̃s apud
se habebat domi induit ẽ: pelliculasq;
hedoꝝ circũdedit manibꝫ: ⁊ colli nuda
protexit. Deditq; pulmentũ: ⁊ panes
quos coxerat tradidit. Quibꝫ illatis:
dixit. Pater mi. At ille rñdit. Au-
dio. Quis es tu fili mi? Dixitq; iacob.
Ego sum pmogenit9 tuus esau. Feci
sicut pcepisti michi. Surge: sede ⁊
comede: de venatõe mea: ut benedi-
cat michi aia tua. Rursũq; ysaac ad
filiũ suũ. Quõ inquit tã cito inuenire
potuisti fili mi? Qui rñdit. Voluntas
dei fuit: ut cito occurreret michi qd vo-
lebam. Dixitq; ysaac. Accede ad me
huc ut tangam te fili mi: ⁊ pbem utrũ
tu sis filius meus esau an nõ. Accessit
ille ad patrẽ: ⁊ palpato eo: dixit ysaac.
Vox quidẽ: vox iacob est: sed manus
manus sunt esau. Et non cognouit
eũ: qa pilose manꝰ similitudine ma-
ioris expressерãt. Benedicens ergo illi
ait. Tu es filius meus esau? Rñdit. Ego
sum. At ille affer inquit michi cibos
de venatione tua fili mi: ut benedicat
tibi anima mea. Quos cum oblatos
comedisset: obtulit ei etiã vinũ. Quo
hausto: dixit ad eũ. Accede ad me: et
da michi osculum fili mi. Accessit: ⁊ oscu-
latus eũ. Statiq; ut sensit vestimento-
rum ei9 fragrantiã benedicens illi ait.
Ecce odor filij mei: sicut odor agri ple-
ni: cui benedixit dñs. Det tibi deus de
rore celi: et de pinguedine terre ĩ abun-
dantiã frumẽti: vini ⁊ olei: et seruient
tibi ppli: ⁊ adorent te tribus. Esto dñs
fratrũ tuoꝝ: ⁊ incuruentur ante te filij
matris tue. Qui maledixerit tibi: sit ille
maledictus: ⁊ qui benedixerit tibi bene-
dictionibꝫ repleat. Vix ysaac sermonẽ
impleuerat: et egresso iacob foras: ve-
nit esau: coctoq; de venatione cibos
intulit patri dicens. Surge pater mi:
⁊ comede de venatõe filij tui: ut bene-
dicat michi aia tua. Dixitq; illi ysaac.
Quis enim es tu? Qui rñdit. Ego sum
filius tu9 primogenit9 esau. Expauit
ysaac stupore vehemẽti: ⁊ ultra qꝫ credi
potest admiras ait. Quis igit ille est
qui dudũ raptam venatiõnẽ attulit
michi: ⁊ comedi ex omnibꝫ priusqꝫ tu
venires? Benedixiq; ei: ⁊ erit bñdictus.
Audito esau sermonibꝫ patris irrugit
clamore magno: et cõsternat9 ait. Be-
nedic etiã et michi pater mi. Qui ait.
Venit germanus tuus fraudulenter: et
accepit bñdictionẽ tuã. At ille ibñ ait.
Iuste vocatũ est nomẽ ei9 iacob. Sup-
plantauit enim me: en altera vice. Pri-
mogenita mea ante tulit: et nũc ecce
surripuit bñdictionem meã. Rursũq;
ad patrẽ: nũquid non reseruasti ait ⁊
michi benedictionẽ? Rñdit ysaac. Do-
minũ tuũ illũ constitui: ⁊ omnes frater
eius tuos iuuenes ei9 ibi subiugaui. Frumẽto et
vino ⁊ oleo stabiliui eũ: ⁊ tibi post hec
fili mi: vltra qd faciã? Cui esau: num

unā inquit tantū benedictionē habes
pater? Michi q; obsecro ut benedicas.
Cumq; eiulatu magno fleret: motus
ysaac dixit ad eū. In pinguedine terre
et in rore celi desup erit benedictio tua.
Viues in gladio: et fratri tuo seruies:
tempusq; veniet: cū excutias: et solues
iugum eius de ceruicibus tuis. Oderat
ergo semp esau iacob: pro bñdictione
qua bñdixerat ei pater. Dixitq; in cor
de suo. Venient dies luctus p̄is mei:
et occidā iacob frēm meū. Nunciata
sūt hec rebecce. Que mittens et vocans
iacob filiū suū: dixit ad eū. Ecce esau
frater tuus minatur ut occidat te. Nunc
ergo fili audi vocē meā: et consurgens
fuge ad laban fratrē meum in aran:
habitabisq; cū eo dies paucos: donec
requiescat furor fratris tui: et cesset in
dignatio ei⁹: obliuiscaturq; eorū que
fecisti in eū: postea mittam: et adducā
te inde huc. Cur vtroq; orbabor filio
in uno die? Dixitq; rebecca ad ysaac.
Tedet me vite mee p̄ter filias heth. Si
acceperit iacob uxorē de stirpe huius
terre: nolo viuere. xxvm

Vocauit itaq; ysaac iacob: et bene
dixit eū: p̄cepitq; ei dicens. Non
accipere cōiugem de genere chanaan:
sed vade: et proficiscere in mesopota
miam syrie: ad domū bathuel patris
matris tue: et accipe tibi inde uxorem
de filiabus laban auūculi tui. Deus aut
omnipotēs benedicat tibi: et crescere te
faciat atq; multiplicet ut sis in turbas
pplox: et det tibi benedictiones abrahe
et semini tuo post te: ut possideas ter
ram pegrinationis tue: quā pollicit⁹
est auo tuo. Cūq; dimisisset eū ysaac:
profect⁹ quenit in mesopotamiam
syrie: ad laban filiū bathuel syri: frēm
rebecce matris sue. Videns aut esau q
benedixisset p̄ suus iacob: et misisset
eum in mesopotamiā syrie: ut inde
uxorē duceret: et q post benedictionē
p̄cepisset ei dicens: nō accipies uxorē
de filiabus chanaan: quodq; obediens
iacob parentibus suis: isset in syriam:
probans quoq; q non libenter aspi
ceret filias chanaan pater suus: iuit
ad ysmahelem: et duxit uxorem: absq;
his quas prius habebat: melech filiā
ysmahel filij abraham sororē na
baioth. Igit egressus iacob de bersa
bee: pergebat aran. Cūq; venisset ad
quendā locū: et vellet in eo requiescere
post solis occubitū: tulit de lapidibs
qui iacebant: et supponens capiti suo
dormiuit in eodem loco. Vidit q; in
somnis scalā stantē sup terrā: et cacu
men illi⁹ tangēs celū: angelos quoq;
dei ascendētes et descendētes per eam:
et dñm innixū scale dicentē sibi. Ego
sum dñs deus abraham patris tui:
et deus ysaac. Terrā in qua dormis
tibi dabo: et semini tuo: eritq; semē tuū
sicut pulvis terre. Dilataberis ad orien
tem et occidentē: et septentrionē: et meri
diem: et benedicentur in te: et in semine
tuo cūcte tribus terre. Et ecce custos tu⁹
quocūq; perrexeris: et reducā te in terrā
hanc: nec dimittam nisi compleuero
oīa que dixi. Cūq; euigilasset iacob
de somno: ait. Vere dñs est in loco isto:
et ego nesciebā. Pauensq;: ait: horribilis
est inquit: locus iste. Non est hic aliud
nisi dom⁹ dei: et porta celi. Surgens
ergo iacob mane: tulit lapidē quem
supposuerat capiti suo: et erexit in titu
lum: fundēs oleū desup. Appellauitq;
nomen urbis bethel: que prius luza
vocabat. Vouit etiā votū dicens. Si
fuerit deus mecū: et custodierit me in
via per quam ego ambulo: et dederit

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0037
powered by DWork • Heidelberg University Library

michi panē ad vescendū: & vestimentū
ad induendū: reuersusq; fuero pspere
ad domū pris mei: erit michi dns in
deū: et lapis iste quē erexi in titulū: vo-
rabit dom⁹ dei: cunctorūq; q̄ dederis
michi: decimas offerā tibi. xxix

Profect⁹ ergo iacob: venit in terrā
orientalem: et vidit puteum in
agro: tres q; greges ouiū accubantes
iuxta eū. Nam ex illo adaquabantur
pecora: & os eius grandi lapide clau-
debatur. Mos q; erat: ut cūctis ouibꝫ
congregatis euoluerent lapidē: & refecti
gregibꝫ rursum sup os putei ponerent.
Dixitq; ad pastores. Fres unde estis?
Qui rnderūt. De aran. Quos interro-
gans: nūquid ait nostis laban filiū
nachor? Dixerunt. Nouim⁹. Sanus
ne est inquit? Valet inquiunt: et ecce
rachel filia eius venit cum grege suo.
Dixitq; iacob. Adhuc multū diei su-
perest: nec est tempus ut reducant ad
caulas greges. Date ante potū ouibꝫ:
et sic eas ad pastū reducite. Qui respō-
derunt. Non possum⁹ donec omnia
pecora congregent: & amoueam⁹ lapi-
dem de ore putei ut adaquem⁹ greges.
Adhuc loquebant: & ecce rachel venie-
bat cū ouibus patris sui. Nam gregē
ipsa pascebat. Quā cū vidisset iacob:
et sciret consobrinā suā: ouesq; laban
auūculi sui: amouit lapidem quo pu-
teus claudebatur: et adaquato grege
osculat⁹ est eā. Et eleuata voce fleuit:
et indicauit ei q; frater esset pris sui: et
fili⁹ rebecce. At illa festinās nūciauit
patri suo. Qui cum audisset venisse ia-
cob filiū sororis sue: occurrit obuiā
ei: complexusq; eum: & in oscula ruens:
duxit in domū suā. Nudius autē tertius
istuc eris rndit. Os meū es: et caro
mea. Et postq; impleti sūt dies mensis

unⁱ: dixit ei. Num quia frater meus
es: gratis seruies michi? Dic quid mer-
cedis accipias. Habebat vero duas
filias. Nomē maioris lya: minor ve-
ro appellabatur rachel. Sed lya lippis
erat oculis: rachel decora facie & venusto
aspectu: q̄m diligēs iacob ait. Seruiā
tibi pro rachel filia tua minore: septē
annis. Rndit laban. Melius ē ut tibi
eam dem q; alteri viro. Mane apud
me. Seruiuit ergo iacob pro rachel se-
ptem annis: & videbant illi pauci dies
pre amoris magnitudine. Dixitq;
ad laban. Da michi uxorē meā: quia
iam tempⁱ expletū est ut ingrediar ad
illā. Qui vocatis multis amicoꝫ tur-
bis ad conuiuiū: fecit nuptias: & vespere
lyam filiā suā introduxit ad eū: dans
ancillā filie zelphā nōie. Ad quā cū
ex more iacob fuisset ingressus: facto
mane vidit lyam: et dixit ad socerū su-
um. Quid ē qđ facere voluisti? Nōne
pro rachel seruiui tibi? cur imposuisti
michi? Rndit laban. Non est in loco
nostro consuetudinis: ut minores ante
tradam⁹ ad nuptias. Imple ebdoma-
dam dieꝫ huius copule: & hanc q; dabo
tibi pro opere quo seruitur⁹ es michi
septē ānis alijs. Adquieuit placito:
& ebdomada nūptiarū facta rachel duxit uxo-
rem. Cui pater seruā balam tradiderat.
Tandēq; potiet⁹ optatis nuptijs: amo-
rem sequentis priori pretulit: seruiens
apud eū septem annis alijs. Videns
autē dominꝫ q; despicet lyam: aperuit
vuluā eius: sorore sterili pmanēte. Que
cōceptū genuit filiū: vocauitq; nomē
eius ruben dicens. Vidit dns humili-
tatem meā. Nunc amabit me vir me-
us. Rursūq; cōcepit: & peperit filiū & ait.
Quia vidit me dns habere cōtemptui:
dedit etiā istū michi. Vocauitq; nomē

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0038
powered by DWork • Heidelberg University Library

ei⁹ symeon. Concepitq; tercio ⁊ genuit
aliū filiū: dixitq;. Nunc q̄ copulabit̄
michi maritus meus: eo q̄ pepercim ei
tres filios. Et idcirco appellauit nomē
ei⁹ leui. Quarto concepit: ⁊ pepit filiū
et ait. Modo cōfitebor dño. Et ob hoc
vocauit eū iudam. Cessauitq; parere.

Cernens aut̄ rachel. quod
infecūda esset. inuidit sorori sue:
et ait marito suo. Da michi liberos:
alioquin moriar. Cui iratꝰ respōdit
iacob. Num pro deo ego sum. qui priuauit te fructu ventris tui? At illa. habeo inquit famulā balam: ingredere
ad illam ut pariat sup genua mea: ⁊
habeā ex illa filios. Deditq; illi balā
in cōiugiū. Que ingresso ad se viro:
concepit ⁊ peperit filiū. Dixitq; rachel.
Iudicauit michi dominꝰ: ⁊ exaudiuit
vocē meā deus michi filiū. Et idcirco
appellauit nomen eius dan. Rursūq;
bala concipiens pepit alterū: pro quo
ait rachel. Compauit me dñs cū sorore mea ⁊ inualui. Vocauitq; cum nephtalim. Hactēꝰ lya q̄ parere desisset:
zelpham ancillam suā marito tradidit. Que post conceptum dixit filiū
dixit. Fdicater. Et idcirco vocauit nomen eius gad. Peperit q̄; zelpha alterū:
dixitq; lya. Hoc pro beatitudine mea.
Beatā quippe me dicēt omnes mulieres. Propterea appellauit eū aser. Egressus aut̄ ruben tpe messis reperit mandragoras: quas matri lye
detulit. Dixitq; rachel. Da michi partē
de mandragoris filij tui. Illa rūdit.
Parū ne tibi videt̄ q̄ priueris maritum michi: nisi etiā mandragoras
filij mei tulerīs? Ait rachel. Dormiat
tecū hac nocte pro mandragoris filij
tui. Redeunteq; ad vesperam iacob de
agro: egressa ē in occursū ei⁹ lya. et ait.
Ad me inquit introibis: quia mercede
conduxi te pro mādragoris filij mei.
Dormiuitq; cū ea nocte illa: et exaudiuit deus p̄ces eius. Concepitq; et pepit
filiū quintū. ⁊ ait. Dedit deꝰ mercedē
michi. quia dedi ancillam meā viro
meo. Appellauitq; nomen ei⁹ ysachar.
Rursum lya ꝺcipiens pepit sextū filiū.
⁊ ait. Ditauit me deꝰ dote bona. Etiā
hac vice mecū erit maritus meꝰ: eo q̄
genuerim. ei sex filios. Et idcirco appellauit nomē eius zabulon. Post quē
pepit filiā noīe dinam. Recordatusq;
dñs rachelis. exaudiuit eam: et aperuit
vuluam eius: que ꝺcepit et pepit filiū
dicens. Ablstulit deus opprobriū meū.
Et vocauit nomē illius ioseph dicēs.
Addat michi dñs alterū. Facto aut̄
ioseph: dixit iacob socero suo. Dimitte me. ut reuertar in patriā meā et ad
terrā meā. Da michi vxores et liberos
meos p̄ quibꝰ seruiui tibi. ut abeam.
Tu vēꝰ nosti seruitutē qua seruiui tibi.
Ait ei laban. Inueniā gratiā in conspectu tuo. Experimēto didici. q̄a benedixerit michi deus p̄pter te. Constitue
mercedem tuam quā dem tibi. At ille
rūdit. Tu nosti quō seruierim tibi: et
quāta in manibꝰ meis fuerit possessio
tua. Modicū habuisti āteqū venirē ad
te. et nūc dives effectus es: benedixitq;
tibi deus ad introitū meū. Justū ē igit̄
ut aliq̄ndo pūdeā domui mee. Dixitq; laban. Quid tibi dabo? At ille ait.
Michil volo: sed si feceris q̄d postulo:
iterū pascam ⁊ custodiam pecora tua.
Gira omnes greges tuos. et separa
cunctas oues varias ⁊ sparsio vellere:
et q̄cūq; fuluū ⁊ mistum variūq;
fuerit. tam in ouibꝰ q̄ in capris. erit
merces mea. Respōdebitq; michi cras
iusticia mea. quando placitū tempus

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0039
powered by DWork • Heidelberg University Library

aduenerit coram te:et oia que nō fuerit
varia ⁊ maculosa ⁊ fulua·tam in ouibꝫ
q̄ in capris·furti me arguēt. Dixitq;
laban. Gratū habeo q̄ pris. Et sepa-
rauit in die illa capras·⁊ oues ⁊ hircos·
⁊ arietes·varios ⁊ maculosos. Cunctū
autē gregē unicolorē·id ē albi ⁊ nigri
velleris·tradidit in manu filiorꝫ suorꝫ:
et posuit spaciū trium dierū inter se ⁊ gene-
rum diei:qui pascebat reliquos gregēs
ei⁹. Tollens ergo iacob virgas popu-
leas virides·⁊ amigdalinas·⁊ ex pla-
tanis ex parte decorticauit eas. Decra-
dilsq; corticibꝫ·in his q̄ spoliata fuerāt·
candor apparuit:illa vero que integra
fuerūt·viridia pmanserūt:atq; in hūc
modū color effect⁹ ē varius. Posuitq;
eas in canalibꝫ·ubi effundebat aquas:
ut cū venisset greges ad bibendū·ante
oculos haberēt virgas:et in aspectu earꝫ
conciperent. Factūq; est ut in ipo calore
coitus·oues intuerentē virgas:⁊ pare-
rent maculosa ⁊ varia·et diuerso colo-
re respersa. Diuisitq; gregem iacob:et
posuit virgas in canalibꝫ ante oculos
arietū. Erāt autē alba et nigra queq;
laban:retenta vero iacob·separatis in-
ter se gregibꝫ. Igit̄ q̄ndo p̄mo tempore
ascendebant̄ oues ponebat iacob virgas
in canalibꝫ aquarū·ante oculos
arietū ⁊ ouiū·ut in earū ꝺcemplatione
cōcipe̅t:q̄ndo vero serotina admissu-
ra erat·⁊ concep⁹ extremꝰ:nō ponebat
eas. Factaq; sunt ea q̄ erant serotina·
laban:et que primi temporis·iacob.
Ditatusq; est homo ultra modum:⁊
habuit greges multos·ancillas ⁊ ser-
uos·camelos et asinos.

Postq; autē audiuit verba filiorꝫ
laban dicentiū·tulit iacob oia
que fuerūt pris nr̄i·et de illius facultate
ditatus·fact⁹ ē inclit⁹:animaduertit q;
faciem laban·q; non esset erga se sicut
heri et nudiustertius:maxime dicente
sibi dño reuertere in terrā patrū tuorꝫ·
et ad generatiōnē tuā ergꝫ tecū:misit
et vocauit rachel et lyam in agrū ubi
pascebat greges:dixitq; eis. Video fa-
ciem pris vestri:q; nō sit erga me sicut
heri et nudiustertius. Deus autē pris
mei fuit mecū:et ipe nostis q; totis vi-
ribꝫ meis seruierim patri vestro. Pater
autē vester circūuenit me·et mutauit
mercedem meā decem vicibꝫ:et tamen
non dimisit eū deus ut noceret michi.
Si quādo dixit varie erunt mercedes
tue·pariebāt omnes oues varios fet⁹:
q̄ndo vero econtrario air·alba queq;
accipies pro mercede:omnes greges
alba peperūt. Tulitq; deus substantiā
patris vestri:⁊ dedit michi. Postq; enī
ꝺcept⁹ ouiū temp⁹ aduenerat·leuaui
oculos meos:⁊ vidi in somnis ascenden-
tes mares sup feminas·varios ⁊ ma-
culosos ⁊ diuersoꝝ colorū. Dixitq; ange-
lus dñi ad me in somnis. Iacob. Et
ego rndi. Ecce. Qui air. Leua oculos
tuos·⁊ vide uniuersos masculos ascen-
dentes sup feminas·varios maculosos
atq; respersos. Vidi enī oia q̄ fecit tibi
laban. Ego sū de⁹ bethel·ubi unxisti
lapidem:et votū vouisti michi. Nunc
ergo surge ⁊ egredere de terra hac:reuer-
tens in terrā nativitatis tue. Rndensq;
rachel ⁊ lya. Numquid habem⁹ residui
quicq; in facultatibꝫ·⁊ hereditate dom⁹
patris nr̄i? Nōne iam alienas reputa-
uit nos·et vendidit:comedensq; precii
nostri? Sed deus tulit opes pris nr̄i:
et eas tradidit nobis ac filijs nostris.
Unde omnia que p̄cepit tibi dñs fac.
Surrexit autē iacob:⁊ impositis liberis
ac coniugibꝫ suis sup camelos abijt:
tulitq; omnē substantiā suā ⁊ greges·

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0040
powered by DWork • Heidelberg University Library

et quidq̃d ī mesopotamia acq̃sierat:
pergens ad ysaac p̃em suū in terra cha-
naan. Eo tpe ierat laban ad tōdendas
oues:& rachel furata est ydola patris
sui. Soluitq; iacob ascendi socero suo
ac fugeret. Cūq; abisset tam ipe q̃ oia
que iuris sui erant:& amne trāsmisso
pergeret cōtra montē galaad:nunciatum
ē laban die tercio q̃ fugeret iacob.
Qui assumptis fratribz suis:persecut̃ ē
eum diebz septē:& comprehendit eū in
monte galaad. Vidit̃q; ī somnis di-
centem sibi dñm. Caue ne quidq̃ asp̃e
loquaris contra iacob. Iamq; iacob
extenderat in monte tabernaculū. Cūq;
ille consecut̃ fuisset eū cū fratribz suis:
in eodem monte galaad fixit tentoriū.
Et dixit ad iacob. Quare ita egisti:ut
clam me abigeres filias meas quasi
captiuas gladio? Cur ignorāte me
fugere voluisti nec indicare michi:ut
prosequerer te cū gaudio & cantic̄s:&
timpanis & citharis? Non es passus
ut osculare filios meos & filias. Stul-
te operat̃ es. Et nūc quidē valet ma-
nus mea reddē tibi malū:sed de⁹ pris
tui heri dixit michi. Caue ne loquaris
contra iacob quidq̃ durius. Esto. Ad
tuos ire cupiebas:& deliderio erat tibi
dom⁹ pris. Cur furat̃ es deos meos?
Rñdit iacob. Quod insciō te p̃fectus
sum:timui ne violenter auferres filias
tuas. Quod autem furti me arguis:
apud quēcunq; inueneris deos tuos?
necetur cor̄ fratribz nris. Scrutare:
quidq̃d tuoz apud me inueneris au-
fer. Hec dicēs ignorabat q̃ rachel fura-
ta esset ydola. Ingressus itaq; laban
tabernaculū iacob et lye et vtriusq; fa-
mule:nō inuenit. Cūq; intrasset tento-
riū rachelis:illa festinans abscondit
ydola subter stramenta cameli & sedit
desup:scrutātiq; oē tentoriū & nichil
inuenienti:ait. Ne irascat dñs meus
q̃ cor̄ te assurgē nequeo:quia iuxta
consuetudinē femineā nūc accidit michi.
Sic delusa sollicitudo q̃rentis est. Ti-
mensq; iacob:cū iurgio ait. Quāob-
culpam meā et ob q̃d peccatū meū sic
exarsisti post me:& scrutatus es omnē
supellectilem meā? Quid inuenisti de
cuncta substancia domus tue? Pone
hic cor̄ fratribz meis:& fratribus tuis?
& iudicent inter me & te. Idcirco vigīti
annis tui recū:oues tue et capre:steri-
les non fuerūt:arietes gregis tui non
comedi:nec captū a bestia ostendi tibi.
Ego damnū omne reddebā. Quidq̃d
furti p̃ibat a me exigebas:die noctuq;
estu vrgebar & gelu:fugiebatq; somn⁹
ab oculis meis. Sicq; per viginti an-
nos ī domo tua seruiui tibi:q̃tuordecim
pro filiabz:et sex pro gregibz tuis.
Immutasti q̃q; mercedē meā decē vicibz.
Nisi deus pris mei abraham:& timor
ysaac affuisset michi:forsitan modo
nudū me dimisisses. Afflictionē meā
et laborem manuū meaz respexit dñs?
et arguit te heri. Rñdit ei laban. Filie
mee & filij:& greges tui & oīa que cer̄is?
mea sunt. Quid possum facere filijs &
nepotibz meis? Veni ergo & ineamus
fedus:ut sit testimoniū inter me et te.
Tulit itaq; iacob lapidem:& erexit illū
in titulū. Dixitq; fratribz suis. Afferte
lapides. Qui congregantes fecerūt tu-
mulū:comederūtq; sup eū. Quē voca-
uit laban tumulū testis:et iacob acer-
uum testimonij:vterq; iuxta p̃prietatē
lingue sue. Dixitq; laban. Tumulus
iste testis erit inter me & te hodie. Et id-
circo appellatū est nomē eius galaad.
Id ē tumulus testis. Et adiecit laban.
Intueat & iudicet dñs inter nos q̃nto

recesserim⁹ a nobis: si afflixeris filias
meas: & si introduxeris alias uxores
super eas. Nullus sermonis nostri testis
est absq; deo: qui plenus respicit. Dixit-
q; rursus ad iacob. Ecce tumul⁹ hic et
lapis quē erexi inter me et te testis erit.
Tumul⁹ iste & lapis sint in testi-
monium: si aut ego transiero illum
pergens ad te: aut tu præteriris malū
mihi cogitās. Deus abraham & deus
nachor iudicet inter nos: deus patris
eor. Iurauit ergo iacob per timorem
patris sui ysaac: immolatusq; uictimis
in monte uocauit fratres suos ut ede-
rent panē. Qui cū comedissent manse-
runt ibi. Laban uero de nocte surgens
osculat⁹ est filios & filias suas: & bene-
dixit illis: reuersusq; est in locum suū.

Iacob autē abijt in itinere
quo properat: occurrūq; ei obuiā angeli
dei. Quos cum uidisset ait. Castra dei
sunt hec. Et appellauit nomē loci illi⁹
manaim: id ē castra. Misit autem et
nuncios ante se ad esau fratrē suū in
terra seyr in regione edom: præcepitq; eis
dicēs. Sic loquimini dño meo esau.
Hec dicit frater tuus iacob. Apud la-
ban peregrinat⁹ sum: & fui usq; in præsens
diem. Habeo boues et asinos & oues.
et seruos & ancillas: mittoq; nūc lega-
tionem ad dñm meū: ut inueniā gra-
tiam in aspectu tuo. Reuersiq; sūt nūcij
ad iacob dicentes. Venimus ad esau
fratrē tuū: & ecce properat in occursū tuū
cū quadringentis uiris. Timuit iacob
valde: et pertimuit diuisit ppl'm qui secū
erat: greges q̄ & oues & boues & came-
los in duas turmas dicēs. Si uenerit
esau ad unā turmā & percusserit eā: alia
turma q̄ reliqua est saluabit. Dixitq;
iacob. Deus patris mei abraham & de⁹
patris mei ysaac dñe qui dixisti mihi.
reuertere in terrā tuā & in locū nativitatis
tue & benefaciā tibi: minor sum cūctis
miserationibus tuis & ueritate tua quā
explesti seruo tuo. In baculo meo trāsiui
iordanē istū: et nūc cū duabus turmis
regrediar. Erue me de manu fratris mei
esau quia valde eū timeo: ne forte ue-
niens percutiat matrem cū filijs. Tu lo-
cutus es q̄ bñfaceres michi: et dilata-
res semen meū sicut arenā maris que
pre multitudine numerari nō potest.
Cūq; dormisset ibi nocte illa separa-
uit de hijs que habebat munera esau
fratri suo: capras ducentas hircos vi-
ginti oues ducētas & arietes viginti:
camelos fetas cū pullis suis triginta:
uaccas q̄draginta & thauros viginti
asinas viginti & pullos earū decē. Et
misit per manus puerorū suorū singulos
seorsū greges: dixitq; pueris suis. In-
cedite me: & sit spatiū inter gregem et
gregē. Et præcepit priori dicēs. Si obui-
um habueris fratrē meū esau & interro-
gauerit te cuius es aut quo uadis aut
cuius sunt ista que sequeris: respōdebis.
Serui tui iacob. Munera misit dño
suo esau: ipse quoq; post nos uenit.
Similiter dedit mandata secūdo & tercio
et cūctis qui sequebant greges. Dicēs.
Iisdem uerbis loquimini ad esau cū
inueneritis eū: & addetis. Ipse q̄ serui
tui iacob. inter nīa insequit. Dixit enī.
Placabo illū muneribus que p̄cedunt:
et postea uidebo illū. Forsitan placa-
bitur michi. Precesserūt itaq; munera
ante eū: ipse uero mansit nocte illa in
castris. Cūq; mane surrexisset tulit
duas uxores suas et totidem famu-
las cū undecim filijs: & transiuit uadū ia-
boch. Transductisq; omnibus que ad se
pertinebant mansit solus: et ecce uir
luctabat cū eo usq; mane. Qui cū uidet

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0042
powered by DWork • Heidelberg University Library

ꝙ cū supare non posset: tetigit nerui femoris ei⁹: ⁊ statim emarcuit. Dixitq; ad cū. Dimitte me. Jam enī ascendit aurora. Rūdit. Non dimittā te: nisi bñdixeris michi. Ait ergo. Quod est nomē tibi? Respōdit. Jacob. At ille: nequaq; inquit iacob appellabit̄ nomen tuū: sed israhel. Nā si contra deū fortis fuisti: quāto magis ois hoīes pualebis? Interrogauit cū iacob. Dic michi quo appellaris nōie. Respōdit. Cur queris nomen meū qđ est mirabile? Et bñdixit ei in eodem loco. Vocauitq; iacob nomē loci illi⁹ phanuel dicens. Vidi dñm facie ad faciem: et salua facta est anima mea. Orta q; ē ei statim sol: postq; transgressus ē phanuel. Ipe vero claudicabat pede. Quā obrem filij israhel non comedunt nerui filij femoris ei⁹ ⁊ obstupuit. xxxvi

Eleuans aut̄ iacob oculos: vidit venientē esau: et cū eo ꝯdringentos viros. Diuisitq; filios lye ⁊ rachel ambarūq; famulaꝝ: ⁊ posuit utramq; ancillam ⁊ liberos earū in principio: lyam vero et filios eius in sēdo loco: rachel aut̄ et ioseph nouissimos. Et ipse pgrediens adorauit pronus in terrā septies: donec appropinq̄ret frati eius. Currens itaq; esau obuiā fratri suo: amplexat⁹ ē eū: stringensq; collū eius ⁊ osculans fleuit: leuansq; oculis vidit mulieres et paruulos earū: et ait. Quid tibi volunt isti: et si ad te ptineant? Rūdit. Paruuli sunt: quos donauit michi deus seruo tuo. Et appropinquātes ancille et filij earū incurua tī sunt. Accessit q; lya cū pueris suis: et cū simulē adorassent: nouissimi ioseph ⁊ rachel adorauerūt. Dixitq; esau. Cur nam sunt iste turme quas obuiā habuī? Rūdit. Vt inuenirē gratiā coram dño meo. At ille ait. Habeo plurima frater mi: sint tua tibi. Dixitq; iacob. Noli ita obsecro: sed si inueni gratiā in oculis tuis: accipe munuscula de manibz meis. Sic enī vidi faciē tuā: q̄si viderim vultū dei. Esto michi propitius: ⁊ suscipe bñdictionē quā attuli tibi: ⁊ quā donauit michi de⁹: tribuens oīa. Vix frater cōpellente suscipiēs ait. Gradiamur simul: eroq; socius itineris tui. Dixitq; iacob. Nosti dñe mi ꝙ paruulos habeā tenellos: ⁊ oues et boues feras mecū: quas si plus in ambulando fecero laborare: morient̄ una die cuncti greges. Precedat dñs me⁹ ante seruū suū: ⁊ ego sequar paulatim vestigia ei⁹ sicut videro paruulos meos posse: donec veniā ad dñm meū in seyr. Rūdit esau. Oro te: ut de ppto qui mecū est: saltē socij remaneāt vie tue. Non ē inquit necesse: hoc vno tantū indigeo: ut inueniā gratiā in cōspectu tuo dñe mi. Reuersus ē itaq; illo die esau itinere quo venerat ī seyr. Et iacob venit in sochot: vbi edificata domo ⁊ fixis tentorijs: appellauit nomen loci illius sochot id ē tabernacla. Transiuitq; ī salem urbem sichimor. que ē in terra chanaan: postq; reuersus est de mesopotamia syrie: ⁊ habitauit iuxta oppidū: emitq; partē agri ī qua fixerat tabernacla: a filijs emor patris sichem centū agnis: et erexit ibi altare: inuocauit sup illud fortissimū deū isral.

Egressa ē aut̄ dina xxxvii filia lye: ut videret mulieres regionis illi⁹: quā cū vidisset sichem filius emor euei: princeps terre illi⁹: adamauit eam: et rapuit: et dormiuit cū illa: vi opprimēs virginē. Et cōglutinata

est anima ei⁹ cū ea: mitigansq; delinuit blandicijs: et pergens ad emor pr̃n suū. accipe inquit michi puellā hanc in uxorē. Quod cū audisset iacob: absentibus filijs et in pastu pecor occupatis siluit donec rediret. Egresso autem emor patre sichem: ut loq̃retur ad iacob. ecce filij eius veniebāt de agro: auditoq; q̃ acciderat. iratī sunt valde: eo q̃ fedam rem opatus esset in isrl: et violata filia iacob. rem illicitā perpetrasset. Locutus est itaq; emor ad eos. Sichem filij mei adhesit anima. filie vestre. Date eam illi uxorem: et iungamus vicissim connubia. Filias vestras tradite nobis: et filias nr̃as accipite: et habitate nobiscū. Terra in potestate vestra est: exercete negociamini. et possidete eam. Sed et sichem ad pr̃n et ad fratres ei⁹ ait. Inueniā gratiā coram vobis: et quecūq; statuitis dabo. Augete dotem. et munera postulate: et libenter tribuā q̃d precieritis: tantū date michi puellā hanc uxorē. Respōderūt filij iacob. sichem et patri eius in dolo: loquentes. ob stuprū sororis. Non possumus facere q̃d petitis: nec dare sororē nostrā homini incircūciso: q̃d illicitū et nephariū est apud nos. Sed in hoc valebim⁹ federari. Si volueritis esse sicut nos: et circūcidat̃ in vobis oīs masculini sexus: tunc dabim⁹. et accipiem⁹ mutuo filias vr̃as ac nr̃as. et habitabim⁹ vobiscū: eritq; unus ppls. Si aut̃ circūcidi nolueritis: tollem⁹ filiā nostrā et recedem⁹. Placuit oblatō eor emor et sichem filio ei⁹: nec distulit adolescens quin statim q̃d petebat expleret. Amabat enī puellā valde: et erat inclitus in omni domo patris sui. Ingressiq; portam urbis locuti sunt ad pplm. Viri isti pacifici sūt: et volūt habitare nobiscū. Negocientur in terra et exerceāt eam: que spaciosa et lata cultoribus indiget. Filias eor accipiem⁹ uxores: et nr̃as illis dabim⁹. Unū e quo differt tantū bonū. Si circūcidam⁹ masculos nostros. ritum gentis imitates: et substancia eor et pecora et cuncta q̃ possidē nostra erūt. Tantū in hoc acquiescam⁹: et habitāres simul. unū efficiam⁹ pplm. Assensiq; sūt omnes. cūctis circūcisis maribus. Et ecce die tercio q̃ndo q̃ualissimus vulnerū dolor est. arreptis duo filij iacob. symeon et leui frēs dine gladijs. ingressi sunt urbem confidenter: interfectisq; omnibus masculis. emor et sichem parē necauerūt: tollentes dinā de domo sichem. sororē suā. Quibus egressis. irruerūt sup occisos reteri filij iacob. et depopulati sunt urbem in ultionem stupri: oues eor et armenta. et asinos. cunctaq; vasa hanes que in domibus et in agris erant: parvulos q̃s eor et uxores duxerūt captiuas. Quibus perpetratis audacter: iacob dixit ad symeon et leui. Turbastis me: et odiosum fecistis me chananeis et pherezeis habitatoribus terre hui⁹. Nos pauci sumus: illi cōgregati ferient me: et delebor ego et dom⁹ mea. Respōderūt. Numq̃d ut scorto abuti debuere sorore nostra?

Interea locut⁹ est deus ad iacob. Surge. et ascende bethel. et habita ibi: fac̃q; altare deo q̃ apparuit tibi: quādo fugiebas esau frātm tuū. Iacob vero conuocata omni domo sua ait. Abicite deos alienos qui in medio vr̃i sūt. et mūdamini: ac mutate vestimenta vr̃a. Surgite et ascendam⁹ in bethel. ut faciam⁹ ibi altare deo. qui exaudiuit me in die tribulacōnis mee: et fuit in itineris mei. Dederūt ergo ei oēs deos alienos quos habebāt: et inaures

Biblioteca Apostolica Vaticana © RESERVED
Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0044
powered by DWork • Heidelberg University Library

que erāt in auribꝰ eoꝝ. Ipse abscondit eos subter therebinthū: q̄ est post urbem sichem. Cumq; profecti essent: terror dei invasit omnes per circuitū ciuitates: et nō sunt ausi q̄quā sequi recedentes. Venit igit̄ iacob luzam: que est in terra chanaan: q̄ vocatur bethel: ipe & oīs pplus cū eo. Edificauitq; ibi altare: & appellauit nomē loci illi⁹: domus dei. Ibi enī apparuit ei deus: cū fugeret fratrē suū. Eodem tpe mortua est debbora nutrix rebecce: & sepulta est ad radices bethel subter querc̄: voratūq; est nomē loci illi⁹: querc⁹ fleti⁹. Apparuit autē iterū deꝰ iacob: postq; reūsus ē de mesopotamia syrie: & venit in bethel: benedixitq; ei dicēs. Non vocaberis ultra iacob: sed israhel erit nomē tuū. Et appellauit eū israhel. Dixitq; ei. Ego deꝰ omnipotēs. Cresce & multiplicare: gentes & populi nationū ex te erunt. Reges de lumbis tuis egredient̄: terrāq; quā dedi abraham et ysaac: dabo tibi et semini tuo post te. Et recessit ab eo. Ille vero erexit titulū lapideū: in loco quo locut⁹ fuerat ei deꝰ: libans sup eū libamina: & effundens oleū: vocansq; nomē loci illius bethel. Egressus autē inde: venit terre tpe ad terrā q̄ ducit effratham. In qua cū parturiret rachel: ob difficultatē partus periclitari cepit. Dixitq; ei obstetrix. Noli timere: quia et hūc habebis filiū. Egrediente autē anima pre dolore: & imminēte iam morte: vocauit nomē filij sui benonm: id est filius doloris mei. Pater vō appellauit eū beniamin: id est filꝰ dextre. Mortua ē ergo rachel & sepulta est in via que ducit effratham: hec est bethleem. Erexitq; iacob titulū sup sepulcrū eius. Hic est titul⁹ monumenti rachel: usq; in pntē diē. Egressus inde: fixit tabernaculū trās turrē gregis.

Cūq; habitaret in illa regione: abiit ruben: & dormiuit cū bala concubina patris sui. Quod illū minime latuit. Erant autē filij iacob duodecim. Filij lye: primogenitus ruben: & symeon: et leui: iudas & ysachar: & zabulon. Filij rachel: ioseph et beniamin. Filij bale ancille rachelis: dan & nepthalim. Filij zelphe ancille lye: gad & aser. Hij sunt filij iacob: qui nati sunt ei in mesopothamia syrie. Venit etiā ad ysaac patrem suū in mambre ciuitatem arbee: hec ē ebron: in qua peregrinat⁹ ē abraham et ysaac. Et completi sunt dies ysaac centū octoginta anoꝝ: & suptusq; etate mortuus est: & appositus est pplo suo senex et plen⁹ dierū: et sepelierunt eum esau et iacob filij sui.

Hec autē sunt generationes esau: ipse ē edom. Esau accepit uxorē de filiabus chanaan: ada filiā elom hethei: & oolibama filiā ane filie sebeon hevei. Basemath q̄; filiā ysmahel sororem nabaioth. Peperit aūt ada eliphaz. Basamath genuit rahuel. Oolibama genuit iehus: et ihelon: et chore. Hij filij esau: qui nati sunt ei in terra chanaan. Tulit aut rem esau uxores suas et filios & filias: & omnē aiam domꝰ sue: & substantiā & pecora: & cūcta que habere poterat in terra chanaan: & abiit in alterā regionē: recessitq; a fratre suo iacob. Diuites enī erant valde: & simul habitare non poterāt: nec sustinebat eos terra peregrinationis eoꝝ p̄ multitudine gregū. Habitauitq; esau in mōte seyr: ipe est edom. Hec aūt sūt generationes esau pris edom in monte seyr: et hec nōia filioꝝ eius. Eliphaz filius ade: uxoris esau. Rahuel q̄; filius basemath uxoris eius. Fuerūtq; eliphaz filij: theman: omar: sephua: & gathan.

et renez·z chore. Erat aũt thamna ꝛcubina eliphaz filij eſau: q̃ peperit ei amalech. Iſti ſũt filij ada·vxoris eſau. Filij autẽ rahuel·naath et zara·ſemma z meza. Iſti filij baſemath·vxoris eſau. Iſti quoq; erant filij oolibama filie ane filij ſebeon·vxoris eſau·quos genuit ei iehus z ihelon·z chore. Iſti duces filiorꝫ eſau. Filij eliphaz primogeniti eſau: dux theman·dux omar·dux ſephus·dux renez·dux chore·dux gathan·dux amalech. Iſti filij eliphaz i terra edom: et hij filij ade. Iſti quoq; filij rahuel·filij eſau. Dux naath·dux zara·dux ſemma·dux meza. Iſti autem duces rahuel·in terra edom. Iſti filij baſemath·vxoris eſau. Iſti autem filij oolibama·vxoris eſau. Dux iehus· dux ihelon·dux chore. Iſti duces oolibama filie ane·vxoris eſau. Iſti ſunt filij eſau·z hij duces eoꝝ: ipſe eſt edom. Iſti ſũt filij ſeyr horrei habitatoris terre· lothan·et ſobal·et ſebeon·et anan·et diſon·et eſer·z diſan. Iſti duces horrei filij ſeyr: in terra edom. Facti ſũt autẽ filij lothan: horrei et eman. Erat aũt ſoror lothan·thamna. Et iſti filij ſobal: aluhan et manecth·z ebal·ſephi et onan. Et hij filij ſebeon: achia et anan. Iſte ẽ anan·qui inuenit aquas calidas i ſolicudine: cũ paſceret aſinas ſebeon pris ſui. Habuitq; filiũ diſan: et filiã oolibama. Et iſti filij diſan: ahham et ielban·z iethran z charan. Iſti qꝫ filij eſer: balaannan·z zeuan·et achan. Habuit autẽ filios diſan: hus· et aran. Iſti duces horreorũ. Dux lothan·dux ſobal·dux ſebeon·dux ana· dux diſon·dux eſer·dux diſan. Iſti duces horreoꝝ: qui imperauerũt i terra ſeyr. Reges autẽ q̃ regnauerũt in terra edom·anteq; haberent regem filij iſrl:

fuerunt hij. Balath filiꝰ beor: nomẽq; vrbis eius denaba. Mortuus eſt aũt balach: z regnauit pro eo iobab filiꝰ zare de boſra. Cũq; mortuꝰ eſſet iobab: regnauit pro eo huſan·de terra themanoꝝ. Hoc qꝫ mortuo: regnauit pro eo adad filiꝰ badadi· qui percuſſit madian i regione moab: et nomẽ vrbis eiꝰ auith. Cũq; mortuꝰ eſſet adad: regnauit pro eo ſemla de maſerecha. Hoc qꝫ mortuo: regnauit p eo ſaul de fluuio rooboth. Cũq; et hic obiiſſet: ſucceſſit in regnũ balanan filiꝰ achobor. Iſto quoq; mortuo regnauit pro eo adad: nomẽq; vrbis eius phau. Et appellabat vxor eius meezabel filia matrech: filie mezaab. Hec ergo nomina ducũ eſau·in cognationibꝫ·z locis·z vocabulis ſuis·dux thamna·dux aluha· dux ietheth·dux oolibama·dux ela· dux phinon·dux renez·dux theman· dux mabſar·dux magdihel·dux hirã. Iſti duces edom habitantes in terra imperij ſui: ipſe eſt eſau pater idumeoꝝ. Habitauit autẽ iacob in terra chanaan·in qua pater ſuus peregrinatus eſt: z hec ſũt generationes eiꝰ. xxxvij

Ioſeph cũ ſedecim eſſet ãnorũ: paſcebat gregem cum fratribꝫ ſuis·adhuc puer. Et erat cũ filijs bale et zelphe vxoꝝ pris ſue: accuſabantq; fres ſuos apud prem· crimine peſſimo. Iſrahel autẽ diligebat ioſeph ſup omnes filios ſuos: eo q̃ in ſenectute geruiſſet eum. Fecitq; ei tunicã polimitã. Videntes autẽ fres eiꝰ· q̃ a patre plus cunctis filijs amaretur·oderant eũ: nec poterãt ei quicq; pacifice loqui. Accidit quoq; ut vidũ ſomniũ referret fratribꝫ ſuis: q̃ cauſa maioris odij ſeminariũ fuit. Dixitq; ioſeph fratribꝫ ſuis. Audite ſomniũ meũ qđ vidi. Putabam nos colligere

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0046
powered by DWork • Heidelberg University Library

manipulos in agro: ⁊ ẽcce consurgere manipulũ meũ ⁊ stare: vtrosq; manipulos circũstantes adorare manipulum meũ. Rñderũt frẽs ei⁹. Nũquid rex noster eris: aut subiicemur ditioni tue? Hec ergo causa somniorũ atq; sermonum: inuidie ⁊ odij fomitẽ ministrauit. Aliud q̃q; vidit somniũ: qđ narrãs fratribus ait. Vidi p somniũ: ecce solem et lunã ⁊ stellas undecim adorare me. Qđ cũ patri suo ⁊ fratribus retulisset: increpauit eũ pater suus ⁊ dixit. Quid sibi vult hoc somniũ qđ vidisti? Nũ ego ⁊ mater mea ⁊ frẽs tui adorabim⁹ te supi terrã? Inuidebãt ei igit frẽs sui: pater vero rem tacit⁹ ꝺsiderabat. Cũq; fratres illi⁹ in pascendis gregibꝫ pris morarent in sichem: dixit ad eum isrl. Fratres tui pascunt oues i sichimis: veni mittam te ad eos. Quo rñdente presto sum: ait. Vade ⁊ vide si cuncta prospera sint erga frẽs tuos ⁊ pcora: et renũcia michi quid agat. Missus de valle hebron: venit i sichem. Inuenitq; eũ vir errantẽ in agro: et interrogauit qđ quereret. At ille rñdit. Frẽs meos quero. Indica michi ubi pascãt greges. Dixitq; ei vir. Recesserũt de loco isto. Audiui aũt eos dicentes. Eamus i dothaim. Perrexit itaq; ioseph post fratres suos: ⁊ inuẽit eos i dothaim. Qui cũ vidisset eũ procul: antq; accederet ad eos cogitauerũt illũ occidere: et mutuo loquebant. Ecce somniator venit. Venite occidam⁹ eũ ⁊ mittam⁹ in cisternã veterem: dicemusq; fera pessima deuorauit eũ: ⁊ tunc apparebit qđ illi prosint somnia sua. Audiens autem hec ruben nitebatur liberare eũ de manibꝫ eoꝝ: et dicebat. Non interficiam⁹ aiam ei⁹. nec effundam⁹ sanguinem: sed ꝓicite eũ in cisternã veterem q̃ est in solitudine: manusq; vras cuate innocuas. Hoc aũt dicebat volens eripere eũ de manibꝫ eoꝝ: ⁊ reddere pri suo. Confestim igit ut venit ad frẽs suos ꝺnudauerũt eũ tunica talari ⁊ polimita: miserũq; eũ in cisternã veterẽ: que non habebat aquã. Et sedentes ut comederent panẽ ꝺ viderũt ysmahelitas viatores venire de galaad: ⁊ camelos eoꝝ portãtes aromata ⁊ resinã ꝺ et ire ducentes in egiptum. Dixit ergo iudas fratribꝫ suis. Quid nobis prodest si occidim⁹ frẽm nrm: ⁊ celauerim⁹ sanguinem ipius? Melius est ut venũdetur ysmahelitis: ⁊ man⁹ nre nõ polluant. Frater enim ⁊ caro nra est. Acquieuerũt frẽs sermonibꝫ illi⁹ ꝺ ⁊ pterẽtibꝫ madianitis negociatoribꝫ extrahẽtes eũ de cisterna venditerũt eũ ysmahelitis viginti argenteis: q̃ duxerũt eũ i egiptũ. Reuersusq; ruben ad cisternã nõ inuenit puerũ: ⁊ scissis vestibus ꝺ pgens ad fratres suos ait. Puer nõ comparet: ⁊ ego quo ibo? Tulerũt aũt tunicã ei⁹. et i sanguinẽ hedi quẽ occiderãt tinxerunt: mittentes qui ferrent ad prem et dicerent. Hãc inuenim⁹: vide vtrũ tunica filij tui sit an non. Quã cũ cognouisset pater ait. Tunica filij mei ẽ. Fera pessima comedit eũ: bestia deuorauit ioseph. Scissisq; vestibus induit ẽ cilicio: lugens filiũ suũ multo tpe. Congregatis aũt cũctis liberis ei⁹ ut leniret dolorẽ pris: noluit ꝺsolationẽ accipere: sed ait. Descendã ad filiũ meũ lugens in infernum. Et illo perseuerãte in fletu: madianite vendiderunt ioseph in egipto ꝺ putifari eunucho pharaonis magistro militum.

Capitulum viii

Eodem tempore descendẽs iudas a fratribus suis ꝺ diuertit ad virũ odollamiten nomine hiram: vidit q; ibi

filiam hoīs chananei vocabulo sue. Et accepta uxore ingressus ē ad eam. Que concepit ⁊ peperit filiū: ⁊ vocauit nomē eius her. Rursūq; cōcepto fetu natū filiū vocauit onan. Terciū q̄; peperit: quē appellauit sela. Quo nato: parere ultra cessauit. Dedit aūt iudas uxorē primogenito suo her noīe thamar. Fuit quoq; her p̄mogenit⁹ inde-nequā in ꝺspectu dñi: ⁊ ideo ab eo occisus est. Dixit ergo iudas ad onan filiū suū. Ingredere ad uxorē frīs tui: et sociare illi: ut suscites semen fratri tuo. Ille sciēs nō nasci sibi filios: introiēs ad uxorē frīs sui: semē fundebat ī terrā: ne liberi frīs noīe nascerent̄. Et idcirco p̄cussit eū dñs: eo q̄ rem detestabilem faceret. Quāobrē dixit iudas thamar nurui sue. Esto vidua ī domo patris tui: donec crescat sela filius meus. Timebat enī: ne ⁊ ipse moreret̄ sicut frēs eius. Que abiit: et habitauit in domo patris sui. Exactis aūt multis annis: mortua ē filie uxor inde. Qui post luctū ꝺsolatione suscepta ascendebat ad tonsores ouiū suaꝝ: ipse ⁊ hiras opilio gregis odollamites in thamnas. Nunciatūq; ē thamar: q̄ socer illius ascenderet ī thamnas: ad tondendas oues. Que depositis viduitatis vestibus: assūpsit meretricū: et mutato habitu sedit ī biuio itineris qđ ducit thamnam: eo q̄ creuisset sela: et non eū accepisset maritū. Quā cū vidisset iudas: suspicat⁹ ē esse meretricē. Operuerat enī vultū suū ne agnosceret̄. Ingredientiq; ad eā ait. Dimitte me ut coeam tecū. Ignorabat enim q̄ nur⁹ sua esset. Que respōdēte: qđ dabis michi ut feruaris concubitū meū: dixit. Mittā tibi hedū de gregibus. Rursūq; illa dicente: patiar quod vis: si dederis michi arrabonē donec mittas quod polliceris: ait iudas. Quid tibi vis ꝑ arrabone dari? Respōdit. Anulū tuū: ⁊ armillā: et baculū quē manu tenes. Ad unū igitur coitū mulier concepit: ⁊ surgēs abiit: depositoq; habitu quē sūpserat: induta est viduitatis vestibus. Misit aūt iudas hedū per pastorē suū odollamiten: ut reciperet pignus qđ dederat mulieri. Qui cū nō inuenisset eā: mirabatur hoīes loci illius. Ubi est mulier que sedebat in biuio? Respōdentibus rūsticis nō fuit in loco isto meretrix: reūsus ē ad iudā et dixit ei. Non inueni eā. Sed ⁊ hoīes loci illi⁹ dixerūt michi: nūq; sedisse ibi scortū. Ait iudas. Habeat sibi. Certe mendacij arguere nos nō potest. Ego misi hedū quē ꝑmiseram. Et tu nō inuenisti eam. Ecce aūt post tres menses nūciauerūt inde dicentes. Fornicata est thamar nurus tua: ⁊ videtur uter⁹ illi⁹ incumbere. Dixitq; iudas. Producite eam ut comburat̄. Que cū duceretur ad penam. Misit ad socerū suū dicens. De viro cui⁹ hec sunt: concepi. Cognosce cui⁹ sit anulus: et armilla ⁊ baculus. Qui agnitis muneribus ait. Iustior me ē: quia nō tradidi eā sele filio meo. Attamē ultra nō cognouit eam. Instāte aūt partu: apparuerunt gemini in utero: atq; in ipa effusione infantiū un⁹ ꝑtulit manū: in qua obstetrix ligauit coccinū dicens. Iste egredietur prior. Illo uero retrahēte manū: egressus ē alter. Dixitq; mulier. Quare diuisa est ꝑ macerie? Et ob hanc causam vocauit nomen eius phares. Postea egressus ē frater ei⁹: in cui⁹ manu erat coccinū: quē appellauit zaram.

Igitur ioseph ductus est in egiptū: emitq; eū phutifar eunuch⁹ pharaonis: princeps exercitus: vir

egiptius de manu ysmahelitaꝝ: a qbꝫ ꝓductus erat. Fuitq; dñs cū eo: et erat vir ī cūctis ꝓspere agēs. Habitauitq; in domo dñi sui: qui optīme nouerat dñm esse cū eo: et oīa que gereret ab eo dirigi ī manu illi⁹. Inuenitq; ioseph gratiā coram dño suo: ⁊ ministrabat ei. A quo ꝓpositus omnibꝫ gubernabat creditā sibi domū: ⁊ vniuersa que ei tradita fuerāt. Benedixitq; dñs domui egiptij ꝓter ioseph: ⁊ multiplicauit tam ī edibus qꝫ in agris cunctam ei⁹ ꝟbstantiā. Nec quicq; aliud nouerat: nisi panē quo vescebaꝫ. Erat aūt ioseph pulcra facie: et decorus aspectu. Post multos itaq; dies · iniecit dña oculos suos in ioseph: et ait. Dormi mecū. Qui nequaq; acquiescens operi nephario: dixit ad eā. Ecce dñs meus omnibus michi traditis · ignorat qd habeat in domo sua: nec quicq; ē qđ non sit in mea potestate · uel nō tradiderit michi: preter te que uxor eius es. Quō ergo possū ꝯ malū facere: ⁊ peccare ī dñm meū? Huiuscemodi ꝟbis p singlos dies loquebaꝫ: et mulier molesta erat adolescenti: et ille recusabat stuprū. Accidit aūt quadā die ut intraret ioseph domū · et operis quippiā absq; arbitris faceret: ⁊ illa ap̄hensa laciniā vestimenti eius diceret. Dormi mecū. Qui relicto ī manu eius pallio · fugit: ⁊ egressus ē foras. Cūq; vidisset mulier vestem in manibus suis · ⁊ se esse contemptā: vocauit ad se hoīes domꝰ sue: et ait ad eos. Ecce introduxit virū hebreū: ut illuderet nobis. Ingressus est ad me: ut coīret mecū. Cumq; ego succlamassem · ⁊ audisset vocem meā: reliquit pallū qđ tenebam: ⁊ fugit foras. In argumentū ergo fidei · retentū pallū ostendit marito reūtenti domū · et ait. Ingressus ē ad me seruus hebreꝰ · quē adduxisti: ut illuderet michi. Cūq; audisset me clamare: reliquit pallū qđ tenebam · ⁊ fugit foras. Hijs auditis dñs · et nimiū credulus ꝟbis coniugis · iratus est valde: tradiditq; ioseph in carcerem ubi vincti regis custodiebaꝫ: ⁊ erat ibi clausus. Fuit aūt dñs cū ioseph et misertus est illi⁹: ⁊ dedit ei gratiā in conspectu principis carceris. Qui tradidit in manu illi⁹ vniuersos vinctos qui ī custodia tenebaꝫ: et quidquid fiebat · sub ipo erat: nec nouerat aliquid · cūctis ei creditis. Dñs enī erat cū illo: ⁊ oīa opera ei⁹ dirigebat.

His itaq; gestis: accidit ut peccarēt duo eunuchi · pincerna regis ęgipti et pistor · dño suo. Iratusq; contra eos pharao · nam alter pincernis ꝓerat · alter pistoribꝰ: misit eos in carcerem principis militū · in quo erat vinctus ⁊ ioseph. At custos carceris tradidit eos ioseph: q̄ et ministrabat eis. Aliquantulū tpis fluxerat: et illi in custodia tenebaꝫ. Viderūtq; ambo somniū nocte una: iuxta interp̄tationem congruā sibi. Ad quos cū introisset ioseph mane · ⁊ vidisset eos tristes: sciscitat⁹ ē dicens. Cur tristior ē hodie solito facies vestra? Qui respondērūt. Somniū vidim⁹: et non est qui interp̄tetur nobis. Dixitq; ad eos ioseph. Nūquid nō dei ē interp̄tatio? Referte michi quid viderit⁹. Narrauit prior ꝓpositus pincernarū · somniū suū. Videbam coram me vitem in qua erant tres ꝓpagines crescere paulatim ī gemmas: ⁊ post flores uuas maturescere: calicemq; pharaonis in manu mea. Tuli ergo uuas · ⁊ expressi ī calicem quē tenebam: ⁊ tradidi poculū pharaoni. Respondit ioseph. Hec est interp̄tatio

RESERVED © Biblioteca Apostolica Vaticana

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0049
powered by DWork • Heidelberg University Library

somniū. Tres propagines·tres adhuc dies sunt·post quos recordabitē pharao ministerij tui· et restituet te in gradum pristinū: dabisq; ei calicē iuxta officiū tuū: sicut ante facere consueueras. Tantū memētō mei cū tibi bene fuerit: et facies mecū misericordiam ut suggeras pharaoni ut educat me de isto carcere quia furtim sublatus sum de terra hebreoꝝ: ⁊ hic innocens in lacū missus sum. Videns pistoꝝ magister· q̄ prudenter somniū dissoluisset· ait. Et ego vidi somniū· q̄ tria canistra farine haberem sup caput meū: et in uno canistro q̄ erat excelsus· portare me puraḇam oēs cibos qui fiūt arte pistoria: auesq; comedere ex eo. Respondit ioseph. Hec ē īterpretatō somniī. Tria canistra· tres adhuc dies sunt post quos auferat pharao caput tuum: ac suspendet te in cruce: ⁊ lacerabūt volucres carnes tuas. Exinde dies tercius natalicij pharaonis erat. Qui faciens grande cōuiuiū pueris suis recordat̄ est inter epulas magistri pincernaꝝ· ⁊ pistoꝝ principis: restituitq; alteꝝ i locū suū· ut porrigeret ei poculū· alteꝝ suspēdit in patibulo: ut cōiectoris veritas probaret̄. Et tamē succedentibꝫ psperis: ꝓfecto pincernaꝝ oblit̄ ē interpretis sui.

Post duos annos vidit Rex pharao somniū. Putabat se stare sup fluuiū: de quo ascendebāt septē boues pulcre et crasse nimis: et pascebant̄ in locis palustribꝫ. Alie q̄q; septē emergebāt de flumine fede confecteq; macie: ⁊ pascebant̄ i ipa amnis ripa: i locis ubertimis viretibꝫ: deuorauerūtq; eas quas mira species· ⁊ habitudo corporis erat. Expergefact̄ pharao rursū dormiit: ⁊ vidit alteꝝ somniū. Septē spice pullulabāt in culmo uno· plene atq; formose: alie q̄q; totidē spice tenues· ⁊ pculse uredine orientē: deuorantes omnē priorē pulcritudinē. Euigilans pharao post quietē ⁊ facto mane pauore pterrit̄ misit ad oēs cōiectores egipti· cūctosq; sapientes: et accersitis narrauit somniū: nec erat q̄ interpretaret̄. Tunc demū reminiscens magister pincernaꝝ ait. Cōfitēor peccatū meū. Iratus rex seruis suis· me et magistrū pistoꝝ retrudi iussit in carcerem prīcipis militū: ubi una nocte uterq; vidim̄ somniū: pūagū futuroꝝ. Erat ibi puer hebreus· eiusdē ducis militū famul̄: cui narrantes somnia· audiuim̄ quidq̄d postea rei ꝓbauit eventū. Ego cū reddit̄ sum officio meo: ⁊ ille suspēsus ē in cruce. Protin̄ ad regis imperiū· eductū de carcere ioseph totondērunt: ac veste mutata obtulerunt ei. Cui ille ait. Vidi somnia· nec est qui ediſſerat: que audiui te sapientissime conicere. Rādit ioseph. Absq; me deꝰ rādebit pspera pharaoni. Narravit ergo pharao que viderat. Putabam me stare sup ripam fluminis: et septē boues de amne consendere· pulcras nimis ⁊ obesis carnibꝫ: que in pastu paludis uirecta carpebāt. Et ecce has sequebant̄ alie septem boues inanitū deformes ⁊ macilēte: ut nūq; tales in terra egipti viderim. Qui deuoratis et cōsumptis prioribꝫ· nullū saturitatis dedere vestigiū: sed simili macie ⁊ squalore torpebāt. Euigilās· rursus sopore depressus vidi somniū. Septē spice pullulabāt in culmo uno· plene atq; pulcerrime. Alie q̄q; septem tenues ⁊ pculse uredine· orientē e stipula: que priorū pulcritudinem deuorauerunt. Narravi diectoribꝫ somniū: ⁊ nemo ē qui ediſſerat. Rādit ioseph. Somniū

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0050
powered by DWork • Heidelberg University Library

regis · vnū est. Que facturus est deus ostendit pharaoni. Septē boues pulcre · ⁊ septem spice plene · septē ubertatis anni sunt: eandēq; vim somnij cōprehendunt. Septē q̄; boues tenues atq; macilente que ascenderunt post eas · ⁊ septem spice tenues · ⁊ vento urente percusse · septem anni venturi sunt famis: qui hoc ordine cōplebūtur. Ecce septē anni venient fertilitatis magne ī uniuersa terra egipti: quos sequētur septē anni alij tante sterilitatis: ut obliuioni tradatur cuncta retro abundantia. Consūptura ē enī fames omnē terrā: et ubertatis magnitudinem p̄dictura est inopie magnitudo. Od autē vidisti secūdo · ad eandē rem ptinens somnium · firmitatis indiciū ē: eo q̄ fiat sermo dei · ⁊ velocius impleat. Nūc ergo prouideat rex virū sapientē et industrium et p̄ficiat eū terre egipti: q̄ constituat p̄positos p cūctas regiones · et quintā partem fructuū per septem ānos fertilitatis qui iam nūc futuri sunt · congreget in horrea: ⁊ omne frumentū sub pharaonis potestate condatur: seruetur q; in urbibus · ⁊ p̄pareē future septē annoz fami · que oppressura est egiptū: ⁊ non delebit terra inopia. Placuit pharaoni cōsiliū: ⁊ cūctis ministris ei⁹. Locutusq; ē ad eos. Num inuenire poterimus talem virū qui spiritu dei plenus sit? Dixit ergo ad ioseph. Quia ostendit tibi deus oīa que locutus es · nūquid sapiētiorem et similē tui inuenire potero? Tu eris sup domū meā: et ad tui oris imperiū cunct⁹ pl̄s obediet. Uno tantū regni solio p̄stabo te. Dixitq; rursū pharao ad ioseph. Ecce cōstitui te sup uniūsam terram egipti. Tulitq; anulū de manu sua · ⁊ dedit eū in manu eius: uestiuitq; eū stolam byssinā: et collo torquem auream circūposuit. Fecitq; eū ascendere sup currū suū secūdo clamāte p̄cone: ut omnes coram eo genu flecterent: et p̄positū esse scirent uniuerse terre egipti. Dixit quoq; rex egipti ad ioseph. Ego sum pharao. Absq; tuo imperio nō mouebit quisq; manū aut pedem in omni terra egipti. Uertitq; nomē illius: et uocauit eum lingua egiptiaca · saluatorem mundi. Deditq; illi uxorē: asseneth filiā phutifaris sacerdotis eliopoleos. Egressus ē itaq; ioseph ad terrā egipti. Triginta annoz erat · quādo stetit in conspectu regis pharaonis · et circuiit omnes regiones egipti. Uenitq; fertilitas septem annoz: ⁊ in manipulos redacte segetes congregate sunt in horrea egipti. Omnis etiā frugū abundātia · in singulis urbibus cōdita est. Tantaq; fuit abundātia tritici · ut arene maris coequaretur: et copia mensurā excederet. Natiq; sūt ioseph filij duo anteqū ueniret fames: quos peperit ei asseneth filia phutifaris sacerdotis eliopoleos. Uocauitq; nomen primogeniti manasses · dicens. Obliuisci me fecit deus oīm laboz meoz: ⁊ domus patris mei. Nomē q̄; secūdi appellauit effraim dicēs. Crescere me fecit deus in terra paupertatis mee. Igit̄ transactis septē ubertatis annis qui fuerant in egipto: ceperunt uenire septē anni inopie · quos p̄dixerat ioseph: et in uniuerso orbe fames p̄ualuit. In cuncta etiā terra egipti · fames erat. Qua esurīēte: clamauit pl̄s ad pharaonē · alimenta petens. Quibus ille rndit. Ite ad ioseph: et q̄dq̄ ip̄e vobis dixerit facite. Crescebat aūt quotidie fames ī oīi terra: aperuitq; ioseph uniuersa horrea: et uendebat egiptijs. Nā et illos oppresserat fames.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0051
powered by DWork • Heidelberg University Library

Omnesq; prouincie venichāt ī egiptū · ut emerēt escas : ⁊ malū inopie tēperarēt.

Audiēs autem iacob q; alimenta venderēt in egipto: dixit filijs suis . Quare negligitis ? Audiui q; triticū venūdetur in egipto. Descendite · et emite nobis necessaria · ut possim⁹ viuere : ⁊ non consumamur inopia. Descendentes igit̄ frēs ioseph decem · ut emerent frumenta in egipto · beniamin domi · retento a iacob : qui dixerat fratribs eius ne forte in itinere quicq; patiat̄ mali : ingressi sunt terrā egipti : cū alijs q; pergebāt ad emendū. Erat aūt fames in terra chanaan : et ioseph erat princeps ī terra egipti : atq; ad eū nutū frumenta pplis vendebant̄. Cumq; adorassent eum fratres sui · et agnouisset eos : quasi ad alienos durius loquebat̄ · interrogās eos. Vnde venistis ? Qui rñdērūt · de terra chanaā : ut emam⁹ victui necessaria . Et tamen frēs ipe cognoscens : nō est cognit⁹ ab eis. Recordatusq; somniorū q; aliquid viderat : ait ad eos. Exploratores estis : ut videatis infirmiora terre venistis. Qui dixerūt. Nō ē ita dñe : sed famuli tui venerūt ut emerent cibos. Omnes filij vnius viri sum⁹ . Pacifici venim⁹ : nec quicq; famuli tui machinant̄ur mali. Quibs ille rūdit. Aliter ē . Immunita terre hui⁹ considerare venistis. At illi dixerunt. Duodecim nūcupāt frēs famuli tui sum⁹ : filij viri uni⁹ in terra chanaan. Minim⁹ cū patre nr̄o ē : alt⁹ nō est sup. Hoc ē ait · qđ locut⁹ sū. Exploratores estis . Jam nūc experimentū vr̄i capiā. Per salutē pharaonis nō egredietur hinc : donec veniat frat̄ vester minim⁹. Mittite ex vobis unū et adducat eū : vos aūt eritis in vinculis · donec probentur que dixistis : utrū vera an falsa sint. Alioquin p salutem pharaonis exploratores estis. Tradidit ergo illos custodie · tribus diebs . Die aūt tercio educt⁹ de carcere ait. Facite que dixi et viuetis . Deū enī timeo. Si pacifici estis · frater vester unus ligetur ī carcere : vos aūt abite · et ferte frumenta q; emistis in domos vras · ⁊ fratrē vrm minimū ad me adducite : ut possim vros pbare sermones · et nō moriamini. Fecerūt ut dixerat : et locuti sunt ad invicem. Merito hec patim̄ · quia peccauim⁹ in fratrem nrm videntes āgustias anime illi⁹ dū deprecar̄ nos · ⁊ nō audiuim⁹ : idcirco venit sup nos ista tribulatio. Et quibs intus ruben ait . Nūquid nō dixi vobis · nolite peccare in puerū : et non audistis me ? Ecce sanguis eius requirit̄. Nesciebant enī q; intelligeret ioseph : eo q; p interpretem loqueret̄ ad eos. Auertitq; se parūper · ⁊ fleuit : ⁊ reuersus locut⁹ ē ad eos : tollensq; symeonem · ⁊ ligans illis pntibs. Jussitq; ministris ut implerent saccos eor̄ tritico : ⁊ reponerent pecunias singlor̄ in sacculis suis · dans insuper cibaria in via. Qui fecerūt ita . At illi portantes frumēta in asinis suis pfecti sūt. Aperto q; uno sacco · ut daret iumento pabulū in diuersorio · cōtemplat⁹ pecuniā in ore sacculi : dixit fratribs suis. Reddita est michi pecunia. Ecce habet̄ in sacco . Et obstupefacti turbatiq; mutuo dixerūt. Quid nam ē hoc qđ fecit nobis de⁹ ? Venerūtq; ad iacob patrem suū in terra chanaan : ⁊ narrauerūt ei cūa que acciderant sibi dicentes. Locutus ē nobis dñs terre dure : ⁊ putauit nos exploratores esse prouincie . Cui rñdim⁹. Pacifici sum⁹ : nec vllas molim̄ insidias. Duodecim fratres uno patre geniti sumus : unus nō est sup : minim⁹ cū patre

nro est in terra chanaan. Qui ait nobis. Vir, pbatu ps pacifici sitis. Frem vestrū unū dimittite apud me: et ceteri abaria domibz vestris necessaria sumite·z abite. Frem̄qz vrm minimū adducite ad me·ut sciam ps nō sitis exploratores: et istū qui tenet in vinculis recipere possitis: ac deinceps q̄ vultis emendi habeatis licentiā. Hiis dictis·cum frumenta effunderēt·singuli reperēt ī ore saccoz ligatas pecunias: expertisqz simul oīb̄z·dixit pater iacob. Absq; liberis me esse fecistis. Ioseph nō ē sup: simeon tenet in vinculis·z beniamin auferetis. In me hec oīa mala recidерunt. Cui rndit ruben. Duos filios meos interfice: si nō reduxero illū tibi. Trade illū in manu mea: z ego eū tibi restituā. At ille: non descendet inquit filius me9 vobiscū. Frater ei9 mortu9 est: et ipse solus remansit. Si quid ei aduersitatis acciderit in terra ad quā pergitis: deducetis canos meos cum dolore ad inferos.

Interim fames omnē terram vehemēt p̄mebat: consumptisqz cibis quos de egipto detulerāt dixit iacob ad filios suos. Reuertimini: et emite nobis pauxillum escaz. Rndit iudas. Denūciauit nobis vir ille sub attestatione iurisiurandi·dicens. Non videbitis faciem meā: nisi frem vestrū minimū adduxeritis vobiscū. Si ergo vis eū mittere nobiscū pgem9 pariter z emem9 tibi necessaria: si aūt nō vis: nō ibim9. Vir enī ut sepe dixim9·denūciauit nobis dicens. Non videbitis faciē meā absq; fratre vrō minimo. Dixit eis israhel. In meā hoc fecistis miseriā: ut indicaretis ei z aliū habere vos frem. At illi rnderunt. Interrogauit nos ipse per ordinem nostrā pgeniem: si pater viueret: si haberem9 frem. Et nos rndimus ei sequētia: iuxta id quod fuerat scisciтat9. Nūquid scire poteramus ps dicturus esset: adducite frem vrm vobiscū. Iudas q̄ dixit patri suo. Mitte puer mecū ut pficiscam̄ z possem9 viuere: ne moriamur nos z parvuli nri. Ego suscipio puerū: de manu mea require illū. Nisi reduxero et reddidero eū tibi: ero pcī reus ī te omni tpe. Si nō intercessisset dilatio iam vice altera venissem9. Igit israel pater eoz dixit ad eos. Si sic necesse est·facite qđ vultis. Sumite de optimis terre fructibz in vasis vris z deferte viro munera: modicū resine z mellis·et storacis z stacten·z therebinti·z amigdalas. Pecuniāqz duplicem ferte vobiscū: z illam quā inuenistis ī saccis reportate: ne forte errore factū sit. Sed z frem vestrū tollite: z ite ad virū. Deus aūt meus omnipotēs faciat vobis eū placabilē: et remittat vobiscū frem vrm quē tenet ī vinculis: et hūr beniamin. Ego aūt sicut orbat9. absq; liberis ero. Tulerūt ergo viri munera et pecuniā duplicē et beniamin: descenderūtqz in egiptū: z steterūt coram ioseph. Quos cū ille vidisset et beniamin simul·p̄cepit dispensatori domus sue dicens. Introduc viros domū: et occide victimas·et instrue conuiuiū: quia hodie mecū sunt comesturi in meridie. Fecit ille qđ sibi fuerat imperatū: z introduxit viros domū. Ipsiqz expauerūt dixerūt mutuo. Propter pecuniā quā retulim9 pri9 ī saccis nris·introducti sum9·ut deuoluat in nos calumniā: et violenter subiciat seruituti: z nos et asinos nros. Quāobrem·in ipsis foribus accedentes ad dispensatorē·loquti sunt. Oram9 dne ut audias nos. Iam ante descendim9·ut emerem9 escas:

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0053
powered by DWork • Heidelberg University Library

quibꝫ emptis · cū venissemus ad diuer-
sorū · aperuim⁹ saccos nr̄os · ⁊ inuenim⁹
pecuniā in ore saccoꝝ : quā nūc
eodem pondere reportauim⁹ . Sed et
aliud argentū argentū : ut emam⁹ q̄
nobis necessaria sunt . Non est in nr̄a
cōscientia : quis posuerit eā in marsu-
pijs nr̄is . At ille rūdit . Pax vobisc̄ū :
nolite timere . Deus vester et deus pr̄is
vestri · dedit vobis thesauros ī saccis
vestris . Nam pecuniā quam dedistis
mihi : pbatam ego habeo . Eduxitq;
ad eos symeon . Et introductis domū
attulit aquā : ⁊ lauerunt pedes suos :
dedit q; pabulū asinis eoꝝ . Illi vero
parabant munera : donec ingrederet̄
ioseph meridie . Audierant enī q; ibi
comesturi essent panē . Igit̄ ingressus
est ioseph domū suam : obtulerūt q; ei
munera · tenētes ī manibꝫ suis : ⁊ adō-
rauerūt proni in terrā . At ille clemēter
resalutatis eis : interrogauit eos dicens .
Sanusne ē pater vester senex : de quo
dixeratis mihi ? Adhuc vivit ? Qui
rūderūt . Salvus est · seruus tu⁹ pater
noster . Adhuc vivit . Et incurvati ad-
orauerunt eū . Attollens aut̄ ioseph
oculos : vidit beniamin frēm suū uteri-
num · ⁊ ait . Iste ē frater vester parvul⁹ :
de quo dixeratis mihi ? Et rursū . Deꝰ
inquit misereat̄ tui fili mi . Festinauit
q; ī domū · quia cōmota fuerāt viscera
ei⁹ sup̄ fratre suo : et rūpebāt lacrime :
⁊ introiens cubiculū fleuit . Rursumq;
lota facie egressus · cohibuit se : et ait .
Ponite panes . Quibꝫ appositis · seor-
sum ioseph · et seorsū fratribꝫ · egyptijs
quoq; qui vescebāt simul seorsū : illi-
citū est enī egyptijs comedere cū hebreis .
et pharaōnis putant hunusmodi cōuiuiū
sedentes coram eo · p̄mogenit⁹ iuxta
primogenita sua · ⁊ minim⁹ iuxta etatē
suā . Et mirabant̄ inuicē : lūptis parti-
bus q̄s ab eo acceperāt . Maiorq; pars
venit beniamin : ita ut quinq; partibꝫ
excederet . Bibērūtq; ⁊ inebriati sūt cū eo .

Precepit autem ioseph Rum
dispensatori domus sue · dicēs .
Imple saccos eoꝝ frumento quātum
possūt capere : ⁊ pone pecuniā singlōz
in sūmitate sacci . Calicem autē meū
argenteū · ⁊ preciū q̄ dedit tritici : pone
in ore sacci iunioris . Factūq; ē ita . Et
orto mane · dimissi sūt cū asinis suis .
Jamq; urbem exierāt : ⁊ pressērāt pau-
lulū . Tūc ioseph accersito dispēsatore
dom⁹ ait . Surge inquit et psequere vi-
ros : et apprehensis dicito . Quare red-
didistis malū p bono ? Calix quē fu-
rati estis : ipe ē in quo bibit dñs me⁹ ⁊
in quo auguriari solet . Pessimā rem
fecistis . Fecit ille ut iusserat : et apphen-
sis per ordinē locus est . Qui rūderūt .
Quare sic loquit̄ dñs noster : ut seruī
tui tantū flagitij cōmiserint ? Pecuniā
quā inuenim⁹ in sūmitate saccoꝝ
reportauim⁹ ad te de terra chanaan .
Et quomō sequēs ē · ut furati simus
de domo dñi tui aurū vel argentum ?
Apud quēcunq; fuerit inuentū seruoꝝ
tuoꝝ q̄ morietur : ⁊ nos eri⁹
seruī dñi nr̄i . Qui dixit eis . Fiat iuxta
vr̄am sententiā . Apud quēcunq; fuerit
inuentū · ipe sit seru⁹ me⁹ : vos autem
eritis innoxij . Itaq; festinato deponen-
tes in terram saccos : aperuerūt singuli .
Quos scrutatus · incipiens a maiore
usq; ad minimū : inuenit calicem in
sacco beniamin . At illi scissis vestibꝫ
oneratisq; rursū asinis · reversi sunt in
opidū : primusq; iudas cū fratribꝫ in-
gressus ē ad ioseph . Adhuc enī de loco
abierat . Corruēruntq; ante eū pariter ī terrā
corruerūt . Quibꝫ ille ait . Cur sic agere

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0054
powered by DWork • Heidelberg University Library

voluistis? An ignoratis q̄ non sit
similis mei ī augurīādi scientia? Cui
īudas. Quid rīdebimus inquit dño
meo: uel quid loquem: aut iustē pote-
rimus obtendere? Deus inuenit iniq̄ta-
tem seruoꝝ tuoꝝ. Ecce oēs seruī sum⁹
dñi mei: ⁊ nos et apud quē inuentus
ē cyphus. Rīdit ioseph. Absit a me:
ut sic agam. Qui furatus ē cyphū ipe
sit seruus meus: vos autē abite liberi
ad prēm vestrū. Accedens autē .q̄nus
iudas: confidenter ait. Oro dñe audi
me: ut loq̄ar famus tu⁹ verbū ī auribꝫ
tuis: et ne īascaris famlo tuo. Tu es
enī post pharaonē dñs me⁹. Interro-
gasti pri⁹ seruos tuos habens prēm
aut frēm: ⁊ nos rīdim⁹ tibi dño meo.
Est nobis pater senex: ⁊ puer parul⁹
qui ī senectute illi⁹ natus ē: cui⁹ vterin⁹
frater ē mortuus: et ipm solum habet
mater sua: pater vero venere diligit eū.
Dixistiq̄ seruis tuis. Adducite eū ad
me: ⁊ ponam oculos meos sup̄ illū.
Suggessim⁹ tibi dño meo: nō potest
puer relinq̄re prēm suū. Si enī illū di-
miserit morietur. Et dixisti seruis tuis.
Nisi venerit frat vester min⁹ vobiscū:
nō videbitis amplius facie mea. Cū
ergo ascendissem⁹ ad famulū tuū pa-
trem nostrū: narrauim⁹ ei oīa que lo-
cut⁹ est dñs me⁹. Et dixit pater noster.
Reuertimini: ⁊ emite nobis paxillici.
Cui diximꝰ. Nō possum⁹ ire. Si frater
noster minim⁹ descenderit nobiscū. p-
ficiscemur simul: alioquin illo absente
non audem⁹ videre faciē viri. At ille
respondit. Vos scitis q̄ duos filios
genuerit michi vxor mea. Egressus est
unus et dixistis bestia deuorauit eū:
et hucusq̄ non cōparet. Si tuleritis ⁊
istū ⁊ aliquid ei ī via cōtigerit: deduce-
tis canos meos cū merore ad inferos.

Igitur si intrauero ad seruū tuū prēm
nrm ⁊ puer defuerit: cū anima illius ex
huius anima dependeat: videritq̄ eū nō
esse nobiscū: morietur: ⁊ deducēt famuli
tui canos eius cum dolore ad inferos.
Ego .q̄rie seruus tuus sum: qui ī meā
hūc recepi fidē: ⁊ spopondi dicēs. Nisi
reduxero eū: peccā reus ero in prēm meū
omni tpe. Manebo itaq̄ seruus tuus
pro puero ī ministerio dñi mei: ⁊ puer
ascendat cum fratribꝫ suis. Nō enim
possum redire ad prēm absente puero:
ne calamitatis q̄ oppressura est prēm
meum: rebus afflictam. Nu

Non se poterat vltra cohibere io-
seph: multis coram astantibꝫ: unde
precepit ut egrederent̄ cūcti foras: ⁊ null⁹
interesset alien⁹ agnitioni mutue. Ele-
uauitq̄ vocem cū fletu: quā audierūt
egiptij omnisq̄ dom⁹ pharaonis: ⁊
dixit fratribꝫ suis. Ego sū ioseph. Ad-
huc pater meus uiuit? Non poterāt
rūdere frēs: nimio terrore pterriti. Ad
quos ille clementi: accedite inq̄t ad me.
Et cū appropinquassēt .q̄: ego sū ait
ioseph frater vester: quē vēdidistis in
egiptū. Nolite pauere: neq̄ vobis du-
rum esse videat⁹ q̄ vendidistis me ī hāc
regionibꝫ. Pro salute enī vestra misit
me deus ante vos in egiptū. Biennū
est enī q̄ cepit fames esse in terra: ⁊ ad-
huc quīq̄ āni restāt: quibꝫ nec arari
potest nec meti. Premittq̄ me deus
ut reseruemini sup̄ terram: ⁊ escas ad vi-
uendū habere possitis. Non vō cōsi-
lio sed dei volūtate huc missus sum:
qui fecit me q̄si prēm pharaonis: ⁊ do-
minū uniuerse dom⁹ eius: ac principē
in omni terra egipti. Festinate ⁊ ascen-
dite ad prēm meum: et dicetis ei. Hec
mandat filius tu⁹ ioseph. Deus fecit
me dñm uniuerse tre egipti. Descende

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0055
powered by DWork • Heidelberg University Library

ad me ne moreris: ⁊ habitabis ī terra
iessen. Eritq; iuxta me tu et filij tui et fi-
lij filiorū tuoꝝ: oues tue et armenta
tua ⁊ uniuersa que possides: ibiq; te
pascam. Adhuc enī quinq; annī reli-
dui sunt famis: ne et tu pereas ⁊ oīs
domus tua: et oīa que possides. En
oculi vri et oculi frīs mei beniamin vi-
dent: qꝝ os meū loquat ad uos. Nun-
ciate patrī meo uniūsam gloriā meā:
et cuncta que uidistis in egipto. Festi-
nate: et adducite eum ad me. Cunq;
amplexat⁹ recedisset ī collū beniamin
frīs suī fleuit: illo q̄ similiter flente siliter
sup collū eius. Osculatusq; est ioseph
oēs frēs suos: ⁊ plorauit sup singu-
los. Post que: ausi sunt loqui ad eū.
Auditūq; ē et celebri sermone vulgatū
in aula regis: uenerūt frēs ioseph. Et
gauisus est pharao: atq; oīs familia
eius. Dixitq; ad ioseph: ut imperaret
fratribs suis dicēs. Onerātes iumenta
ite ī terrā chanaan et tollite inde prēm
vrīm et cognationem et uenite ad me:
et ego dabo uobis oīa bona egipti ut
comedatis medullā terre. Precipe etiā
ut tollant plaustra de terra egipti: ad
subuectionē paruulorū suoꝝ ac ꝺomꝰ.
Et dicito. Tollite prēm vrīm ⁊ ꝓperate
quantocius uenientes: nec dimittatis
quicq̄ de supellectili vra: qa oēs opes
egipti vre erūt. Fecerūtq; filij isrl ut eis
mandatū fuerat. Quibs dedit ioseph
plaustra secm pharaonis imperiū: et
cibaria in itinere. Singulis q̄ pferri
iussit binas stolas: beniamin vero de-
dit trecentos argēteos cū quinq; stolis
optimis: tantūdem pecunie et uestiū
mittens patri suo: addens eis asinos
decem qui subuehebant ex oīb; diui-
tijs egipti: ⁊ totidem asinas tritici in
itinere panemq; ꝯcātes. Dimisit ergo
frēs suos: ⁊ pficiscentibs ait. Ne iracūdi-
mini ī via. Qui ascendentes ex egipto
venerūt in terrā chanaan ad prēm suū
iacob: ⁊ nūciauerūt ei dicētes. Ioseph
filius tuꝰ uiuit: et ipe dñatur in oīm
terra egipti. Quo audito iacob: q̄si de
graui somno euigilans: tamen non
credebat eis: illi econtra referebāt oīnē
ordinem rei. Cūq; vidisset plaustra et
uniuersa que miserat: reuixit spiritus
eius ⁊ ait. Sufficit michi si adhuc io-
seph filius meus uiuit: vadam ⁊ vide-
bo illum antq̄ moriar. Vlt

Profectusq; isrl' omnibus q̄ habe-
bat: uenit ad puteū iuramenti:
et macta ibi victimas deo patris sui
ysaac: audiuit eū per uisionē nocte vo-
cantem se: et dicente sibi. Iacob iacob.
Cui rīdit. Ecce adsū. Ait illi deꝰ. Ego
sum fortissimꝰ deus patris tui. Noli ti-
mere: sed descende ī egiptū: quia ī gen-
tem magnā faciā te ibi. Ego descendā
tecū illuc: et ego inde adducā te reūten-
tem. Ioseph q̄ ponet manꝰ suas sup
oculos tuos. Surrexit iacob mane a
puteo iuramenti: tulerūtq; eū filij cum
parvulis ⁊ uxoribs suis: in plaustris
que miserat pharao ad portandum
semen: ⁊ oīa que possiderat in terra
chanaan. Venitq; in egiptū cū omni
semine suo: filij eius ⁊ nepotes: filie et
cuncta simul ꝓgenies. Hec sunt autem
noīa filioꝝ isrl: qui ingressi sunt ī egi-
ptū: ipe cū liberis suis. Primogenit⁹
ruben. Filij ruben: enoch ⁊ phallu: et
esrom ⁊ charmi. Filij simeon: iamuhel
et iamin ⁊ ahod et iachin ⁊ saber et
saul filiꝰ chananitidis. Filij leui: ger-
son ⁊ caath ⁊ merari. Filij iuda: her
et onan ⁊ sela ⁊ phares ⁊ zara. Mo-
rui sunt autē her et onan ī terra chana-
an. Natiq; sunt filij phares: esrom et

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0056
powered by DWork • Heidelberg University Library

amul. Filij ysachar: thola ⁊ phua. et
iobab. ⁊ semron. Filij zabulō: sareth.
et thelon. ⁊ idalel. Hij filij lye. quos ge-
nuit in mesopothamia syrie: cū dina
filia sua. Omnes anime filiorū eiꝰ ⁊ filia-
rū triginta tres. Filij gad: sephon. et
aggi. suphi. et esebon. ⁊ suni. ⁊ beri. ⁊
arodi ⁊ areli. Filij aser: iemna. ⁊ iesua.
et iesui. ⁊ beria. sara qꝫ soror eorū. Filij
beria: heber ⁊ melchiel. Hij filij zelphe.
quā dedit laban lye filie sue: ⁊ hos ge-
nuit iacob. sedecim aīas. Filij rachel
uxoris iacob: ioseph ⁊ beniamin. Fa-
ctiqꝫ sunt ioseph filij ī terra egipti: qꝫs
genuit ei asseneth filia phuntfaris sa-
cerdotis eliopoleos. manasses. ⁊ effra-
im. Filij beniamin: hela. et bechor. et
asbel. ⁊ gera. ⁊ naaman. ⁊ iechri. ⁊ rus
menson et ofim. ⁊ ared. Hij filij rachel
quos genuit iacob: oēs anime q̄tuor-
decim. Filij dan: vsan. Filij nepta-
lim: iasiel. ⁊ guni. et ieser ⁊ salem. Hij
filij bale. quā dedit laban rachelī filie
sue: et hos genuit iacob: oēs anime
septem. Cunctaqꝫ anime q̄ ingresse sūt
cū iacob ī egiptū: ⁊ egresse sūt de femo-
re illiꝰ. absqꝫ uxoribus filiorū eiꝰ: sexa-
ginta sex. Filij aūt ioseph. q̄ nati sunt
ei in terra egipti: anime due. Omnes
anime domꝰ iacob. que ingresse sunt
in egiptum: fuere septuaginta. Misit
aūt iacob iudam ante se ad ioseph in
egiptū. ut nūciaret ei: ⁊ ille occurreret
ī iesen. Quo cū peruenisset iūcto ioseph
curru suo. ascendit obuiam patri ad
eundē locū: vidensqꝫ eū. irruit sup collū
eius: et inter amplexus fleuit. Dixitqꝫ
pater ad ioseph. Iam letus moriar
quia vidi faciem tuā: ⁊ superstitem te re-
linquo. Et ille locutꝰ est ad frēs suos:
et ad omnē domū pris sui. Ascendā
et nūciabo pharaoni: dicāqꝫ ei. Frēs
mei et domꝰ pris mei qui erāt in terra
chanaan. venerunt ad me: ⁊ sunt viri
pastores ouiū. curāqꝫ habēt alendoꝝ
gregū. Pecora sua. ⁊ armenta et oīa
que habere potuerūt. adduxerūt secū.
Cūqꝫ vocauerit vos. ⁊ dixerit. qd est o-
pus vrm: rūdebitis. Viri pastores fu-
mus serui tui. ab infantia nra usqꝫ ī p̄-
sens: ⁊ nos ⁊ pres nri. Hec aūt dicēs.
ut habitare possitis ī terra iesen: quia
detestant egiptij oēs pastores ouiū.
Ingressus ergo ioseph: nūci- Xlvij
auit pharaoni dicens. Pater meus ⁊
frēs. oues eoꝝ ⁊ armenta. ⁊ cuncta que
possident. venerūt de terra chanaan: ⁊
ecce ostituit ī terra iesen. Extremos qꝫ
fratrū suoꝝ quīqꝫ viros. cōstituit coram
rege. Quos ille interrogauit. Quid ha-
betis opris? Rūderūt. Pastores ouiū
sumus serui tui: ⁊ nos ⁊ pres nri. Ad
peregrinādū in terrā tuā venim9: quia
nō ē herba gregibꝰ seruoꝝ tuoꝝ. ingra-
uescente fame in terra chanaan. Peti-
musqꝫ ut esse nos iubeas tuos tuos
ī terra iesen. Dixit itaqꝫ rex ad ioseph.
Pater tuꝰ ⁊ frēs tui venerūt ad te. Terra
egipti ī cōspectu tuo ē: in optimo loco
fac eos habitare: ⁊ trade eis terrā iesen.
Nō si nosti ī eis esse viros industrios:
cōstitue illos magistros pecoꝝ meoꝝ.
Post hec introduxit ioseph prēm suū
ad regē: et statuit eū coram eo. Qui bene-
dicens illi: ⁊ interrogatus ab eo. quot
sunt dies annoꝝ vite tue: rūdit. Dies
peregrinatōnis vite mee centū triginta
annoꝝ sunt. parui et mali: et nō que-
nerūt usqꝫ ad dies patrū meorū quibꝰ
peregrinati sūt. Et būdicto rege. egressus
est foras. Ioseph vero patri ⁊ fratribꝰ
suis dedit possessionē in egipto ī opti-
mo tre solo ramesses. ut p̄ceperat pha-
rao: ⁊ alebat eos. omnēqꝫ domū pris

sui·prebens cibaria singulis. In toto
eñ orbe panis deerat: & oppresserat fa-
mes terrã: maxime egipti· & chanaan.
Et quibz omnẽ pecuniã congregauit pro
uenditõne frumenti: & intulit eã in era-
rium regis. Cũq; defecisset emptoribz
pciũ: uenit cuncta egipt9 ad ioseph di-
cens. Da nobis panes. Quare mori-
mur corã te· deficiẽte pecunia? Nullz
ille rñdit. Adducite pecora vra: & dabo
vobis pro eis cibos· si preciũ non ha-
betis. Que cũ adduxissẽt dedit eis ali-
menta pro equis et ouibus et bobus
et asinis: sustentauitq; eos illo anno
pro cõmutatõne pecorũ. Venerunt q̃z
anno sequẽ: & dixerũt ei. Non celamus
dñm nr̃m q9 deficiente pecunia· pecora
simul defecerũt: nec clam te ẽ: q9 absq;
liberis corporibz & terra michil habem9.
Cur ergo morieñ te vidente? Et nos
et terra nr̃a tui erim9. Eme nos i serui-
tutem regiã· & prebe semina: ne pereũte
cultore redigatur terra in solitudinẽ.
Emit igit̃ ioseph omnẽ terrã egipti:
uendẽtibz singulis possessiones suas
pre magnitudine famis. Subiectaq;
eam pharaoni· & cũctos pplos eius· a
nouissimis terminis egipti usq; ad extre-
mos fines ei9 ꝓter terrã sacerdotũ que
a rege tradita fuerat eis: quibz & statu-
ta cibaria ex horreis publicis ꝓbebant̃:
et id circo non sunt cõpulsi vendere
possessiones suas. Dixit ergo ioseph
ad pplos. Ecce ut cernitis & vos et terrã
vr̃am pharao possidet. Accipite semi-
na & serite agros: ut fruges habere pos-
sitis. Quintã partẽ regi dabitis: ꝙ uor
reliquas mitto vobis i sementẽ· & in
cibum familijs & liberis vestris. Qui
rñderũt. Salus nr̃a in manu tua est.
Respiciat nos tantũ dñs noster: & fa-
ciem9 regi. Ex eo tpe usq; i pñtem
diem in uniuersa terra egipti regibus
quĩta pars soluitur: et factũ est ꝙsi in
legem· absq; terra sacerdotali: q̃ libera
ab hac ꝺditione fuit. Habitauit ergo
isrl in egipto· id ẽ in terra ressen & posse-
dit eam: auctusq; est et multiplicat9 ni-
mis: et uixit in ea decẽ & septem annis.
Factiq; sunt omnes dies vite illi9 centũ
quadraginta septem annoz. Cũq; appro-
pinq̃re cerneret diẽ mortis ei9· uocauit
filiũ suũ ioseph: & dixit ad eũ. Si inue-
ni gratiã in cõspectu tuo· pone manũ
tuã sb femore meo· et facies michi mi-
sericordiã et veritatẽ: ut non sepelias
me i egipto· sed dormiã cũ patribz meis:
et auferas me de terra hac· cõdasq; me
in sepulcro maioz. Cui rñdit ioseph.
Ego faciam quod iussisti. Et ille: iura
ergo mihi. Quo iurante: adora-
uit isrl dñm· uersus ad lecti caput.

Flum

Ipis itaq; transactis nũciatũ est ioseph: q9 egrotaret
pater suus. Qui assumptis duobus
filijs manasse et effraim: ire pperexit.
Dictumq; est seni. Ecce filius tuus io-
seph uenit ad te. Qui confortatus se-
dit in lectulo. Et ingresso ad se ioseph
ait. Deus omnipotens apparuit michi
in luza· que est in terra chanaan: bene-
dixitq; michi· et ait. Ego te augebo et
multiplicabo: & faciã te i turbas pploz.
Daboq; tibi terrã hanc· et semini tuo
post te: i possessionẽ sempiternã. Duo
ergo filij tui qui nati sunt tibi in terra
egipti· anteq; hue veniret ad te mei erũt
effraim & manasses: sicut symeon & ru-
ben reputabũtur michi. Reliquos au-
tem quos genueris post eos tui erũt:
et noie fratrũ suoz vocabũtur i posses-
sionibz suis. Michi enim q̃ndo veniẽti
de mesopotamia· mortua ẽ rachel in
terra chanaan: in ipso itinere. Cumq;

uerunt tps. Et ingrediebat effratam: et
sepelierunt eā iuxta uiam effrathe: q̄ alio
nōie uocabat bethleem. Videns aūt
filios eius: dixit ad eū. Qui sunt isti?
Rndit. Filij mei sunt: quos donauit
michi dñs i hoc loco. Adduc inquit
eos ad me: ut benedicam illis. Oculi
eni isrl caligabāt pre nimia senectute:
et clare uidere nō poterat. Applicatosq;
ad se deosculatus: et circūpletens: dixit
ad filiū suū. Nō sum fraudat⁹ aspectu
tuo: insup ostendit michi deus semen
tuū. Cumq; tulisset eos ioseph de gre-
mio pris: adorauit pronus i terram:
et posuit effraim ad dexterā suā id ē ad
sinistrā isrl: manasses uero in sinistra
sua ad dexterā scilicet pris: applicuitq;
ambos ad eū. Qui extendens manū
dexterā: posuit sup caput effraim mi-
noris frīs: sinistram aūt super caput
manasse: qui maior natu erat: cōmu-
tans manus. Bñdixitq; iacob filios
ioseph: et ait. Deus i cui⁹ ospectu ambu-
lauerūt patres mei abraham et ysaac:
deus q̄ pascit me ab adolescentia mea
usq; in p̄sentem di: angelus qui eruit
me de cunctis malis: benedicat puerīs
istis: et inuocetur sup eos nomē meū
noīa q; p̄m meor abraham et ysaac:
et crescant in multitudine sup terram.
Videns aūt ioseph q; posuisset pater
suus dexteram manū sup caput effra-
im: grauiter accepit. Et apprehensam
manū patris: leuare conat⁹ ē: de capi-
te effraim: et transferre super caput ma-
nasse. Dixitq; ad p̄m. Non ita cōue-
nit pater: q̄a hic est p̄mogenit⁹. Pone
manū dexteram sup caput ei⁹. Qui renu-
ens ait. Scio fili mi scio. Et iste quip-
pe erit i ppls: et multiplicabit̄: sed frat
ei⁹ minor maior erit illo: et semen illi⁹
crescet in gentes. Benedixitq; eis in ipe
illo dicens. In te benedicetur isrl: atq;
dicet. Faciat tibi de⁹ sicut effraim et si-
cut manasse. Cōstituitq; effraim ante
manassen. Et ait ad ioseph filiū suū.
Ecce ego morior: et erit de⁹ vobiscū: et re-
ducet vos ad terrā p̄rum vrōz. Do tibi
partē unā extra frēs tuos: quā tuli de
manu amorrei in gladio et arcu meo.

Vocauit autem iacob xlix
filios suos: et ait eis. Cōgregamini: ut annūciem que uentura sunt
vobis i diebs nouissimis. Congrega-
mini et audite filij iacob: audite isrl
p̄rem vrm. Ruben primogenit⁹ me⁹.
Tu fortitudo mea: et principiū doloris
mei. Prior in donis: maior i imperio.
Effusus es sicut aqua. Non crescas:
q̄a ascendisti cubile patris tui: et ma-
culasti stratū ei⁹. Symeon et leui frēs:
vasa iniquitatis bellantia. In cōsiliū
eor non veniat anima mea: et in cetu
illor nō sit gloria mea: quia i furore
suo occiderūt virū: et in voluntate sua
suffoderunt murū. Maledictus furor
eor quia pūax: et indignatō eor q̄a
dura. Dividam eos i iacob: et dispgā
eos in isrl. Juda: te laudabūt frēs tui.
Manus tue in ceruicibus inimicorū
tuor: adorabūt te filij p̄ris tui. Catu-
lus leonis iuda. Ad predam fili mi
ascendisti: requiescens accubuisti ut leo:
et q̄si leena. Quis suscitabit eū? Non
auferet sceptrū de iuda: et dux de femo-
re ei⁹: donec veniat qui mittendus ē:
et ipe erit expectatō gentiū. Ligās ad
vineam pullum suū: et ad vitem o fili
mi asinam suā. Lauabit in vino sto-
lam suā: et i sanguine uue palliū suū.
Pulciores sūt oculi ei⁹ vino: et dētes
eius lacte candidiores. Zabulon in
litore maris habitabit: et in statione
nauium: pringens usq; ad sydonem.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0059
powered by DWork • Heidelberg University Library

Ysachar asinus fortis: accubãs inter terminos. Vidit requiẽ q̃ esset bona: et terrã q̃ optima: et supposuit humerum suũ ad portandũ: factusq; ẽ tributis seruiẽs. Dan iudicabit pplm suũ: sicut ⁊ alia tribus in isrl. Fiat dan coluber in via: cerastes ĩ semita: mordẽs ungulas equi: ut cadat ascensor eius retro. Salutare tuũ expectabo domine. Gad accinctus pliabit ante eũ: et ipe accinget retrorsũ. Aser pinguis panis eius: ⁊ pbebit delicias regibꝫ. Neptalim ceruus emissus: et dans eloquia pulcritudinis. Filꝰ accrescẽs ioseph: filius accrescens ⁊ decorꝰ aspectu. Filie discurrerũt sup murꝫ: sed exasperauerũt eũ ⁊ iurgati sũt: inuiderũtq; illi habẽtes iacula. Sedit ĩ forti arcus eius: et dissoluta sunt vincla brachiorꝫ ⁊ manuũ illius: per manus potentis iacob. Inde pastor egressus ẽ: lapis isrl. Deꝰ patris tui erit adiutor tuus: ⁊ oñipotens bñdicet tibi bñdictionibꝫ celi desuper: bñdictionibꝫ abissi iacentis deorsũ: bñdictionibus vberũ ⁊ vulue. Benedictiones patrũ tuorũ: corroborate sunt bñdictionibus patrũ eiꝰ: donec veniret desiderium collium eternorꝫ. Fiant in capite ioseph et in vertice nazarei: inter fratres suos. Beniamin lupus rapax: mane comedet predam: et vespere diuidet spolia. Omnes hii in tribubus israhel duodecim. Hec locutꝰ ẽ eis pater suus: bñdixitq; singulis bñdictionibus pprijs: ⁊ pcepit eis dicẽs. Ego cõgregor ad pplm meũ. Sepelite me cũ patribꝫ meis ĩ spelũca duplici: que est in agro: ephron ethei contra mambre ĩ terra chanaan: quã emit abraham cum agro: ab ephron ethео in possessionẽ sepulcri. Ibi sepelierũt eũ: ⁊ saram vxorẽ eiꝰ. Ibi sepultꝰ est ysaac: cũ rebecca cõiuge sua. Ibi et lya condita iacet. Finitisq; mandatis quibus filios instruebat: collegit pedes suos super lectulum ⁊ obiit: appositusq; est ad populum suum.

Quod cernens ioseph: ruit sup faciem patris: fleus ⁊ deosculans eũ: precepitq; medicis: ut aromatibus condirent patrem. Quibꝫ iussa complentibus: transierũt ꝯ draginta dies. Iste quippe mos erat cadauerũ condiendorũ. Fleuitq; eũ egiptus septuaginta diebꝫ. Et expleto planctus tpe: locutus est ioseph ad familiã pharaonis. Si inueni gratiã in conspectu vro: loquimini in auribus pharaonis: eo q̃ pater meꝰ adiurauerit me: dicens. Ecce morior: in sepulcro meo quod fodi michi in terra chanaan: sepelies me. Ascendã igitur et sepeliã patrem meũ: ac reuertar. Dixitq; ei pharao. Ascende ⁊ sepeli patrem tuum: sicut adiuratus es. Quo ascendente: ierunt cũ eo omnes seniores domus pharaonis: cũctiq; maiores natu terre egipti: domus ioseph cũ fratribus suis ablq; paruulis: ⁊ gregibus atq; armentis: que dereliquerunt ĩ terra iessen. Habuit qꝫ ĩ comitatu currus et equites et facta est turba nõ modica: venerũtq; ad aream atad: que sita est trãs iordanẽ: vbi celebrãtes exequias planctu magno: atq; vehemẽti: impleuerũt septem dies. Qꝺ cũ vidissent habitatores terre chanaã: dixerũt. Planctus magnꝰ ẽ iste egiptijs. Et idcirco vocatum est nomen loci illius: planctus egipti. Fecerunt ergo filij iacob sicut pceperat eis: ⁊ portantes eũ in terrã chanaan: sepelierũt eũ in spelunca duplici: quã emerat abrahã cũ agro in possessionẽ sepulcri: ab ephron ethео contra faciẽ mambre. Reuersusq; ioseph in egiptũ cũ fratribus suis ⁊ oñi

comitatu: sepulto pre. Quo mortuo: timētes frēs ei⁹ et mutuo colloquētes. ne forte memor sit iniurie quā passus est: et reddat nobis oīe malū qđ fecimus: mandauerūt ei. Pater tuus pcepit nobis antequ moreret: ut hec verba tibi diceremꝰ. Obsecro ut obliuiscaris sceleris fratrū tuorū: et pctī atq; malicie quā exercuerūt in te. Nos q̄q oramus: ut seruo dei patris tui dimittas iniquitatem hanc. Quibus auditis fleuit ioseph: venerūtq; ad eū frēs sui: et proni adorantes in terrā dixerunt. Serui tui sumꝰ. Quibs ille rūdit. Nolite timere. Num dei possumꝰ resistere voluntati? Vos cogitastis de me malū: sed deus vertit illud in bonū: ut exaltaret me sicut in p̄senti uidetis: et saluos faceret multos populos. Nolite timere. Ego pascā vos: et parvulos vros. Cōsolatusq; eos: et blande: et leuiter est locut⁹: et habitauit in egipto cū oīa domo pris sui. Vixitq; centūdecem annis: et vidit effraim filios usq; ad tertiā generationē. Filij q̄q machir filij manasse: nati sunt in genibs ioseph. Quibs trāsactis: locut⁹ ē fratribus suis. Post mortem meam deus visitabit vos: et asportare vos faciet de terra ista: ad terram quā iurauit abraham: ysaac: et iacob. Cūq; adiurasset eos atq; dixisset: deus visitabit vos: asportate ossa mea vobiscū de loco isto: mortuus est: expletis centūdecem vite sue annis: et conditus aromatibs: repositus est in loculo in egipto.

Incipit Exodus capitu⁹ .i.

Hec sūt noīa filioꝝ isrl: qui ingressi sunt in egiptū cū iacob. Singuli cum domibs suis intrauerunt. Ruben: symeon: leui: iudas: ysachar: zabulon: et beniamin: dan et nepthalim: gad et aser. Erāt igit̄ oēs anime eorū q̄ ingressi sunt de femore iacob: septuaginta. Ioseph autem in egipto erat. Quo mortuo et vniuersis fratribs ei⁹ omniq; cognatione sua: filij isrl crescebant: et ēsi germinantes multiplicati sunt: ac roborati nimis impleuerūt terrā. Surrexit interea rex nouus super egiptū: qui ignorabat ioseph. Et ait ad pplm suū. Ecce pplus filioꝝ isrl multus: et fortior nobis est. Venite sapienter opprimamꝰ eū: ne forte multiplicet: et si ingruerit cōtra nos bellū: addatur inimicis nostris: expugnatisq; nobis: egrediat de terra. Preposuit itaq; eis magistros operū: ut affligerent eos oneribs. Edificauerūtq; urbes tabernaculoꝝ pharaoniphiton et ramasses. Quantoq; opprimebant eos: tantomagis multiplicabantur: et crescebant. Oderātq; filios isrl egiptij: et affligebant illudentes et inuidentes eis: atq; ad amaritudinē pducebāt vitā eoꝝ operibs duris luti et laterū: omniq; famulatu quo i terre operibs p̄mebant. Dixit aūt rex egipti obstetricibus hebreoꝝ: quaꝝ una vocabatur sephora: altera phua: p̄cipiens eis. Quādo obstetricabitis hebreas: et partus tempus aduenerit: si masculus fuerit interficite eū: si femina reseruate. Timuerūt aūt obstetrices deū: et non fecerūt iuxta p̄ceptum regis egipti: sed cōseruabāt mares. Quibus accersitis ad se rex ait. Quid nā ē hoc qđ facere voluistis: ut pueros seruaretis? Que rūderūt. Non sunt hebree: sicut egiptie mulieres. Ipse enī obstetricandi habēt sciētiā: et priusq; veniamus ad eas parūt. Bene ergo fecit dūs obstetricibus: et crevit pplus: roboratusq; ē nimis

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0061
powered by DWork • Heidelberg University Library

Et quia timuerūt obstetrices deū: edi-
ficauit eis domos. Precepit ergo pha-
rao omni pplo suo dicēs. Quidquid
masculini sexus natū fuerit in flumen
proicite: quidquid femininī reseruate.
Egressus est post hec vir de
domo leui ⁊ accepit uxorē filiā
Leui: que cōcepit ⁊ peperit filiū: ⁊ vidēs
eum elegantē abscōdit tribz mensibz.
Cūqz iam celare nō posset. sūpsit fiscel-
lam scirpeā. et liniuit eam bitumīe ar
pice: posuitqz intus infantulū. ⁊ expo-
suit eū in caretto ripe fluminis: stante
procul sorore ei⁹ ⁊ considerāte euentū
rei. Ecce autē descendebat filia pharao-
nis ut lauaretur ī flumine: ⁊ puelle
eius gradiebant̄ per crepidinem aluei.
Que cū vidisset fiscellā in papirione-
misit unā e famulabz suis: et allatā
aperiēs reperitqz ī ea parvulū vagien-
tem: miserta eius ait. De infantibus
hebreoz ē hic. Cui soror pueri: vis in-
quit ut vadā. ⁊ vocē tibi mulierē hebreā
que nutrire possit infantulū? Rūdit.
Vade. Perrexit puella: ⁊ vocauit ma-
trem suā. Ad quā locuta filia pharao-
nis: accipe ait puerū istum. et nutri
michi: ego dabo tibi mercedem tuam.
Suscepit mulier ⁊ nutriuit puerū: adul-
tumqz tradidit filie pharaonis. Quē
illa adoptauit in locū filij: vocauitqz
nomē ei⁹ moyses. dicēs: quia de aqua
tuli eum. In diebz illis postq̄z creuerat
moyses egressus ē ad frēs suos: vidit
q̄z afflictionē eoz: ⁊ virū egyptiū percu-
tientem quēdam de hebreis fratribz suis.
Cūqz circūspexisset huc atqz illuc. ⁊ nullū
adesse vidisset: percussū egyptiū abscon-
dit arenis. Et egressus die altero. con-
spexit duos hebreos rixantes: dixitqz
ei qui faciebat iniuriā. Quare percutis
proximū tuū? Qui respondit. Quis
constituit te principem et iudicē super
nos? Nūquid occidere me tu vis. sicut
heri occidisti egyptium? Timuit moyses et
ait. Nuq̄ palam factū est verbū istud?
Audiuitqz pharao verbū istud: et que-
rebat occidere moysen. Qui fugiens
de aspectu ei⁹. moratus est in terra ma-
dian: et sedit iuxta puteū. Erant aūt
sacerdoti madian septē filie. que venie-
rant ad hauriendā aquā: ⁊ impletis
canalibz. adaquare cupiebāt greges
patris sui. Supuenere pastores: ⁊ eiece-
runt eas. Surrexitqz moyses: et defen-
sis puellis adaquauit oues eaz. Que
cū reuertissent ad patrē suū: dixit
ad eas. Cur velocius venistis solito?
Dixerūt. Vir egypti⁹ liberabit nos de
manu pastoz. Insup ⁊ hausit aquā
nobiscū: potūmqz dedit ouibz. At ille:
ubi est inquit? Quare dimisistis ho-
minē? Vocate eū ut comedat panē. Ju-
rauit ergo moyses q̄ habitaret cū eo.
Accepitqz sephorā filiā eius uxorem:
q̄ peperit ei filiū: quē vocauit gersan.
dicēs. Aduena fui ī terra aliena. Alter
vero peperit: quē vocauit eliezer. dicēs.
Deus enī patris mei adiutor me⁹: ⁊ eri-
puit me de manu pharaonis. Post
multū vero temporis mortuus est rex
egypti. Et ingemiscentes filij isrl̄ ꝓpter
opera. ascenderant̄ sunt. Ascenditqz cla-
mor eoz ad deū ab operibz: ⁊ audiuit
gemitū eoz: ac recordat⁹ est federis q̄
pepigit cū abrahā. ysaac. ⁊ iacob. Et
respexit dñs filios isrl̄: ⁊ cognouit eos.
Moyses autē pascebat oues
socero suo. sacerdotis madi-
an. Tunqz minasset gregem ad inte-
riora deserti: venit ad montē dei oreb.
Apparuitqz ei dñs in flamma ignis
de medio rubi: et videbat q̄ rubus
arderet. et nō combureret. Dixit ergo

Biblioteca Apostolica Vaticana © RESERVED

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0062
powered by DWork • Heidelberg University Library

moyses. Vadam & videbo visionem
hanc magnā: ꝙre nō comburat rub⁹.
Cernens aūt dñs ꝙ ꝓgeret ad videndum: vocauit eū de medio rubi & ait.
Moyses moyses. Qui rūdit. Ille. At
ille: nō appropies inquit huc. Solue
calciamentū de ꝑdibz tuis. Locꝰ enī in
quo stas terra sancta est. Et ait. Ego
sum deus ꝓris tui deus abraham et
deus ysaac & deus iacob. Abscondit
moyses faciem suā. Non enī audebat
aspicere contra deū. Cui ait dñs. Vidi
afflictionē ꝑpli mei in egipto: et clamorem eiꝰ audiui: ꝓpter duriciā eoz qui
ꝓsunt operibz. Et sciēs dolorē eiꝰ descendi ut liberē eū de manibz egiptioz: et
educam de terra illa: in terrā bonā et
spaciosā in terrā ꝙ fluit lacte et melle:
ad loca chananei & cethei & amorrei &
pherezei et euei et iebusei. Clamor ergo filioz isrl venit ad me: viditqz afflictionē eoz qua ab egiptijs opprimūt.
Sed veni & mittā te ad pharaonē: ut
educas ꝑplm meū filios isrl de egipto.
Dixitqz moyses ad deū. Quis sū ego
ut vadam ad pharaonē & educā filios
isrl de egipto? Qui dixit ei. Ego ero tecum: et hoc habebis signū ꝙ miserim
te. Cum eduxeris ꝑplm meū de egipto:
immolabis deo sup montē istū. Ait
moyses ad deū. Ecce ego vadam ad
filios isrl & dicā eis. Deus patrū vroz
misit me ad vos. Si dixerit michi qđ
est nomē eiꝰ: quid dicā eis? Dixit dñs
ad moysen. Ego sum ꝙ sum. Ait. Sic
dices filijs isrl. Qui est: misit me ad
vos. Dixitqz iterū deus ad moysen. Hec
dices filijs isrl. Dominus deus patrū
vroz deus abraham & deus ysaac & deus iacob misit me ad vos. Hoc nomen michi est in eternū: et hoc memoriale meū i generatione & generationē.
uade & congrega seniores isrl & dices ad
eos. Dñs deus patrū vroz apparuit
michi: deus abraham et deus ysaac
et deus iacob dicēs. Visitans visitaui
vos et vidi oīa que accidetūr vobis
in egipto: & dixi ut educā vos de afflictione egipti in terrā chananei & cethei
et amorrei & pherezei et euei & iebusei
ad terrā fluentem lacte & melle: & audient vocē tuā. Ingredierisqz tu & seniores isrl ad regem egipti: & dices ad eū.
Dñs deꝰ hebreoz vocauit nos. Ibimꝰ
viam triū dierz i solitudinē: ut immolemꝰ dño deo nro. Sed ego scio ꝙ nō
dimittet vos rex egipti ut eatis: nisi
per manū validā. Extendāqz manū
meā et ꝑcutiā egiptū in cūctis mirabilibz meis ꝙ facturus sum i medio eoz:
post hec dimittet vos: dabozqz gratiam
ꝑplo huic coram egiptijs. Et cum egrediemini non exibitis vacui: sed postulabit mulier a vicina sua & ab hospita
sua: vasa argentea et aurea ac vestes
ponetisqz eas super filios et filias vestras: et spoliabitis egiptum.

Respondens moyses ait. Nō credent michi: neqz audient vocem
meam: sed dicent non apparuit tibi
dñs. Dixit ergo ad eum. Quid est qđ
tenes i manu tua? Respondit. Virga.
Dixitqz dñs. Proice eā in terrā. Proiecit & versa ē in colubrū: ita ut fugeret
moyses. Dixitqz dñs. Extende manū
tuā & apphende caudā eiꝰ. Extendit &
tenuit: versaqz est in virgā. Vt credāt
inquit ꝙ apparuerit tibi deus patrum
tuoz: deus abraham & deus ysaac &
deus iacob. Dixitqz dñs rursū. Mitte
manū tuā i sinū tuū. Quā cū misisset
in sinū: ptulit leprosā ad instar niuis.
Retracte ait manū tuā in sinū tuū. Retraxit & ptulit iterū: & erat similis carni

Vocatis aũt moyses · misahele et elisaphan · filijs oziel patrui aaron: ait
ad eos. Ite et tollite fratres vestros de
cõspectu sanctuarij: et asportate extra
castra. Confestimq; pgentes tulerunt
eos sicut iacebant vestitos lineis tunicis: et ieicerunt foras ut sibi fuerat imperatum. Locutusq; ẽ moyses ad aarõ
et ad eleazar z ythamar filios ei9. Capita vestra nolite nudare · et vestimẽta
nolite scindere · ne forte moriamini: z
sup omnem cetum oriat indignatio.
Fratres vestri et omnis domus israhel
plangãt incendiũ qđ dñs suscitauit:
vos aũt non egrediemini fores tabernaculi: alioquin pibitis. Oleũ quippe
sancte unctionis est sup vos. Qui fecerunt omnia iuxta preceptũ moysi. Dixitq; dñs ad aaron. Vinũ et omne
qđ inebriare potest nõ bibetis · tu z filij
tui quãdo intrabitis in tabernaculũ
testimonij ne moriamini quia preceptum sempiternum est i generationes
vestras: et ut habeatis scientiã discernendi · inter sanctũ et prophanũ · inter
pollutũ et mundum: docealisq; filios
israhel omnia legitima mea q̃ locutus
est dñs ad eos pr manũ moysi. Locutusq; est moyses ad aaron: et ad eleazar et ythamar filios eius · qui erant
residui. Tollite sacrificiũ qđ remansit
de oblatione domini z comedite illud
absq; fermẽto iuxta altare: q̃a sanctũ
sanctor; est. Comedetis aũt i loco sancto qđ datũ est tibi et filijs tuis · de oblationibus domini: sicut preceptum
ẽ michi. Pectusculũ quoq; qđ oblatũ

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0109
powered by DWork • Heidelberg University Library

est. et armū qui separatus est edetis in
loco mundissimo tu et filij tui: et filie
tue tecū. Tibi enī ac liberis tuis reposita
sunt de hostijs salutaribus filioꝝ israhel: eo
q armū ⁊ pectus ⁊ adipes qui
tremātur in altari. eleuauerūt coram
dño: et primeāt ad te. ⁊ ad filios tuos
lege perpetua: sicut p̄cepit dominus. In-
ter hec hircum qui oblat⁹ fuerat pro
peccato cum quereret moyses et inuentum
reperiret: iratusq; contra eleazar. et ythā-
mar filios aaron qui remanserāt ait.
Cur non comedistis hostiā p peccato
in loco sancto. que sancta sanctorum
est. et data vobis ut portetis iniquita-
tem multitudinis ⁊ rogetis pro ea in
conspectu dominī: p̄sertim cum de san-
guine illius nō sit illatū intra sancta.
et comedere debueratis eam in sancta-
rio sicut p̄ceptum est michi? Respon-
dit aaron. Oblata est hodie victima
pro peco ⁊ holocaustū coram dño: michi
autē accidit qđ vides. Quomō potui
comedere eā: aut placere dño i cerimo-
nijs mēre lugubris? Quod cū audisset
moyses: recepit satisfactionem. ¶ I
Locutus est dñs ad moysen. ⁊ aa-
ron dicens. Dicite filijs israhel.
Custodite oīa que scripsi vobis: ut
sim deus vester. Hec sunt animalia q̄
comedere debetis de cunctis animan-
tibus terre. Omne qđ habet diuisam
ungulam et ruminat in pecoribus co-
medetis. Quicquid aūt ruminat ⁊ ha-
bet ungulam sed nō diuidit eā. sicut
camelus ⁊ cetera. nō comedetis illud:
et inter immunda reputabitis. Lepo-
grillus qui ruminat ungulamq; nō
diuidit immundus est: lepus quoq;
nam ⁊ ipe ruminat sed ungulam nō
diuidit: et sus que cū ungulam diui-
dat non ruminat: hoꝝ carnibus non
vescemini. Hec cadauera contingetis
quia immunda sunt vobis. Hec etiā
sunt que gignūtur in aquis: et vesci
licitum est. Omne quod habet pinnu-
las ⁊ squamas tam in mari q̄ in flu-
minibus et stagnis comedetis. Quic-
quid autē pinnulas et squamas nō
habet eoꝝ que in aquis mouentur et
viuūt abominabile vobis et execrandū
q; erit. Carnes eoꝝ non comedetis: et
morticina vitabitis. Cuncta que non
habent pinnulas ⁊ squamas i aquis
polluta erunt. Hec sunt q̄ de auibus
comedere nō debetis: et vitanda sunt
vobis. Aquilam. et grip̄hū. et alietū
et miluum. ac vulturem iuxta genus
suum: et omne corui genetis. in simi-
litudinem suam: struthionē. ⁊ nocuā.
et larum ⁊ accipitrē iuxta gen⁹ suum:
bubonē et mergulū. et ibin. et cygnū
et onocrotalū. et prophirionem. hero-
dionem. et caradrion iuxta genus su-
um: upupam quoq; et vespertilionē.
Omne de volucribus quod graditur
sup quatuor pedes abominabile erit
vobis. Quicquid autē ambulat qui-
dem sup quatuor pedes sed habet lon-
giora retro crura p que salit super ter-
ram. comedere debetis: ut est brucus
in genere suo. ⁊ attacus atq; ophio-
machus. atq; locusta: singula iuxta
genus suū. Quicquid aūt ex volucri-
bus. quatuor tantum habet pedes ex-
ecrabile erit vobis: et quicūq; morti-
na eorum tetigerit polluetur. et erit
immūdus usq; ad vesperā: ⁊ si necesse
fuerit ut portet quippiā horū mortuū
lauabit vestimenta sua. et immūdus
erit usq; ad occasum solis. Oīne ani-
mal quod habet quidem ungulam
sed nō diuidit eam. nec ruminat. im-
mūdum erit: ⁊ quicquid tetigerit illud

Biblioteca Apostolica Vaticana © RESERVED ALL

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0110
powered by DWork • Heidelberg University Library

contaminabit. Quod ambulat super manus et cunctis animantibus que incedunt quadrupedia: immundum erit. Qui tetigerit morticina eorum polluetur usq; ad vesperum: et qui portauerit huiusmodi cadauera lauabit vestimenta sua: et immundus erit usq; ad vesperum: quia omnia hec immunda sunt vobis. Hec quoq; inter polluta reputabuntur de hijs que mouentur in terra: mustela et mus et corocodrillus singula iuxta genus suum: migale cameleon: et stellio: et lacerta et talpa: omnia hec immunda sunt. Qui tetigerit morticina eorum immundus erit usq; ad vesperum: et super quem ceciderit quicq; de morticinis eorum polluetur. Tam vas ligneum et vestimentum: quam pelles: et cilicia: et in quocunq; fuerit opus tingentur aqua: et polluta erunt usq; ad vesperum: et sic postea mundabuntur. Vas autem fictile in quo horum quicq; intro ceciderit polluetur: et ideo frangendum est. Omnis cibus quem comedetis si fusa fuerit super eum aqua immundus erit: et omne liquens quod bibitur de omni vase immundum erit. Et quicquid de morticinis huiusmodi ceciderit super illud immundum erit: sive clibani: sive ollarum pedes destruentur: et immundi erunt. Fontes vero et cisterne: et omnis aquarum congregacio munda erit. Qui morticinum eorum tetigerit polluet. Si ceciderit super sementem non polluent eam: sin autem quispiam aqua sementem perfuderit: et postea morticinis tacta fuerit: illico polluetur. Si mortuum fuerit animal quod licet vobis comedere: qui cadauer eius tetigerit immundus erit usq; ad vesperum. Et qui comederit et eo quippiam sive portauerit: lauabit vestimenta sua: et immundus erit usq; ad vesperum. Omne quod reptat super terram abominabile erit: nec assumetur in cibum. Quicquid super pectus quadrupes gradiet: et multos habet pedes sive per humum trahit non comedetis: quia abominabile est. Nolite contaminare animas vestras: nec tangatis quicq; eorum ne immundi sitis. Ego sum dominus deus vester. Sancti estote: quia ego sanctus sum: ne polluatis animas vestras in omni reptili quod movetur super terram. Ego enim sum dominus qui eduxi vos de terra egipti: ut essem vobis in deum. Sancti eritis: quia ego sanctus sum. Ista est lex animantium ac volucrum et omnis anime viuentis que movetur in aqua: et reptat in terra: ut differencias noveritis mundi et immundi: et ut sciatis quid comedere et respuere debeatis.

Locutusq; est dominus ad moysen dicens. Loquere filijs israhel: et dices ad eos. Mulier si suscepto semine peperit masculum immunda erit septem diebus iuxta dies separacionis menstrue: et die octauo circumcidet infantulus: ipsa vero triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis sue. Omne sanctum non tanget: nec ingredietur in sanctuarium donec impleantur dies purgacionis sue. Sin autem feminam pepererit immunda erit duabus ebdomadibus iuxta ritum fluxus menstrui: et sexaginta sex diebus manebit in sanguine purificationis sue. Cumq; expleti fuerint dies purificationis sue pro filio sive pro filia deferet agnum anniculum in holocaustum et pullum columbe sive turturem pro peccato ad ostium tabernaculi testimonij et tradet sacerdoti: qui offeret illa coram domino: et orabit pro ea: et sic mundabit a profluvio sanguinis sui. Ista est lex parturien-

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0111
powered by DWork • Heidelberg University Library

masculū et femināꝫ. Quod si nō inue-
nerit manus eius nec poterit offerre
agnū sumet duos turtures uel duos
pullos columbaꝝ: unū in holocaustū
et alterꝫ pro peccato. Orabitꝫ pro ea
sacerdos et sic mundabitur. VIII

Hoc ritusꝫ est dñs ad moysen et
aaron dicens. Homo in cuius
cute et carne ortus fuerit diuersus co-
lor siue pustula aut lucens quippiā
id ē plaga lepre: adducetur ad aarō
sacerdotē uel ad unūquemlibet filiorꝫ
eius. Qui cum uiderit lepram i cute et
pilos i album mutatos colorē ipam
qꝫ speciē lepre humiliorem cute et car-
ne reliqua: plaga lepre ē et ad arbitriū
eius separabit. Sin autem lucēs
candor fuerit in cute nec humilior car-
ne reliqua: et pili coloris pristini: re-
cludet eum sacerdos septem diebus et
considerabit die septimo. Et siquidem
lepra ultra nō creuerit nec transierit in
cute pores terminos: rursum recludet
eum septem diebꝫ alijs: et die septimo
contemplabitur. Si obscurior fuerit
lepra et non creuerit in cute mundabit
eā qꝫa scabies ē: lauabitꝫ homo uesti-
menta sua et mundus erit. Quod si
postꝫ a sacerdote uisus ē et redditus
est mundicie iterꝫ lepra creuerit adducet
ad eum: et immundicie condemnabit.
Plaga lepre si fuerit i homine adduce-
tur ad sacerdotem: et uidebit eum.
Cumꝫ color albus in cute fuerit et ca-
pillorꝫ mutauerit aspectum ipa quoꝫ
caro uiua apparuerit: lepra uetustissi-
ma iudicabit nec inolita cuti. Con-
taminabit itaqꝫ eum sacerdos et nō
recludet: quia plenā immundicie est.
Sin aūt efloruerit discurrens lepra i
cute et operuerit omnē carnē a capite
usqꝫ ad pedes quicquid sub aspectu
oculorꝫ cadit: cōsiderabit eū sacerdos
et uidebit lepra mundissima iudicabit
eo qꝫ omnis in candorem uersa sit: et
idcirco homo mundus erit. Quando
uero caro uiuēs in eo apparuerit tunc
sacerdotis iudicio polluet: et inter im-
mundos reputabit. Caro enim uiua
si lepra aspergitur: immūda ē. Quod
si rursum uersa fuerit in album et to-
tum hominē operuerit: considerabit eū
sacerdos et mundū esse decernet. Caro
autem et cutis i qua ulcus natum est
et sanatū et in loco ulceris cicatrix al-
ba apparuerit siue subrufa: adducetur
homo ad sacerdotem. Qui cū uiderit
locū lepre humiliorem carne reliqua
et pilos uersos in candorem: cōtami-
nabit eum. Plaga enim lepre orta ē
in ulcere. Quod si pilus coloris ē pri-
stini et cicatrix subobscura et carna
carne non est humilior: recludet eum
septem diebus. Et siquidem creuerit
adiudicabit eum lepre: sin aūt steterit
in loco suo ulceris est cicatrix et hmo
mūdus erit. Caro autem et cutis quā
ignis exusserit et sanata album siue
rufam habuerit cicatricem: considerabit
eam sacerdos. Et ecce uersa est in albo-
rem et locus eius reliqua cute ē humi-
lior: contaminabit eum: quia plage
lepre in cicatrice orta ē. Quod si pilorꝫ
color nō fuerit immutatus nec humi-
lior plaga carne reliqua et ipsa lepre
species fuerit subobscura: recludet eū
septem diebꝫ: et die septimo contemplabi-
tur. Si creuerit in cute lepra conta-
minabit eum: sin aūt in loco suo can-
dor steterit non satis clarus plaga
combustionis est et idcirco mūdabit.
quia cicatrix est combusture. Uir siue
mulier in cuius capite uel barba ger-
minauerit lepra: uidebit eos sacerdos.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0112
powered by DWork • Heidelberg University Library

Et si quidē humilior fuerit lor⁹ carne reliqua·et capillus flauꝰ·solitoq; subtilior:contaminabit eos:quia lepra capitis ac barbe est. Sinautē viderit locū macule equalē viciue carnī·et capillū nigrū:recludet eos septē diebus: et die septīmo intuebitur. Si nō creuerit macula·⁊ capillus sui coloris ē·et locus plage carnī reliquę equalis:radetur homo absq; loco macle:⁊ recludet septem diebus alijs. Si die septīmo visa fuerit stetisse plaga i loco suo·nec humilior carne reliqua·mūdabit eū: lotisq; vestibꝰ suis mundus erit. Sinautē post emundationem·rursus creuerit macula in cute·nō queret amplius utrū capillꝰ in flauū colorē sit conmutatus:quia apertē immūdus est. Porro si stetcrit macula·et capilli nigri fuerint:nouerit hominē sanatum esse:et cōfidenter eū pronuncīet mūdū. Vir siue mulier in cuius cute candor apparuerit:intuebit eos sacerdos. Si deprehenderit subobscurū alborē lucere in cute:sciat nō esse leprā·sed maculā coloris candidi:et hoīem mundum. Vir de cuiꝰ capite capilli fluūt·caluꝰ et mūdus est. Et si a fronte ceciderint pili:recaluaster et mūdus ē. Sinautē in caluicio siue i recaluatione albus uel rufus color fuerit exortus·et hoc sacerdos viderit:condemnabit eum haut dubie lepre: que orta est in caluicio. Quicūq; ergo maculatus fuerit lepra·⁊ separatus est ad arbitriū sacerdotis:habebit vestimenta dissuta caput nudum·os velle cōtectum:contaminatum ac sordidum se clamabit. Omni tempore quo leprosus est et immūdus:solus habitabit extra castra. Vestis lanea siue linea·que lepram habuerit in stamine atq; subtegmine aut certe pellis uel quicquid ex pelle confectum est:si alba uel rufa macula fuerit infecta·lepra reputabit:ostendē q; sacerdoti. Qui consideratā recludet septem diebus:et die septimo rursus aspiciēs·si deprehenderit creuisse·lepra perseuerans est:pollutum iudicabit vestimentū·et omne in quo fuerit inuenta:⁊ idcirco comburetur flammis. Quod si eā viderit nō creuisse·pcipiet et lauabunt id in quo lepra est:recludetq; illud septem diebus alijs. Et cū viderit faciem quidem pristinam nō reuersam nec tamen creuisse lepram: immūdum iudicabit⁊ igne cōburet: eo q; infusa sit in superficie vestimenti uel per totū lepra. Sinautē obscurior fuerit locus lepre postq; vestis est lota: abrūpet eū et a solido diuidet. Quod si vltra apparuerit in hijs locis q; prius immaculata erant:lepra volatilis et vaga debet igne comburi. Si cessauerit·lauabit aqua ea q; pura sūt secū: et mūda erūt. Ista ē lex lepre vestimēti lanei et linei·staminis atq; subtegminis·omnisq; supellectilis pellicee:quō mūdari debeat uel polluī. rm·

Locutusq; est dominus ad moysen dicens. Iste est ritus leprosi quando mundandus est. Adducetur ad sacerdotem. Qui egressus de castris. cum inuenerit lepram esse mundatā. pcipiet ei qui purificat·ut offerat duos passeres viuos pro se quos velsi licitū ē:et lignū cedrinū·vermiculum q;·et yssopum. Et vnum ex passeribꝰ immolari iubebit in vase fictili super aquas viuentes:aliū autem viuum cum ligno cedrino et cocco et yssopo tinget i sanguine passeris immolati· quo asperget illum qui mundandus ē septies·ut iure purgetur:et dimittet

passeré vinū ut in agrū auolet. Lunq; lauerit homo vestimenta sua · radet omnes pilos corporis · ⁊ lauabitur aqua · purificatusq; ingredietur castra: ita dumtaxat ut maneat extra tabernaculum suū septem diebus: et die septima radet capillos capitis · barbam q; ⁊ supercilia · ac totius corporis pilos. Et lotis rursum vestibz et corpore · die octauo assumet duos agnos immaculatos · et ouē anniculam absq; macula: et tres decimas similæ i sacrificiū que conspersa sit oleo: et seorsum olei sextariū. Lunq; sacerdos purificans hominē statuerit eū et hec oīa corā dño in ostio tabernaculi testimonij: tollet agnū et offeret eum pro delicto oleiq; sextariū. Et oblatis ante dñm oīibz · immolabit agnum ubi solet immolari hostia p pcō et holocaustū: id est in loco sancto. Sicut enim pro peccato: ita ⁊ pro delicto · ad sacerdotē pūnet hostia. Sancta sanctorum est. Assumēsq; sacerdos de sanguine hostie que immolata ē pro delicto ponet sup extremum auricule dextre eius qui mūdatur · et sup pollices manus dextre et pedis: et de olei sextario mittet in manū suam sinistram · ingeretq; digitum dextrū in eo: et aspergет corā dño septies. Quod aūt reliquū ē olei i leua manu · fundet super extremū auricule dextre eius qui mūdatur · et super pollices manus ac pedis dextri: et super sanguinem qui effusus ē pro delicto: et sup caput eius. Rogabitq; pro eo coram dño: et faciet sacrificium pro peccato. Tunc immolabit holocaustū: et ponet illud in altari cum libamētis suis: et homo rite mūdabit. Quod si pauper est · et nō potest manus eius inuenire que dicta sūt: p delicto sumet agnum ad oblationem · ut roget pro eo sacerdos · decimamq; partē similæ cōspersæ oleo in sacrificiū · et olei sextarium · duosq; turtures siue duos pullos columbe: quoz unus sit pro pcō · ⁊ alter in holocaustum: offereq; ea die octauo purificationis sue sacerdoti ad ostium tabernaculi testimonij coram dño. Qui suscipiēs agnum p delicto · et sextariū olei · leuabit simul: immolatoq; agno · de sanguine eius ponet super extremū auricule dextre eius qui mūdatur: et sup pollices manus eius ac pedis dextri. Olei vero partē mittet in manū suam sinistram: in quo intingens digitum dextre manus aspergет septies coram dño tangetq; extremū dextre auricule illius qui mundatur · et pollices manus ac pedis dextri: in loco sanguinis qui effusus ē p delicto. Reliquā autē partem olei que est in sinistra manu · mittet sup caput purificati ut placet pro eo dñm: et turturem siue pullum columbe offeret: unum pro delicto · et alterū in holocaustū cū libamentis suis. Hoc est sacrificium leprosi · qui habere non potest oīa in emundationē sui. Locutusq; ē dñs ad moysen et aaron dicens. Cunq; ingressi fueritis terram chanaan · quā ego dabo vobis in possessionē: si fuerit plaga lepre in edibus: ibit cuius ē domus nuncians sacerdoti · et dicet. Quasi plaga lepre videtur michi esse in domo mea. At ille precipiet ut efferantur uniuersa de domo priusq; ingrediatur eam · et videat utrū leprosa sit: ne immunda fiant omnia q in domo sunt. Intrabitq; postea ut consideret lepram domus: et cum viderit in parietibz illius ꝯsi vallículas pallore siue rubore deformes · et humiliores

ſuperficie reliqua: egrediet̃ oſtiũ domus
et ſtatim claudet illã ſeptem diebus:
reuerſuſq; die ſeptimo cõſiderabit eã.
Si inuenerit reuũſſe lepra ſubebit etiã
lapides in quibꝫ lepra eſt: et proiicient
eos extra ciuitatem i locũ immũdum:
domũ aut̃ ipam radi intrinſecus p
circuitũ · z ſpergi puluerẽ raſure extra
urbẽ i locũ immundũ: lapidesq; alios
reponi pro hijs qui ablati fuerant · et
luto alio liniri domũ. Sinaut̃ poſt
q̃ etiã ſunt lapides · et puluis elatus
et alia terra lita ingreſſus ſacerdos vi-
derit reuerſam lepram · et parietes re-
ſperſos maculis: lepra eſt gleuerans
et immũda domus. Quam ſtatim de-
ſtruẽt: et lapides eꝰ ac ligna atq; uni-
uerſũ puluerẽ proiicient extra opidũ in
locum immũdum. Qui intrauerit do-
mum quãdo clauſa eſt immundus
erit uſq; ad veſperum: et qui dormierit
in ea et comederit quippiam lauabit
veſtimenta ſua. Quod ſi intreoiens ſa-
cerdos viderit lepram non reuũſſiſſe in do-
mo poſtq̃ denuo lita fuerit: purificabi-
bit eam reddita ſanitate. Et in purifi-
catione eꝰ ſumet duos paſſeres lignũ
q; cedrinũ et vermiculũ atq; yſopum:
et immolato uno paſſere in vaſe fictili
ſuper aquas viuas · tollet lignũ cedri-
num · et yſopum z coccum · et paſſerem
viuũ · et tinget oĩa in ſanguine paſ-
ſeris immolati atq; in aquis viuentibꝫ
et aſperget domũ ſepties: purificabit
q; eam tam in ſanguine paſſeris q̃ in
aquis viuentibus · et in paſſere viuo
lignoq; cedrino et yſopo · atq; vermi-
culo. Cumq; dimiſerit paſſerem auola-
re in agrũ libere: orabit pro domo et
ſure mundabitur. Iſta eſt lex omnis
lepre z pauſure · lepre veſtiũ z domo-
rum
cicatricis et erumpentiũ papularum:
lucẽtis macle z i varias ſpecies colori-
bus immutatis: ut poſſit ſciri quo q;
mundũ q̃d uel immundũ ſit. Fu

Locutuſq; eſt dominus ad moy-
ſen et aaron dicens. Loquimini
filijs iſrahel: z dicite eis. Vir q̃ patitur
fluxum ſeminis · immũdus erit: et tũc
iudicabit̃ huic vitio ſubiacere: cũ per
ſingula momẽta adtraxerit carni eius
atq; concreuerit fedus humor. Omne
ſtratum in quo dormierit immundũ
erit: z ubicũq; ſederit. Si quis hominũ
tetigerit lectũ eius lauabit veſtimenta
ſua: et ipe lotus aqua immũdus erit
uſq; ad veſperũ. Si ſederit ubi ille ſede-
rat: et ipſe lauabit veſtimenta ſua: et
lotus aqua immundus erit uſq; ad
veſperum. Qui tetigerit carnem eꝰ la-
uabit veſtimẽta ſua: z ipe lotus aqua
immũdus erit uſq; ad veſperum. Si
ſaliua huiuſcemodi homo iecerit ſup
eum qui mũdus eſt lauabit veſtimen-
ta ſua: z lotus aqua immundus erit
uſq; ad veſperum. Sagma ſup quod
ſederit immũdum erit: z quicquid ſub
eo fuerit qui fluxum ſeminis patitur
pollutũ erit uſq; ad veſperum. Qui tẽ-
tauerit horum aliquid lauabit veſti-
menta ſua: et ipe lotus aqua immun-
dus erit uſq; ad veſperum. Omnis quẽ
tetigerit qui talis eſt non lotis ante
manibꝫ · lauabit veſtimenta ſua: et
lotus aqua immundus erit uſq; ad
veſperum. Vas fictile quod tetigerit
confringetur: vas autem ligneum la-
uabitur aqua. Si ſanatus fuerit qui
huiuſcemodi ſuſtinet paſſionẽ numne-
rabit ſeptem dies poſt emundationẽ
ſui: et lotis veſtibꝫ · et toto corpore in
aquis viuentibꝫ erit mũdus. Die aut̃
octauo ſumet duos turtures aut duos
pullos columbe: et veniet in cõſpectu

domini ad ostiū tabernaculi testimonij: dabitq; eos sacerdoti. Qui faciet unū pro peccato: et alterū in holocaustū: rogabitq; pro eo coram dño ut emūdet a fluxu seminis sui. Vir de quo egreditur semen coitus: lauabit aqua omne corpus suum: et immundus erit usq; ad vesperū. Vestem et pellem quā habuerit lauabit aqua: et immunda erit usq; ad vesperū. Mulier cum qua coierit lauabit aqua: et immūda erit usq; ad vesperū. Mulier que redeunte mense patit fluxū sanguinis: septem diebus separabit. Omnis q tetigerit eam immūdus erit usq; ad vesperū. Et locus in quo dormierit uel sederit diebus separationis sue polluetur. Qui tetigerit lectum suū lauabit vestimenta sua: et ipse lotus aqua immundus erit usq; ad vesperum. Omne vas supra quod illa sederit: quisquis attigerit lauabit vestimenta sua: et ipe lotus aqua pollutus erit usq; ad vesperū. Si coierit cū ea vir tempore sāguinis menstrualis immūdus erit septem diebus: et omne stratū in quo dormierit polluet. Mulier que patitur multis diebus fluxum sanguinis non in tpore menstruali: uel q post menstruū sāguinē fluere nō cessat: q diu subiacet huic passioni immūda erit: ꝙsi sit i tpore menstruo. Omne stratū in quo dormierit: et vas in quo sederit: pollutū erit. Quicunq; tetigerit eam lauabit vestimenta sua: et ipe lotus aqua immūdus erit usq; ad vesperū. Si steterit sanguis: et fluere cessauerit: numerabit septē dies purificationis sue: et die octauo offeret pro se sacerdoti duos turtures aut duos pullos columbaꝝ ad ostiū tabernaculi testimonij: qui unū faciet pro peccato: et alterū i holocaustum: rogabitq; pro ea coram dño: et pro fluxu immūditie eius. Docebis ergo filios israhel ut caueāt immūditias: et non moriant in sordibus suis cū polluerit tabernaculū meū: qd est inter eos. Ista est lex eius qui patit fluxum seminis: et q polluit coitu: et que menstruis tporibus separatur uel que iugi fluit sanguine: et hominis q dormierit cū ea.

XVI

Locutusq; ē dns ad moysen post mortem duoꝝ filiorum aaron: quādo offerentes ignē alienū interfecti sunt. Et ꝑcepit ei dicēs. Loquere ad aaron fratrem tuū: ne omni tempore ingrediatur sanctuariū: quod ē intra velum coram ꝓpiciatorio quo tegitur archa: ut nō moriatur: quia in nube apparebo sup oraculū: nisi hec ante fecerit. Vitulum pro peccato offeret: et arietem in holocaustum. Tunica linea vestietur: feminalibus lineis verenda velabit. Accinget zona linea: et ridarim lineam imponet capiti. Hec enī vestimenta sunt sancta: quibus cunctis nō lotus fuerit induetur. Suscipietq; ab uniuersa multitudine filiorū israel duos hircos pro peccato: et unum arietem in holocaustū. Cumq; obtulerit vitulū et oraverit ꝓ se et pro domo sua: duos hircos stare faciet coram domino i ostio tabernaculi testimonij: mittēsq; sup utrūq; sortem: unā domino: et alteram capro emissario: cuius ceciderit sors dño: offeret illū pro peccato: cuius aūt in caprū emissarium: statuet eum vivū coram dño: ut fundat preces sup eum: et emittat eū in solitudinē. Ipse rite celebratis: offeret vitulū: et rogans pro se et ꝓ domo sua immolabit eū. Assumptoq; thuribulo quod de pruni altaris impleuerit: et hauriens manu compositum thymiama in incensum:

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0116
powered by DWork • Heidelberg University Library

ultra velū introibit in sancta · ut ponat
sup ignem aromatibus nebula eorū
et vapor operiat oraculū quod est super
testimoniū: et nō moriatur. Tollet q̄
de sanguine vituli: et aspergat digito
septies contra propiatoriū ad orientē.
Cumq; mactauerit hircū pro peccato
pplī · inferet sanguinē eius intra velū
sicut p̄ceptum est de sanguine vituli:
ut aspergat et regione oraculi · et expiet
sanctuariū ab immūdiciis filioꝝ israel:
et a p̄uaricationibus eorū · cunctisq;
peccatis. Iuxta hūc ritum faciet in ta-
bernaculo testimonij q̄d fixū est inter
eos: i medio sordiū habitationis eoꝝ.
Nullus hominum sit in tabernaculo
quādo pōtifex sanctuariū ingredit · ut
roget pro se et pro domo sua · et pro
uniuerso cetu israel: donec egrediatur ta-
bernaculum. Cū aūt egressus fuerit ad altare
q̄d coram dño est oret pro se: et sūptum
sanguinem vituli atq; hirci fundat
sup cornua eius p girum: aspergensq;
digito septies · expiet et sanctificet illud
ab immūdiciis filioꝝ israhel. Postq̄
emundauerit sanctuariū · et taberna-
culum · et altare · tunc offerat hircum
viuentē: et posita vtraq; manu super
caput eius cōfiteatur oīes iniquita-
tes filioꝝ israel · et uniuersa delicta atq;
peccata eoꝝ: que imprans capiti eius
mittet illū per hominē paratum in
desertū. Cumq; portauerit hircus oīes
iniquitates eorū in terrā solitariam ·
et dimissus fuerit i deserto · reuertetur
aaron in tabernaculum testimonij: et
depositis vestibus quibus prius indu-
tus erat cum intraret sanctuariū · relic-
tisq; ibi · lauabit carnem suā in loco
sancto: induetur q; vestibus suis. Et
postq̄ egressus obtulerit holocaustū
suum ac plebis rogabit tam pro se
q̄ pro pplo: et adipem qui oblatus ē
pro peccatis adolebit sup altare. Ille
vero qui dimiserit caprū emissarium
lauabit vestimēta sua et corp⁹ aqua:
et sic ingredietur in castra. Vitulum
aūt et hircū qui p peccato fuerant im-
molati et quoꝝ sanguis illatus est i
sanctuariū ut expiatio compleretur ·
asportabunt foras castra · et cōburent
igni tam pelles q̄ carnes eoꝝ ac fimū:
et quicūq; cōbusserit ea · lauabit vesti-
menta sua · et carnē aqua: et sic ingre-
dietur castra. Erit q; vobis hoc legitī-
mum sempiternū. Mense aut̄ septīo
decīma die mensis · affligetis animas
vras: nullūq; opus facietis siue indi-
gena siue aduena qui peregrinantur
inter vos. In hac die expiatio erit vri
atq; mūdatio: ab omnibus peccatis
vestris coram dño mūdabimini. Sab-
batū enī requietionis est: et affligetis
animas vestras religione perpetua.
Expiabit aut̄ sacerdos qui unct⁹ fu-
erit: et cuius manus iniciate sunt ut
sacerdotio fungat̄ pro patre suo. In-
duetur q; stola linea · et vestibus sāctis:
et expiabit sanctuarium et tabernacu-
lum testimonij atq; altare: sacerdotes
q̄ et uniuersum populum. Erit q; hoc
vobis legitimū sempiternū: ut oretis
pro filijs israel · et pro cunctis peccatis e-
orum semel in anno. Fecit igitur si-
cut p̄ceperat dominus moysi. ruit ·

Et locutus est dñs ad moysen di-
cens. Loquere aaron et filijs ei⁹
et cunctis filijs israel: dices ad eos. Iste
est sermo quē mandauit dñs dicens.
Homo quilibet de domo israhel · si
occiderit bouē aut ouē · siue capram
in castris uel extra castra · et non obtu-
lerit ad ostium tabernaculi oblatio-
nē dño: sanguinis reus erit. Quasi si

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0117
powered by DWork • Heidelberg University Library

sanguinem fuderit: hic pibit de medio pli sui. Idco sacerdoti offerre debent filij israhel hostias suas quas occidūt in agro ut sanctificentur domino ante ostiū tabernaculi testimonij: et immolent eas hostias pacificas dño. Fundetq; sacerdos sanguinem sup altare domini ad ostiū tabernaculi testimonij: et adolebit adipem i odorē suauitatis dño: et nequaq; ultra immolabunt hostias suas demonibs cū q̄bus fornicati sunt. Legitimū sempiternū erit illis et posteris eorum. Et ad ipos dices. Homo de filijs israhel et de aduenis qui pegrinātur apud vos qui obtulerit holocaustum siue victimam et ad ostiū tabernaculi testimonij nō adduxerit eam ut offeratur domino: interibit de populo suo. Homo q̄liber de domo israhel et de aduenis q̄ pegrinantur inter vos si comederit sanguinem obfirmabo faciē meam ꝺra animam illius et disperdam eam de populo suo: quia anima carnis i sanguine ē: et ego dedi illū vobis ut sup altare i eo expietis pro animabs vris: et sanguis pro anime piaculo sit. Idcirco dixi filijs israhel. Omnis anima ex vobis non comedet sanguinē: nec et aduenis q̄ pegrinantur apud vos. Homo quicunq; de filijs israhel et de aduenis qui pegrinātur apud vos si venatione atq; aucupio ceperit feram uel auē quibus uesci licitū est: fundat sanguinē et opiat illū terra. Anima enī omnis carnis in sanguine ē. Vnde dixi filijs israhel. Sanguinē uniusc carnis non comedetis: quia anima carnis in sanguine ē: et quicūq; comederit illū interibit. Anima que comederit morticinū uel raptum a bestia tā de indigenis q̄ de aduenis lauabit

vestimenta sua et semetipm aqua: et contaminatus erit usq; ad vesperū: et sic ordine mundus erit. Quod si nō lauerit vestimenta sua uel corpus: portabit iniquitatem suam. xvm

Locutusq; est dominus ad moysen dicēs. Loquere filijs israhel: et dices ad eos. Ego sum dominꝰ deꝰ vester. Iuxta consuetudinē terre egipti in qua habitastis nō facietis: et iuxta morem regionis chanaan: ad quā ego introducturꝰ sum vos nō agetis: nec i legitimis eorū ambulabitis. Facietis iudicia mea et precepta mea seruabitis: et ambulabitis in eis. Ego dominus deus vester. Custodite leges meas atq; iudicia: que faciens homo viuet i eis. Ego dominus deus vester. Omnis homo ad proximā sanguinis sui non accedet ut reueleꝛ turpitudinē eius. Ego dñs. Turpitudinem patris tui et turpitudinē matris tue nō discoopies. Mater tua est: non reuelabis turpitudinē eius. Turpitudinē uxoris patris tui nō discoopies. Turpitudo enī patris tui est. Turpitudinē sororis tue ex patre siue ex matre que domi uel foris genita est non reuelabis. Turpitudinem filie filij tui uel neptis ex filia nō reuelabis: quia turpitudo tua est. Turpitudinem filie uxoris patris tui quā peperit patri tuo et est soror tua: non reuelabis. Turpitudinē sororis patris tui non discoopies: quia caro est patris tui. Turpitudinem sororis matris tue non reuelabis: eo q̄ caro sit matris tue. Turpitudinē patrui tui nō reuelabis: nec accedes ad uxorem eius: que tibi affinitate conūgit. Turpitudinē nurus tue nō reuelabis q̄a uxor filij tui est: nec discoopeties ignominiam eius. Et uxorem fratris sui

Biblioteca Apostolica Vaticana © ALL RIGHTS RESERVED
Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0118
powered by DWork • Heidelberg University Library

nullus accipiat. Turpitudinē uxoris fratris tui nō reuelabis: quia turpitudo fratris tui est. Turpitudinē uxoris tue et filie eius nō reuelabis. Filiam filij eius: z filiā filie illius non sumes ut reueles ignominiā ei⁹: quia caro illius sunt: et talis coitus incestus est. Sororem uxoris tue in pelicatū illi⁹ non accipies: nec reuelabis turpitudinem eius adhuc illa uiuente. Ad mulierem que patit menstrua nō accedes: nec reuelabis foeditatē eius. Cum uxore proximi tui non coibis: nec seminis cōmixtione maculaberis. De semine tuo nō dabis ut cōsecretur ydolo moloch: nec pollues nomen dei tui. Ego dñs. Cum masculo non cōmisceris coitu femineo: quia abominatio est. Cū omni pecore nō coibis: nec maculaberis cū eo. Mulier non succumbet iumento nec misscebitur ei: quia scelus est. Nec polluamini i oīb⁹ his⁹ quibus etāminate sūt uniūse gētes quas ego eiciam ante conspectū uestrum: et quibus polluta est terra cui⁹ ego scelera uisitabo: ut euomat habitatores suos. Custodite legitima mea atq; iudicia: ut nō faciatis ex oīb⁹ abominationibus istis tam indigena quā colonus qui peregrinantur apud uos. Omnes enī execrationes istas fecerūt agricole terre q̄ fuerūt ante uos: et polluerūt eā. Cauete ergo ne z uos sitis euomat cū pacta feceritis: sicut euomuit gentē q̄ fuit ante uos. Omnis aīa q̄ fecerit de abominationib⁹ his⁹ quippiā: peribit de medio pop̄li sui. Custodite mandata mea. Nolite facere q̄ fecerunt his⁹ q̄ fuerunt ante uos: et ne polluamini in eis. Ego dominus de⁹ uester. Locutus ē dominus ad moysen dicens. Loquere ad omnem cetū filioz israhel: et dices ad eos. Sancti estote: quia ego sanctus sum dominus deus uester. Uir mulierem et matrem suā timeat. Sabbata mea custodite. Ego dñs de⁹ uester. Nolite conuerti ad ydola: nec deos conflatiles facietis uobis. Ego dñs deus uester. Si immolaueritis hostiam pacificoz dño ut sit placabilis: eo die quo fuerit immolata comedetis eam: et die altera. Quicquid aūt reliquum fuerit i die tertiū: igne comburetis. Si quis post biduū comederit ex ea profanus erit et impietatis reus: portabitq; iniquitatem suam quia sanctū domini polluit: et peribit anima illi⁹ de populo suo. Cumq; messueris segetes terre tue nō tondebis usq; ad solum superficiē terre: nec remanentes spicas colliges: neq; in uinea tua racemos et grana decidentia congregabis: sed pauperib⁹ et peregrinis carpenda dimittes. Ego dominus de⁹ uester. Non facietis furtum: nec mētiemini: nec decipiet unusquisq; proximū suum. Non peierabis in nomine meo: nec pollues nomen dei tui. Ego dñs. Nō facies calumniam proximo tuo: nec ui opprimes eū. Nō morabitur opus mercenarij tui apud te usq; mane. Non maledices surdo: nec coram ceco pones offendiculum: sed timebis dñm de⁹ tuus: quia ego sum dominus. Nō facies quod iniquū est: nec iniuste iudicabis. Nō consideres ylonam pauperis: nec honores uultum potentis. Iuste proximo tuo iudica. Nec eris criminator: nec susurro in populis. Non stabis cōtra sanguinē proximi tui. Ego dñs. Nō odietis fratrem tuum in corde tuo: sed publice argue eū: ne habeas sup illo peccatum. Non quereris ultionem: nec

memor eris iniurie ciuium tuorꝝ. Diliges amicū tuū sicut teipm. Ego dñs. Leges meas custodite. Jumentū tuū non facies coire cum alterius generis animantibꝫ. Agrum tuū non seres diuerso semine. Veste ex duobus texta est non induēris. Homo si dormierit cū muliere coitu seminis que sit ancilla etiā nobilis·et tamē pro nō redempta nec libertate donata: uapulabūt ambo et non morientur: quia non fuit libera. Pro delicto autem suo offeret dño ad ostiū tabernaculi testimonij arietem: orabitq; pro eo sacerdos et pro peccato eius coram domino ꝛ repropiciabitur ei: dimittetur q̄ peccm. Quādo ingressi fueritis terrā·et plantaueritis in ea ligna pomifera: auferetis ꝓpucia eoꝝ. Poma que germinat immūda erunt vobis: nec edetis ex eis. Quarto autem anno omnis fructus eoꝝ sanctificabit laudabilis domino. Quinto aūt anno comedetis fructus: cōgregātes poma que protulit. Ego dominus deus vester. Non comedetis carnem cū sanguine. Nō augurabimini: nec obseruabitis somnia. Neq; in rotundū attondebitis comam: nec radetis barbam. Et sup mortuo nō incidetis carnes vestras: neq; figuras aliquas aut stigmata facietis vobis. Ego dominus. Ne prostituas filiam tuā: ne contāminetur terra et implea tur piaculo. Sabbata mea custodite: et sanctuariū meū metuite. Ego dñs. Nō declinetis ad magos: nec ab ariolis aliquid scisciteminī: ut polluamini per eos. Ego dominus deus vester. Coram cano capite consurge: ꝛ honora personā senis: et time dominū deū tuum. Ego sum dominus. Si habitauerit aduena i terra vra·et morat⁹ fuerit inter vos·nō exprobretis ei: sed sit inter vos quasi indigena: ꝛ diligetis eum quasi vosmetipsos. Fuistis enī ꝛ vos aduene in terra egipti. Ego dñs deus vester. Nolite facere iniquū aliquid in iudicio: in regula·in pondere·i mensura. Statera iusta·ꝛ equa sint pondera: iustus modius: equusq; sextarius. Ego dominꝰ deus vester: q̄ eduxi vos de terra egipti. Custodite omnia precepta mea et vniuersa iudicia: et facite ea. Ego dominus.

Locutusq; est dñs ad moysen dicens. Loquereis filijs israhel. Homo de filijs isrl ꝛ de aduenis qui habitant in isrl: si quis dederit de semine suo ydolo moloch·morte moriat. Populus terre lapidabit eū: et ego ponam faciem meā cōtra illū·succidamq; eū de medio pp̄li sui: eo q̄ dederit de semine suo moloch·et contāminauerit sanctuariū meū·ac polluerit nomē sanctum meū·quod si negligens pp̄lus terre et quasi parui pendens imperiū meum·dimiserit hominē qui dedit de semine suo moloch·nec voluerit eum occidere: ponā faciē meam sup hominem illū et cognationē eius: succidāq; et ipm ꝛ oēs qui cōsenserūt ei·ut fornicarentur cū moloch de medio populi sui. Anima q̄ declinauerit ad magos et ariolos et fornicata fuerit cum eis: ponā faciem meā cōtra eā: et interficiā illā de medio pp̄li sui. Sanctificamini et estote sancti: quia ego sanctus sum dñs deꝰ vester. Custodite p̄cepta mea: et facite ea. Ego dñs q̄ sanctifico vos. Qui maledixerit patri suo aut matri: morte moriat. Patri matriq; q̄ maledixerit: sanguis eius sit super eum. Si mechat⁹ quis fuerit cū uxore alterius: et adulterū p̄petrauerit cum coniuge

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0120
powered by DWork • Heidelberg University Library

proximi sui: morte morientur et mechus et adultera. Qui dormierit cū nouerca sua et reuelauerit ignominiā patris sui: morte moriant ambo. Sanguis eorū sit sup eos. Si quis dormierit cū nuru sua uterq; moriatur: quia scelus operati sunt. Sanguis eorū sit sup eos. Qui dormierit cū masculo coitu femineo: uterq; operatus est nefas: morte moriātur. Sit sanguis eorū sup eos. Qui supra uxorē filiam duxerit matrē eius: scelus operatus ē. Vnus arcebit cū eis: nec pmanebit tantū nefas i medio uestri. Qui cum iumento z pecore coierit: morte moriat: pecus q; occidite. Mulier q succubuerit cuilibet iumento: simul interficietur cū eo. Sanguis eorū sit sup eos. Qui acceperit sororem suam filiā patris sui uel filiā matris sue et uiderit turpitudinē eius: illaq; cōspexerit fratris ignominiā: nefariā rem operati sunt. Occidentur i conspectu pplī: eo q turpitudinē suā mutuo reuelauerint: et portabūt iniquitatem suam. Qui coierit cum muliere i fluxu menstruo z reuelauerit turpitudinem eius: ipsaq; aperuerit fontē sanguinis sui: interficientur ambo de medio pplī sui. Turpitudinem matertere et amite tue non discoopies. Qui hoc fecerit ignominiam carnis sue nudauit: portabunt ambo iniquitatem suā. Qui coierit cum uxore patruī uel auunculi sui et reuelauerit ignominiā cognatiōnis sue: portabūt ambo peccatū suū. Absq; liberis morientur. Qui duxerit uxorem fratris sui rem fecit illicitam: turpitudinē fratris sui reuelauit: absq; filijs erit. Custodite leges meas atq; iudicia et facite ea: ne et uos eum mar terra quā ingressuri estis et habitaturi. Nolite ambulare in legitimis nationū: quas ego expulsurus sū ante uos. Omnia enī hec fecerūt: et abominatus sum eas. Vobis autē loquor. Possidete terrā eorū quā dabo uobis i hereditatem: terrā fluentē lacte et melle. Ego dñs deus uester: qui separaui uos a ceteris pplīs. Separate ergo et uos iumentū mundū ab immundo: et auem mundam ab immunda. Ne polluatis animas uestras in pecore et auibus et cunctis que mouentur in terra: et q̄ uobis ostendi esse polluta. Eritis sancti michi: quia sanctus ego sum dñs: et separaui uos a ceteris pplīs ut esseris mei. Vir siue mulier i quibz phitonis uel diuinationis fuerit spūs: morte moriantur: lapidibus obruent eos. Sanguis eorū sit super illos. ℣ℓ

Dixit quoq; dñs ad moysen. Loquere ad sacerdotes filios aaron: et dices ad eos. Ne contaminet sacerdos in mortibz ciuiū suorū: nisi tantū in consanguineis ac pximis: id est sup patrem et matrem z filiū et filiam fratrem quoq; et sororem uirginem: que non est nupta uiro: sed nec i principe populi sui contaminabitur. Nec radent caput nec barbā: neq; i carnibus suis facient incisuras. Sancti erūt deo suo: et nō polluent nomen eius. Incensum enī dñi et panes dei sui offerūt: et ideo sancti erunt. Scortū z uile prostibulum nō ducet uxorem: nec eam que repudiata est a marito: quia consecratus est deo suo: et panes pposito nis offert. Sit ergo sanctus: quia z ego sanctus sum dominus q̄ sanctifico uos. Sacerdotis filia si deprehensa fuerit in stupro: et uiolauerit nomē patris sui: flammis exurētur. Pontifex id est sacerdos maximus inter fratres suos: super cuius caput fusum ē unctionis

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0121
powered by DWork • Heidelberg University Library

oleum·et cuius manus in sacerdotio cõsecrate sunt. Vestibulq; est sanctis vestibꝫ:caput suũ nõ discooperiet·vestimenta nõ scinder:⁊ ad omnẽ mortuũ nõ ingrediẽ omnino. Super pr̃e quoq; suo et matre nõ contamĩnabitur:nec egrediet̃ de sanctis ne polluat sanctuariũ dñi:quia oleũ sancte vnctõis dei sui sup eum est. Ego dñs. Virginẽ ducet vxorẽ. Viduã aũt et repudiatã et sordidã atq; meretricem nõ accipiet sed puellã de populo suo:ne ꝺmisceat stirpem generis sui vulgo genꝰ sue: quia ego dominꝰ qui sanctifico eum. Locutusq; est dñs ad moysen dicens. Loquere ad aaron. Homo de semine tuo p familias qui habuerit maculã non offeret panes deo suo:nec accedet ad ministeriũ eius. Si cecus fuerit·si claudꝰ·si uel paruo uel grandi⁊ torto naso:si fracto pede si manu·si gibbus si lippus·si albugĩnem habens ĩ oculo·si iugem scabiem·si impetiginem ĩ corpore·uel hernioſus:oñis q̃ habuerit maculam de semine aaron sacerdotis· nõ accedet offere hostias dño nec panes deo suo. Vescetur tamen panibus qui offerũtur ĩ sãctuario·ita dũtaxat ut intra velum non ingrediat̃:nec accedat ad altare qui maculam habet: et cõtamminare nõ debet sanctuariũ meum. Ego dominꝰ q̃ sanctifico eos. Locutus est ergo moyses ad aaron⁊ ad filios eius et ad omnem israhel· cuncta q̃ sibi fuerant imperata.

Locutusq; est ꝺns ad moysen dicens. Loquere ad aaron⁊ ad filios eius·ut caueãt ab hijs q̃ consecrata sũt filioꝝ isrl:et nõ cõtamĩnẽt nomen sanctificatorũ michi·que ipsi offerunt. Ego dñs. Dic ad eos:et ad posteros vꝝ. Oñis homo q̃ accesserit de stirpe vestra ad ea que consecrata sunt·et que obtulerũt filij isrl dño in quo est immũditia:peribit coram dño. Ego sum dominus. Homo de semine aaron qui fuerit leprosus aut patiens fluxum seminis·non vescetur de hijs q̃ sanctificata sũt michi:donec sanetur. Qui tetigerit immũdum sup mortuo·et ex quo egreditur semen q̃ coitus·⁊ qui tãgit reptile⁊ quodlibet immũdum cuius tactus est sordidus· immundus erit usq; ad vesperum:et non vescetur hijs q̃ sanctificata sũt:sed cũ lauerit carnẽ suã aqua et occubuerit sol·tunc mundatus vescetur de sanctificatis·quia cibꝰ illi⁹ ẽ. Morticinũ et raptum a bestia nõ comedent:nec polluentur in eis. Ego ꝺns. Custodiant p̃cepta mea·ut nõ subiaceant peccato:et moriãtur in sanctuario cũ polluerint illud. Ego dominus: qui sanctifico eos. Omnis alienigena nõ comedet de sanctificatis. Inquilinus sacerdotis et mercennariꝰ non vescet̃ ex eis. Quẽ autem sacerdos emerit·et q̃ vernaculus dom⁹ eius fuerit:hij comedent ex eis. Si filia sacerdotis cuilibet ex populo nupta fuerit:de hijs q̃ sanctificata sũt·et de primitijs non vescet̃. Si enaũt vidua uel repudiata⁊ absq; liberis reũsa fuerit ad domum patris sui: sicut puella cõsueuerat·alet̃ cibis patris sui. Omnis alienigena comedendi ex eis nõ habet potestatem. Qui comederit de sanctificatis p ignorantiam·addet quintam partem cum eo q̃ comedit·et dabit sacerdoti ĩ sanctuarium: nec cõtamĩnabunt sanctificata filioꝝ israhel que offerũtur dño: ne forte sustineant iniquitatem delicti sui·cum sanctificata comederint. Ego dominꝰ:qui sanctifico eos. Locutusq;

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0122
powered by DWork • Heidelberg University Library

est dñs ad moysen dicēs. Loquere ad
aarō et filios eius · et ad oēs filios
isrl: dicesq; ad eos. Homo de domo
israhel et de aduenis q̄ habitāt apud
vos · qui obtulerit oblationem suam
uel vota soluens uel sponte offerens:
quicquid illud obtulerit ī holocaustū
dñi ut offeratur p vos: masculus im-
maculatus erit ex bobus et ouibus et
ex capris. Si maculam habuerit non
offeretis: neq; erit acceptabile. Homo
qui obtulerit victimā pacificorū dño ·
uel vota soluens uel sponte offerens
tam de bubus q̄ de ouibz: immacula-
tum offeret ut acceptabile sit. Omnis
macula non erit in eo. Si cecū fuerit ·
si fractū · si cicatricem habens · si papu-
las aut scabiem · aut impetiginē · non
offeretis ea domino: nec adolebitis ex
eis sup altare dñi. Bouem et quē aure
et cauda amputatis voluntarie offerre
potes: votum autem ex his solui non
potest. Omne animal qđ uel tōrtis
uel unguis uel scabis · ablatiuq; testiculi
est non offeretis dño: et in terra vestra
hoc omino ne faciatis. De manu a-
lienigene nō offeretis panes deo vro ·
et quicquid aliud dare voluerit · quia
corrupta et maculata sunt oīa: nō
suscipietis ea. Locutusq; est dominus
ad moysen dicēs. Bos · ouis · et capra
cū genita fuerint · septem diebz erunt
sub vbere matris sue: die aūt octauo
et deinceps offerri poterūt dño. Sive
illa bos sive ouis non immolabunt
una die cū fetibz suis. Si immolaueri-
tis hostiam pro gratiarū actione dño
ut possit esse placabilis: eo dē die com-
edetis eam. Non remanebit quicq; in
mane alterius diei. Ego dñs. Custodi-
te mandata mea: et facite ea. Ego do-
minus. Ne polluatis nomen meum
sanctū: ut sanctificer in medio filiorū
isrl. Ego dominus · qui sanctifico vos:
et eduxi de terra egipti · ut essem vobis
in deum. Ego dominus. Pēm

Locutusq; est dñs ad moysen di-
cens. Loquere filijs israhel: et di-
ces ad eos. Hec sunt ferie dñi: eas
vocabitis sanctas. Sex diebus facie-
tis opus: dies septimus quia sabbati
requies est · vocabitur sanctus. Omne
opus non facietis in eo. Sabbatum
dñi est in cunctis habitationibz ve-
stris. Hec sunt ergo ferie dñi sancte: eas
celebrare debetis tēporibus suis. Mense
primo quarta decima die mensis
ad vesperum phase dñi est: et quinta-
decima die mensis huius solemnitas
azimoz domini est. Septem diebus
azima comedetis. Dies primus erit
vobis celeberrimus · sanctusq; Omne
opus seruile non facietis in eo: sed of-
feretis sacrificium ī igne dño · septem
diebus. Dies autē septimus erit celebri-
or et sanctior: nullūq; seruile opus fa-
cietis in eo. Locutusq; est dominus ad
moysen dicens. Loquere filijs israhel:
et dices ad eos. Cum ingressi fueritis
terram quā ego dabo vobis et messue-
ritis segetem: feretis manipulos spica-
rum primitias messis vestre ad sacer-
dotem. Qui eleuabit fasciculū coram
domino ut acceptabile sit pro vobis
altero die sabbati: et sanctificabit illū.
Atq; in eodem die quo manipulus
consecratur · offeretur agnus immacu-
latus anniculus in holocaustum dñi:
et libamenta offerent cum eo due decī-
me similē conspersē oleo in incensum
domini odorem q; suauissimū: liba
quoq; vini · quarta pars hin. Panē
et polentam et pulles non comedetis
ex segete: usq; ad diem qua offeratis

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0123
powered by DWork • Heidelberg University Library

ex ea deo vestro. Preceptū ē sempiternū in generationibꝫ ꝯ cunctisq; habitaculis vestris. Numerabitis ergo ab altera die sabbati i quo obtulistis manipulum primitiarum septem ebdomadas plenas usq; ad alteram diē explerionis ebdomade septime id ē quinquaginta dies: et sic offeretis sacrificiū nouū dño. ex omnibus habitaculis vestris. panes primitiarū duos de duabus decimis simile fermentat: quos coquetis in primitias dñi. Offeretisq; cum panibꝫ septem agnos immaculatos anniculos. et vitulū de armento vnū. et arietes duos: et erunt in holocaustū cū libamentis suis in odorē suauissimum dño. Facietis ꝛ hircū pro peccato: duosq; agnos anniculos hostias pacificorū. Cumq; eleuauerit eos sacerdos cum panibꝫ primitiarū coram dño: cedent in vsum ei. Et vocabitis hūc diem celeberrimum atq; sanctissimum. Omne opus seruile nō facietis in eo. Legitimū sempiternum erit in cunctis habitaculis ꝛ generationibus vestris. Postꝫ autem messueritis segetē terre vestre nō secabitis eam usq; ad solū: nec remanentes spicas colligetis: sed pauperibus et pegrinis diminuetis eas. Ego sum dñs deus vester. Locutusq; ē dominus ad moysen dicens. Loquere filijs israhel. mense septimo ꝑma die mensis erit vobis sabbatum memoriale clangentibus tubis: et vocabitur sanctū. Omne opus seruile nō facietis in eo: ꝛ offeretis holocaustum domino. Locutusq; ē dominꝰ ad moysen dicēs. Decimo die mensis huius septimi dies expiationum erit celeberrimus. et vocabitur sanctus: affligetisq; animas vestras in eo: et offeretis holocaustum dño. Omne opus seruile non facietis in tempore diei huius quia dies ꝓpiationis est: ut ꝓpietur vobis dominꝰ deus vester. Omnis anima q afflicta non fuerit die hac pribit de ꝑplis suis: et que operis quippiam fecerit: delebo eam de ꝑplo suo. nichil ergo operis facietis i eo. Legitimū sempiternum erit vobis in cunctis generationibꝫ et habitationibꝫ vestris. Sabbatum requietionis ē: et affligetis animas vestras. Die nono mensis septimi. a vespere usq; ad vesperū celebrabitis sabbata vestra. Et locutꝰ ē dominus ad moysen dicens. Loquere filijs israhel. A quintodecimo die mensis huius septimi erunt ferie tabernaculorum septē diebꝫ domino. Dies primus vocabitur celeberrimus atq; sanctissimus. Omne opus seruile nō facietis in eo: et septē diebus offeretis holocausta dño. Die quoq; octauus erit celeberrimus atq; sanctissimus: et offeretis holocaustum dño. Est enī cetus atq; collecte. Omne opus seruile nō facietis in eo. Hec sūt ferie domini quas vocabitis celeberrimas atq; sanctissimas: offeretisq; in eis oblationes domino. holocausta ꝛ libamenta iuxta ritum vniuscuiusq; diei: exceptis sabbatis domini domus q vestris. et que offeretis ex voto uel q spōte tribuitis dño. A quintodecimo ergo die mensis septimi quando congregaueritis omnes fructus terre ure celebrabitis ferias dñi septem diebus. Die primo et die octauo erit sabbatū: id ē requies. Sumetisq; vobis die primo fructus arboris pulcerime spatulasq; palmarum et ramos ligni densarum frondium. ꝛ salices de torrente. ꝛ letabimini coram domino deo vō: celebrabitisq; solemnitatem eius septē diebus per annū. Legitimū sempiternū

erit in generationibus vestris. Mense
septimo festa celebrabitis et habitabitis
in umbraculis septem diebus. Omnis
qui de genere est israhel manebit in taber-
naculis: ut discant posteri vestri q in
tabernaculis habitare fecerim filios isrl cū
educerē eos de tra egipti. Ego dns deus
vester. Locutusq est moyses super sole-
mnitatibus dni ad filios isrl. xxiii

Et locutus ē dominꝰ ad moysen
dicens. Precipe filijs israhel: ut
offerant tibi oleū de olivis purissimū
ac lucidū ad concinnandas lucernas
iugiter extra velum testimonij in taber-
naculo federis. Ponetq eas aarō a ve-
spere usq in mane coram dño: cultu
perpetuo in generationibus vestris.
Super candelabrū mundissimū ponent
semp in cōspectu dni. Accipies quoq
similā et coques ex ea duodecim panes:
qui singuli habebunt duas decimas.
Quos senos altrinsecus super mensam
purissimā coram dño statues et pones
super eos thus lucidissimū: ut sit panis
in monimentū oblationis dño. Per
singla sabbata mutabunt coram dño.
suscepti a filijs israhel federe sempiter-
no: eruntq aaron et filiorum eius ut
comedant eos in loco sancto: quia san-
ctum sanctoꝝ est de sacrificijs dni iure
perpetuo. Ecce aūt egressus filij mulieris
israhelitidis quē pepererat de viro egi-
ptio inter filios israhel: iurgatus ē in
castris cū viro israhelite. Cuiq blasphe-
masset nomen dni: et maledixisset ei:
adductus ē ad moysen. Vocabat aūt
mater eius salumith filia dabri: de tribu
dan. Miseruntq eum in carcerē: donec
nossent quid iuberet dominus. Qui lo-
cutus ē ad moysen dicens. Educ blas-
phemū extra castra: et ponant omnes
qui audierunt manus suas sup caput
eius et lapidet eum ptis universus: et
ad filios israhel loquereis. Homo qui
maledixerit deo suo portabit peccatū
suū: et qui blasphemaverit nomē dni
morte moriat. Lapidibus opprim et
eum omnis multitudo populi. Sive
ille civis seu peregrinus fuerit: q blasphe-
maverit nomen dni morte moriatur.
Qui percusserit et occiderit hominē: mor-
te moriatur. Qui percusserit animal
reddat vicarium: id ē animā p anima.
Qui irrogaverit maculā civili cuiusq
suoꝝ: sicut fecit sic fiet ei. Fracturā pro
fractura: oculū pro oculo: dentem pro
dente restituet. Qualem inflixerit ma-
culam: talē sustinere cogetur. Qui per-
cusserit jumentum: reddat aliud. Qui
percusserit hominē: punietur. Equum
iudicium sit inter vos: sive peregrin⁹: sive
civis peccaverit: quia ego sum dns
deꝰ vester. Locutusq ē moyses ad fili-
os israhel: et eduxerunt eum q blasphe-
maverat extra castra: ac lapidibus op-
presserunt. Fecerūntq filij israhel: sicut
preceperat dominus moysi. xxv

Locutusq est dominꝰ ad moysen
in monte synai dicens. Loquere
filijs israhel: et dices ad eos. Quando
ingressi fuerit is terram quā ego dabo
vobis: sabbatizet sabbatum dño. Sex
annis seres agrum tuū: et sex annis
putabis vineam tuam: colligesq fru-
ctus eius. Septimo aūt anno sabbata-
tum erit terre: requietionis dni. Agrū
nō seres: et vineam nō putabis. Que
sponte gignet humus nō meties: et uvas
primitiaz tuarū nō colliges ñsi vinde-
miam. Annus enim requietionis ter-
re est. Sed erunt vobis in cibum: tibi
et servo tuo: ancille et mercennario tuo:
et advene qui peregrinatur apud te.
Jumentis tuis et pecoribus omnia que

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0125
powered by DWork • Heidelberg University Library

nascūtur p̄hebunt tibū. Numerabis quoq; tibi septem ebdomades ānoꝝ· id est septies septem· que simul faciūt quadraginta nouem:⁊ clanges buccina mēse septimo decima die mēsis ꝓpiciationis tpe ī uniuersa tra ūra. Sanctificabisq; annū quinquagesimū:et uocabis remissionem cūctis habitatoribꝫ terre tue. Ipse ē enī iubileꝰ. Reūtet homo ad possessionem suam:et unusquisq; rediet ad familiam pristinam: quia iubileus est et quinquagesimus annꝰ. Nō seretis aut; metetis:sponte in agro nascentia· et primitias uindemie non colligetis ob sanctificationē iubilei: sed statim ablata comedetis. Anno iubilei rediet oēs ad possessiones suas. Quādo uendes quippiā ciui tuo· uel emes ab eo· ne contristes fratrem tuum:sed iuxta numerꝰ ānoꝝ iubilei emes ab eo:⁊ iuxta supputationem fructuum uendet tibi. Quantoplus anni remanserint post iubileū· tanto crescet et precii: quāto min⁹ temporis numerabitis:tāto minoris⁊ empcio constabit. Tempꝰ enī fructū uendet tibi. Nolite affligere contribules uestros: sed timeat unusquisq; deū suū: quia ego dns deus uester. Facite precepta mea·⁊ iudicia custodite·et implete ea ut habitare possitis ī terra absq; ullo pauore·⁊ gignat uobis humꝰ fructus suos quibus uescamini usq; ad saturitatem: nullius impetum formidātes. Quod si dixeritis quid comedem⁹ anno septimo si non seuerimus neq; collegerimus fruges nostras: dabo benedictionē meā uobis āno sexto·⁊ faciet fructus trium annorū: seretisq; anno octauo·⁊ comedetis ueteres fruges usq; ad nonum annum. Donec noua nascantur edetis uetera. Terra quoq; non uendet imperuū quia mea est:et uos aduene et coloni mei estis. Unde cuncta regio possessionis uestre sub redemptionis condicione uendetur. Si attenuatus frater tuus uendiderit possessiunculā suā·et uoluerit ꝓximus eius:potest redimere qđ ille uendiderat. Si nauē nō habuerit proximū·et ipse ꝑcium ad redimendum potuerit inuenire: computabūtur fructus ex eo tempore quo uendidit· et quod reliquū est reddat emptori:sicq; recipiet possessionem suam. Quod si non inuenerit manus eius ut reddat precii:habebit emptor qđ emerat usq; ad ānum iubileum. In ipo enī oīs uenditio redit ad dnm·⁊ ad possessorem pristinum. Qui uendiderit domum intra urbis muros: habebit licentiam redimēdi donec unus impleatur annꝰ. Si nō redemerit et āni circulꝰ fuerit euolutꝰ: emptor possidebit eam· et posteri eius imperuū:⁊ redimi non poterit⁊ iam in iubileo. Si nauem in uilla fuerit domꝰ que muros non habet:agrorū iure uendetur. Si ante redempta non fuerit:ī iubileo reuertetur ad dominū. Edes leuitaꝝ que ī urbibꝫ sunt:semper possent redimi. Si redempte nō fuerint in iubileo reuertentur ad dominos: quia domus urbium leuitarum pro possessionibꝫ sunt inter filios israhel. Suburbana autem eorū nō uenient: quia possessio sempiterna est. Si attenuatus fuerit frater tuus et infirmus manu· et susceperis eū quasi aduenā et peregrinū et uixerit tecū:ne accipias usuras ab eo: nec amplius quā dedisti. Time deum tuum:ut uiuere possit frater tuus apud te. Pecuniā tuam non dabis ei ad usurā:⁊ frugum superabundantiā nō exiges. Ego dns deꝰ uester

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0126
powered by DWork • Heidelberg University Library

qui eduxi vos de terra egipti· ut darem
vobis terram chanaan: et essem vester
deus. Si paupertate compulsus vendi-
derit se tibi frater tuus: nō eū opprimes
seruitute famulorū: sed quasi mercen-
narius et colonus erit. Vsq; ad ānū
iubileum operabitur apud te: et postea
egredietur cū liberis suis: et reuertetur
ad cognationem et ad possessionem
patrū suoꝝ. Mei enim serui sūt: et ego
eduxi eos de terra egipti. Non venient
conditione seruorū. Ne affligas eū per
potentiā: sed timeto deū tuū. Serui
et ancilla sint vobis de nationibꝫ que
in circuitu vestro sunt· et de aduenis
q̄ peregrinant apud vos: uel q̄ ex his
nati fuerint in terra vestra. Hos habe-
bitis famulos: et hereditario iure trā-
mittetis ad posteros: ac possidebitis
in eternum· fratres autē vestros filios
israhel· ne opprimatis per potentiam.
Si inualuerit apud vos manus ad-
uene atq; peregrini· et attenuat⁹ frater
tuus vendiderit se ei· aut cuiꝫ de stirpe
eius: post venditionem potest redimi.
Qui voluerit ex fratribꝫ suis redimet
eum: et patruus et patruelis· et cōsan-
guineus· et affinis. Sin autem et ipse
poterit· redimet se· supputatis dūta-
xat annis a tempore venditionis sue
usq; in annū iubileū: et pecunia qua
venditus fuerat iuxta annoꝝ numeꝝ·
et rationē mercenarij supputata. Si
plures fuerint anni qui remanēt usq;
ad iubileū· sedm hos reddet et preciū:
si pauci· ponet rationem cum eo iuxta
ānorum numeꝝ: et reddet emptori qd
reliquum est· annoꝝ quibꝫ ante seruiuit
mercedibꝫ imputatis. Non affliget eū
violenter in conspectu tuo. Quod si q̄
hec redimi non poterit: āno iubileo
egredietur cum liberis suis. Mei enim

sunt filij israhel: quos eduxi de tra
egipti. Ego dñs deꝰ vester.

Non facietis vobis ydolum et scul-
ptile: nec titulos erigetis: nec in-
signē lapidē ponetis in terra vra ut ado-
retis eum. Ego enī sum dñs deꝰ vester.
Custodite sabbata mea: et pauete ad
sanctuariū meum. Ego dominꝰ. Si
in p̄ceptis meis ambulaueritis et man-
data mea custodieritis et feceritis ea:
dabo vobis pluuias tēporibus suis.
Et terra gignet germen suū: et pomis
arbores replebūtur. Apprehendet mes-
sium tritura vindemiam et vindemia
occupabit sementē: et comedetis panē
vestrum in saturitate: et absq; pauore
habitabitis in terra vestra. Dabo pa-
cem in finibus vestris: dormietis· et
nō erit qui exterreat. Auferam malas
bestias: et gladius nō transibit termi-
nos vestros. Persequemini inimicos
vestros: et corruent coram vobis. Per-
sequentur quinq; de vestris centū alie-
nos: et centum de vobis decem milia.
Cadent inimici vestri gladio in con-
spectu vestro. Respiciam vos et crescere
faciā: multiplicabimini: et firmabo pa-
ctum meum vobiscum. Comedetis ve-
tustissima veterū: et vetera nouis super-
uenientibꝫ proicietis. Ponā tabernac-
ulū meū in medio vestri: et nō abiciet
vos aīa mea. Ambulabo inter vos· et
ero vester deꝰ: vosq; eritis pplus meus.
Ego dñs deus vester· qui eduxi vos
de terra egipti ne seruiretis eis: et q̄
confregi catthenas ceruicum vestrarū
ut incederetis erecti. Quod si nō audie-
ritis me· nec feceritis omnia mādata
mea si spreueritis leges meas et iudi-
cia mea contempseritis ut nō faciatis
ea que a me cōstituta sunt· et ad irritū
perducatis pactum meum: ego quoq;

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0127
powered by DWork • Heidelberg University Library

hec facia vobis. Visitabo vos velo
citer in egestate & ardore qui consumat
oculos vestros: & consumat animas
vestras. Frustra seretis sementem: que
ab hostibus deuorabit. Ponam faciē
meam contra vos. & corruetis coram
hostibus vris: & subiciemini his qui
oderunt vos. Fugietis nemine perse
quente. Si nautem nec sic obedieritis
mihi. addam correptiones vestras
septuplum ꝓpter peccata vestra: & con
teram superbiam duricie vestre. Dabo
q; vobis celum desup sicut ferrum: et
terram eneam. Consumetur in cassū
labor vester: nō proferet terra germen:
nec arbores poma prebebūt. Si am
bulaueritis ex aduerso mihi. nec vo
lueritis audire me: addam plagas ve
stras usq; in septuplum ꝓpter peccata
vestra. Emittāq; in vos bestias agri
que consumant vos et pecora vestra:
et ad paucitatem cuncta redigāt. dese
teq; fient vie vestre. Quod si nec sic vo
lueritis recipe disciplinam sed ambu
laueritis ex aduerso michi: ego quoq;
cōtra vos aduersus incedā et ptia
vos septies ꝓpter peccata vestra: indu
camq; sup vos gladiū ultorē federis
mei. Cūq; cōfugeritis in urbes mittā
pestilentiā i medio vestri: & trademini
in manibus hostiū postq; cōfregero
baculū panis vestri. ita ut decē mulie
res in uno clibano coquant panes &
reddant eos ad pond⁹: et comedetis &
non saturabimini. Si nautem nec pr
hec audieritis me. sed ambulaueritis
contra me: et ego incedam aduersus
vos in furore contrario. & corripiam
vos septē plagis propter peccata vra:
ita ut comedatis carnes filiorū vestrorū
et filiarū vrarū. Destruam excelsa vra:
et simulacra cōfringā. Cadetis inter
ruinas ydolorū vrorū. & abominabit
vos anima mea: in tantum ut urbes
vras redigam i solitudinē. et deserta
faciam sanctuaria vestra. nec recipiā
ultra odorem suauissimū. dispergam
q; terram vram: et stupebūt super ea
inimici vri cū habitatores illi⁹ fuerit.
Vos autem dispergam in gentes. et
euaginabo post vos gladium: eritq;
terra vestra deserta: et ciuitates dirute.
Tunc placebūt terre sabbata sua cun
ctis diebus solitudinis sue: quando
fueritis in terra hostili. Sabatizabit
et requiescet in sabbatis solitudinis
sue: eo q; non requieuerit in sabbatis
vris. quando habitabatis in ea. Et q̄
de vobis remanserint dabo pauorē
in cordibus eorū. in regionibus hostiū.
Terrebit eos sonit⁹ folij volantis: et
ita fugient quasi gladium. Cadent
nullo sequente: & corruent singuli sup
fratres suos. q̄si bella fugientes. Ne
mo vrūm inimicis audebit resistere. Pe
ribitis inter gētes: & hostilis vos ita con
sumet. Quod si et de his aliq̄ remanserint tabescent in iniquitatibus suis
in terra inimicorum suorū: & propter
peccata patrū suorū et sua affligentur.
donec confiteantur iniquitates suas
et maiorū suorū quibus preuaricati
sunt in me: et ambulauerūt ex aduīso
mihi. ambulabo igitur et ego cōtra
eos: & inducam illos in terrā hostilem
donec erubescat in circumcisa mens
eorū. Tunc orabūt pro impietatibus
suis: et recordabor federis mei: quod
ꝓpigi cū iacob & ysaac. & abrahā. Ter
re q; memor ero: q̄ cū relicta fuerit ab eis
complacebit sibi in sabbatis suis: pacī
ens solitudinem propter illos. Ipsi
vero rogabūt pro peccatis suis: eo q̄
abiecerunt iudicia mea & leges meas

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0128
powered by DWork • Heidelberg University Library

despexerunt. Attamen etiã cũ essent in terra hostili nõ penitũ abieci eos: neq; sic despexi ut consumerem: et irritum facerem pactũ meũ cũ eis. Ego enim sũ dñs deus eor̃: et recordabor̃ foederis mei pristini: quãdo eduxi eos de tra egipti in cõspectu gentiũ ut essem deus eorũ. Ego dominus deus. Hec sunt iudicia atq; precepta et leges quas dedit dñs inter se et inter filios israhel in monte synai: per manum moysi. Feriã ·

Locutusq; est dñs ad moysen dicens. Loquere filijs israhel: et dices ad eos. Homo qui votũ fecerit et spoponderit deo animã suã: sub estimatione dabit preciũ. Si fuerit masculus a vicesimo ãno usq; ad sexagesimũ ãnũ dabit quinquagĩta siclos argenti ad mensurã sanctuarij: si mulier: triginta. A quinto autem anno usq; ad vicesimũ masculus dabit viginti siclos: femina decẽ. Ab uno mense usq; ad annum quinq; p masculo dabunt quinq; sicli: pro femina tres. Sexagenarius et ultra masculus dabit quindeci siclos: femina decẽ. Si pauper fuerit et estimationem reddere nõ valebit: stabit corã sacerdote: et quantum ille estimauerit et viderit eũ posse reddere· tantũ dabit. Animal autem qđ immolari potest dño si quis voverit sanctũ erit et mutari nõ poterit: id est nec melio malo: nec pio bono. Quod si mutauerit: et ipm qđ mutatũ est· et illud pro quo mutatũ est consecratũ erit dño. Animal immũdum qđ immolari dño nõ potest si quis voverit adducetur ãte sacerdotẽ: q diiudicãs verum bonũ an malũ sit· statuet pretium. Quod si dare voluerit is qui offert· addet supra estimationẽ quintã partem. Homo si voverit domũ suã et sanctificauerit dño: considerabit eã sacerdos utrum bona an mala sit: et iuxta pretiũ qđ ab eo fuerit constitutũ venundabitur. Si autẽ ille qui voverat voluerit redimere eã dabit quintã partem estimationis supra: et habebit domũ. Quod si agrum possessionis sue voverit et consecrauerit domino: iuxta mensuram seminis estimabit̃ preciũ. Si triginta modior̃ ordei seritur terra: quinquaginta siclis venundetur argenti. Si statim ab ãno incipientis iubilei voverit agrum: quãto valere potest· tanto estimabitur. Si autẽ post aliquãtum temporis: supputabit sacerdos pecuniã iuxta annor̃ qui reliqui sunt numerũ usq; ad iubileum: et detrahetur ex precio. Quod si voluerit redimere agrũ ille q̃ voverat· addet quintam partẽ estimate pecunie: et possidebit eam. Si autẽ voluerit redimere · sed alteri cuilibet fuerit venundatus· ultra eũ qui voverat redimere nõ poterit: quia cũ iubilei venerit dies sanctificatus erit domino: et possessio cõsecrata ad ius pertinet sacerdotum. Si ager emptꝰ est et nõ de possessione maior̃ sanctificatus fuerit dño: supputabit sacerdos iuxta annorum numer̃ usq; ad iubileũ preciũ: et dabit ille q̃ voverat eum domino. In iubileo autem reuertetur ad priorem dominum q̃ vendiderat eum: et habuerat in sorte possessionis sue. Omnis estimatio siclo sanctuarij ponderabitur. Siclus viginti obulos habet. Primogenita q̃ ad deum pertinet nemo sanctificare potest et vouere. Sive bos sive ouis fuerit: dñi sũt. Quod si immũdũ est animal· redimet qui obtulit iuxta estimationem suam: et addet quintã partem precij. Si redimere noluerit

vendẽ alterũ: quãtocũq; fuerit ãre estimatũ. Oñe qđ dño cõsecrat siue homo fuerit siue animal·siue ager non venũet: nec redimi poterit quicquid semel fuerit cõsecratũ. Sanctũ sanctorũ erit dño. Et oĩs cõsecratio q̃ offert ab hõmine nõ redimetur: sed morte morietur. Omnes decime ẽre siue de pomis arborum siue de fugibꝫ dñi sũt: ⁊ illi sanctificabũt. Si qs aũt voluerit redimere decimas suas: addet quintam partem eaꝫ oĩm decimaꝝ. Boues et oues et capre q̃ sub pastoris virga trãseũt: quicquid decimũ venerit sanctificabit dño. Nõ eligetur nec bonũ nec malũ: nec altero cõmutabit. Si qs mutauerit: ⁊ qđ mutatũ ẽ·⁊ p quo mutatũ est lãctificabit dño: ⁊ nõ redimet. Hec sũt p̃cepta q̃ mãdauit dñs moysi ad filios israhel: in monte synai. Incipit: ua geneũ qui grece liber numeri dr̃ ·t·

Locutusq; est dominus ad moysen in deserto synai ĩ tabernaculo federis: p̃ma die mensis secundi ãno altero egressionis eorũ ex egipto dicens. Tollite summam vniuerse congregationis filiorꝫ israhel p cognationes ⁊ domos suas· et nomina singulorꝫ·quicquid sexus ẽ masculini a vicesimo ãno et supra· oĩm virorꝫ fortiũ ex israhel: ⁊ numerabitis eas p turmas suas tu et aaron. Erunꝫ vobiscum principes tribuũ ac domorꝫ ĩ cognationibꝫ suis: quorꝫ ista sunt nomina. De tribu ruben: elysur filius sedeur. De tribu symeon: salamihel filius surisaddai. De tribu iuda: naason filius amminadab. De tribu isachar: nathanael filius suar. De tribu zabulon: eliab filius helon. Filiorꝫ aũt ioseph de tribu ephraim: elisama filiꝰ ammiud. De tribu manasse: gamalihel filiꝰ phadassur. De tribu beniamin: abidan filius gedeonis. De tribu dan: abiezer filiꝰ amisaddai. De tribu aser: phegiel filius ochran. De tribu gad: eliasaph filius duel. De tribu neptalim: ahira filiꝰ enan. Iſti nobilissimi principes mltitudinis p tribus et cognationes suas· et capita exercitus israhel: quos tulerũt moyses ⁊ aaron cum oĩ vulgi multitudine: et congregauerũt primo die mensis sedi recensentes eos p cognationes et domos ac familias· et capita et nomina singulorꝫ a vicesimo ãno et supra: sicut preceperat dominꝰ moysi. Numeratiq; sunt in deserto synai de ruben primogenito israhelis p generationes et familias ac domos suas· et nomina capitum singulorꝫ· omne qđ sexus ẽ masculini a vicesimo ãno et supra procedentium ad bellũ: quadraginta sex milia quingẽti. De filiꝭ symeon per generationes et familias ac domos cognationũ suarꝫ recensiti sunt per nomina et capita singulorũ· omne quod sexus est masculini a vicesimo ãno et supra· procedentium ad bellum: quinquaginta nouem milia trecenti. De filiꝭ gad p generationes ⁊ familias ac domos cognationum suarũ· recensiti sunt per nomina singulorũ a vigintĩ ãnis et supra oĩes qui ad bella procedebant: ꝫdraginta quinq; milia sexcẽti quinq̃ginta. De filiꝭ iuda p generationes ⁊ familias· ac domos cognationũ suarꝫ p nomina singulorum a vicesimo ãno et supra· oĩes qui poterant ad bella procedere recensiti sunt: septuaginta ꝫquor milia sexcenti. De filiꝭ isachar per

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0130
powered by DWork • Heidelberg University Library

generationes et familias ac domos cognationū suaꝝ p nomina singlorꝝ a vicesimo anno ⁊ supra omnes qui ad bella ꝓcederent recensiti sunt: quinquaginta quatuor milia ꝯdringenti. De filijs zabulon per generationes et familias ac domos cognationū suarum recensiti sunt p nomina singulorū a vicesimo āno et supra· oēs q̄ poterant ad bella procedere: quīquaginta septem milia· quadringēti. De filijs ioseph filiorū ephraim per generationes ⁊ familias ac domos cognationū suaꝝ recensiti sunt per nomina singulorꝝ a vicesimo āno et supra· omnes qui poterāt ad bella procedere: quadraginta milia quingenti. Porro filiorū manasse p generationes et familias ac domos cognationū suarum recensiti sunt p nomina singlorꝝ a viginti ānis et supra· omnes q̄ poterant ad bella procedere: triginta duo milia ducenti. De filijs beniamin per generationes et familias ac domos cognationū suaꝝ recensiti sunt nominibus singulorꝝ a vicesimo āno et supra· oēs qui poterant ad bella procedere: triginta quīq̄ milia ꝯdringenti. De filijs dan p generationes et familias ac domos cognationum suarū recensiti sunt nominibꝫ singulorum a vicesimo āno ⁊ supra oēs q̄ poterant ad bella ꝓcedere: sexaginta duo milia septingenti. De filijs aser per generationes et familias ac domos cognationū suaꝝ recēsiti sūt p nomina singulorꝝ a vicesimo anno ⁊ supra omnes qui poterant ad bella procedere: quadraginta milia et mille quīgenti. De filijs neptalim p generationes et familias ac domos cognationū suarum recensiti sunt nominibꝫ singlorꝝ a vicesimo āno ⁊ supra oēs q̄ poterant ad bella procedere: quīquaginta tria milia quadringenti. Hij sūt quos numerauerūt moyses et aarō et duodecim principes israhel· singulos p domos cognationū suaꝝ: fuerūtq; omnis numerus filiorꝝ israhel p domos et familias suas a vicesimo anno et supra qui poterant ad bella ꝓcedere: sexcenta tria milia virorū quingenti quīquaginta. Leuite aūt in tribubꝫ familiaꝝ suaꝝ nō sunt numerati cū eis. Locutusq; est dñs ad moysen dicens. Tribum leui noli numerare: neq; pones summā eorū cū filijs israhel: sed constitue eos sup tabernaculū testimonij. Cuncta vasa eius et quicquid ad cerimonias pertinet ipi portabunt: tabernaculum et oīa vtensilia eius: ⁊ erunt in ministerio ac p girū tabernaculi metabūtur. Cū ꝓficiscendū fuerit deponent leuite tabernaculū: cū castra metanda erigent. Quisquis extraneorū accesserit occidetur. Metabuntur aūt castra filij israhel· vnusquisq; per turmas ⁊ cuneos atq; exercitū suū: porro leuite p girū tabernacli figēt tentoria ne fiat indignatio sup multitudinē filiorꝝ israhel: et excubabūt i custodijs tabernacli testimonij. Fecerūt ergo filij israhel iuxta oīa q̄ ꝓceperat dñs moysi.

Locutusq; est dñs ad moysen et aarō dicēs. Singuli per turmas signa atq; vexilla et domos cognationum suarū castra metabūtur filiorū israhel: per girum tabernaculi federis. Ad orientē iudas figet tentoria per turmas exercitꝰ suū: eritq; princeps filiorꝝ eius naason filius aminadab: ⁊ dis de stirpe eius summa pugnatium septuaginta quatuor milia sexcentorum. Iuxta eum castra metabūt de tribu

isachar·quoꝝ princeps fuit nathanael filiꝰ suar: et oñis numerus pugnatorum eius quinqginta ꝛquor milia ꝯdringẽti. In tribu zabulõ princeps fuit heliab filiꝰ helon: oñesqꝫ de stirpe eius exercitus pugnatorũ quinquaginta septẽ milia ꝯdringẽti. Ymũsi qui in castris iude adnumerati sunt. fuerũt centũ octoginta sex milia quadringenti: et per turmas suas primi egredient. In castris filioꝝ ruben ad meridianã plagam erit princeps elisur filius sedeur: et cunctus exercitus pugnatorũ eiꝰ qui numerati sũt quadraginta sex milia quingenti. Juxta eũ castra metati sunt de tribu symeon. quorũ princeps fuit salamihel filius surisaddai: et cunctus exercitus eiꝰ pugnatorũ ꝙ numerati sũt quinqginta nouẽ milia trecẽti. In tribu gad princeps fuit eliasaph filiꝰ duel: ꝛ cunctus exercitus pugnatoꝝ eius ꝙ numerati sunt ꝯdraginta quinqꝫ milia sexcenti quinquaginta. Omnes qui recensiti sunt in castris ruben. centum quinquaginta milia et mille ꝯdringenti quinquaginta: p turmas suas in secundo loco proficiscent. Leuabitur autem tabernaculũ testimonij p officia leuitarum et turmas eoꝝ. Quomodo erigetur: ita ꝛ deponetur. Singuli per loca et ordines suos proficiscent. Ad occidentalem plagam erunt castra filioꝝ ephraim: quorũ princeps fuit helisama filius ammiud. Cunctus exercitꝰ pugnatorũ eius qui numerati sunt: quadraginta milia quingenti. Et cũ eis tribus filioꝝ manasse. quoꝝ princeps fuit gamaliel filius phadassur: cunctusqꝫ exercitus pugnatorũ eiꝰ qui numerati sunt. triginta duo milia ducẽti. In tribu filioꝝ beniamin princeps fuit abidan filius gedeonis: et cũctus exercitus pugnatoꝝ eius qui recensiti sunt: triginta quinqꝫ milia quadringenti. Omnes qui numerati sunt in castris ephraim centũ octo milia centum: p turmas suas tertio proficiscentur. Ad aquilonis partem castra metati sunt filij dan: quoꝝ princeps fuit ahiezer filius ammisaddai. Cunctus exercitus pugnatoꝝ eiꝰ qui numerati sunt: sexaginta duo milia septingẽti. Juxta eum fixere tẽtoria de tribu aser: quorũ princeps fuit phegiel filiꝰ ochran. Cunctus exercitus pugnatorũ eius qui numerati sunt: ꝯdraginta milia ꝛ mille quingenti. De tribu filiorũ neptalim princeps fuit ahira filius enan. Cunctus exercitꝰ pugnatorũ eiꝰ quinqginta tria milia quadringenti. Oñes ꝙ numerati sunt in castris dan. fuerunt centum quinquaginta septem milia. sexcenti: et nouissimi proficiscent. Hic numerus filioꝝ israhel per domos cognationũ suaꝝ et turmas diuisi exercitus: sexcenta tria milia quingenti quinquaginta. Leuite aũt non sunt numerati inter filios israhel. Sic enim preceperat dominꝰ moysi. Fecerũtqꝫ filij israhel iuxta oĩa ꝙ mandauerat dñs. Castra metati sũt p turmasꝫ suas· ꝛ p̃fecti p familias ac domosꝫ p̃rũ suoꝝ.

Hec sũt generationes aarõ et moysi in die qua locutus ẽ dominꝰ ad mõysen in monte sinai: et hec nomina filiorum aaron. Primogenitꝰ eiꝰ nadab: deinde abiu· et eleazar· et ythamar. Hec nomina filiorũ aarõ sacerdotum ꝙ uncti sunt: et quorũ replere ꝛ consecrare manꝰ ut sacerdotio fungentur. Mortui sunt enim nadab ꝛ abiu cum offerrent ignẽ alienum in conspectu domini ĩ deserto sinai absqꝫ

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0132
powered by DWork • Heidelberg University Library

libereis: tunc tuq; sūt sacerdotū eleazar et ithamar corā aaron patre suo. Locutusq; ē dñs ad moysen dicēs. Applica tribum leui · et fac stare i conspectu aaron sacerdotis ut ministrent ei et ꝑ cubent et obseruēt quicquid ad cultū pertinet mīstrudinis corā tabernaculo testimonij: ut custodiāt vasa tabernaculi · seruientes i ministerio ei⁹. Dabis q; dono leuitas aaron et filijs eius quibs traditi sūt a filijs israhel: aarō aūt et filios eius constitues sup cultū sacerdotij. Extraneus ꝙ ad ministrādū accesserit · morietur. Locutusq; est dñs ad moysen dicens. Ego tuli leuitas a filijs israhel pro oī primogenito ꝙ aperit vuluam in filijs israhel: erunt q; leuite mei. Meum est enī oīe ꝑmogenitum. Exquo percussi ꝑmogenitos in terra egipti: sanctificaui michi quicquid primū nascit in isrl. Ab homine usq; ad pecus mei sunt. Ego dñs. Locutusq; est dñs ad moysen in deserto synai dicens. Numera filios leui p domos patrū suoꝝ et familias: omnem masculū ab vno mense et supra. Numerauit moyses ut preceperat dñs: q inuenti sūt filij leui per nomina sua · gerson · et caath · et merari. Filij gerson: lebni et semei. Filij caath: amram · et iessaar · hebron · et oziel. Filij merari: mooli · et muli. De gerson fuere familie due · lebnitica et semeitica · quarum numerus est ꝑfis sexus masculini ab vno mense et supra: septē milia quingentorū. Hij post tabernaculū metabuntur ad occidentem sub principe eliasaph filio lael: q habebūt excubias in tabernaculo federis · ipm tabernaculum et opimentum eius · tentoriū qđ trahitur ante fores tabi federis et cortinas atrij: tentoriū q; qđ appenditur in introitu atrij tabernaculi · q quicqđ ad ritum altaris pertinet: funes tabernaculi q omnia utensilia eius. Cognatio chaath habebit ꝑfos · amramitas et iessaaritas q hebronitas · q ozielitas. Hee sunt familie caathitarū · recensite per nomina sua: oēs generis masculini ab vno mense et supra · octo milia sexcenti: habebūt excubias sanctuarij · q castra metabuntur ad meridianam plagam. Princeps q eorum erit elisaphan filij oziel: q custodiēt archā mensam q et candelabrum · altaria et vasa sanctuarij in quibs ministratur et velū · cunctaq; huiusmodi supellectilē. Princeps autē principū leuitarū eleazar filij aaron sacerdotis erit sup excubitores custodie sanctuarij. At vero de merari erūt populi mooslite q muslite recensiti p nomina sua: omnes generis masculini ab vno mense q supra · sexe milia ducenti. Princeps eoꝝ suriel filius abiaiel: in plaga septentrionali castra metabūtur. Erunt sub custodia eorum tabule tabernaculi q vectes et columne ac bases earū · et omnia ꝙ ad cultum huiusmodi pertinēt: columneq; atrij per circuitum cum basibus suis: et paxilli cū funibs. Castra metabuntur ante tabernaculum federis id est ad orientalē plagā · moyses et aaron cū filijs suis: habentes custodiam sanctuarij in medio filiorum israhel. Quisquis alien⁹ accesserit · morietur. Omnes leuite quos numerauerunt moyses et aarō iuxta preceptum dñi ꝑ familias suas in genere masculino a mense uno et supra: fuerunt viginti duo milia. Et ait dominus ad moysen. Numera ꝑmogenitos sexus masculini de filijs isrl ab uno mense q supra: et habebis summā eoꝝ. Tollesq;

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0133
powered by DWork • Heidelberg University Library

leuitas mihi: p omni primogenito filiorū israhel. Ego sum dominꝰ. Et pecora eorꝝ pro uniuersis primogenitis pecorū filiorꝝ israhel. Recensuit moyses sicut ꝓceperat dñs ꝓmogenitos filiorū israhel: et fuerunt masculi per nomina sua a mense uno ⁊ supra uiginti duo milia ducenti septuaginta tres. Locutusqꝫ ē dñs ad moysen. Tolle leuitas pro ꝓmogenitis filiorꝝ israel ⁊ pecora leuitarꝝ pro pecoribꝫ eorū: erūtqꝫ leuite mei. Ego sum dñs. In ꝓcio autem ducentorꝝ septuagintatriū qui excedūt numerū leuitarꝝ de primogenitis filiorꝝ israhel accipies quinqꝫ siclos p singula capita: ad mensuram sanctuarij. Siclus habet uiginti obolos. Dabisqꝫ pecuniā aaron et filijs eius: precium eorꝝ qui supra sunt. Tulit igit moyses pecuniā eorꝝ qui fuerāt amplius et quos redemerat a leuitis pro primogenitis filiorū israhel mille trecentorum sexagintaquinqꝫ siclorum iuxta pondus sanctuarij: et dedit eam aaron ⁊ filijs eius iuxta uerbum quod preceperat sibi dominus. iiii

Locutusqꝫ est dñs ad moysen et aaron dicens. Tolle summam filiorꝝ caath de medio leuitarꝝ p domos et familias suas a tricesimo anno et supra usqꝫ ad quinquagesimū ānū: oēm qui ingrediūtur ut stent et ministrent in tabernaculo federis. Hic ē cultus filiorꝝ caath. Tabernaculū federis et sanctum sanctorū ingredient aarō et filij eius quando mouenda sūt castra: et deponent uelum quod pendet ante fores. inuoluētqꝫ eo arcam testimonij. et operient rursum uelamine iacinctinarū pellium. extendētqꝫ desuper pallium totum iacinctinū: et inducēt uectes. Mensam quoqꝫ ꝓpositionis inuoluent iacinctino pallio: ⁊ ponēt cum ea thuribula et mortariola. cyathos et cratheras ad liba fundenda. Panes semp in ea erunt. Extendentqꝫ desuper palliū coccineū quod rursum operient uelamento iacinctinarꝝ pelliū: et inducent uectes. Sument et palliū iacinctinū quo operient candelabrum cum lucernis et forcipibꝫ suis. ⁊ emunctorijs. et cūctis uasis olei que ad concinnandas lucernas necessaria sunt: et super omnia ponent operimentū iacinctinarū pelliū. et inducent uectes. Altare quoqꝫ aureum inuoluēt iacinctino uestimento: et extendent desuper operimentum iacinctinarū pelliū: inducentqꝫ uectes. Omnia uasa quibus ministratur in sanctuario inuoluent iacinctino pallio: et extendent desuper operimentum iacinctinarū pelliū: inducentqꝫ uectes. Sed ⁊ altare mundabūt cinere. et inuoluent illud purpureo uestimento: ponentqꝫ cum eo oīa uasa quibꝫ in ministerio eius utuntur: id ē ignium receptacula fuscinulas ac tridentes uncinos et batilla. Cuncta uasa altaris operient simul uelamine iacinctinarꝝ pellium: et inducent uectes. Cumqꝫ inuoluerint aaron ⁊ filij eius sanctuariū et omnia uasa eius in commotione castrorꝝ: tunc intrabunt filij caath ut portent inuoluta: ⁊ non tangant uasa sanctuarij ne moriantur. Ista sunt onera filiorū caath in tabernaculo federis super quos erit eleazar filius aaron sacerdotis: ad cuius pertinet curam oleum ad concinnādas lucernas et compositionis incensum et sacrificium qđ semp offertur et oleū unctionis et quicquid ad cultū tabernaculi pertinet: oīumqꝫ uasorum que in sanctuario sunt. Locutusqꝫ est dñs

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0134
powered by DWork • Heidelberg University Library

ad moysen et aaron dicens. Nolite perdere pfin caath de medio leuitaꝝ: sed hoc facite eis ut viuant: et nō moriantur si tetigerint sancta sanctorū. Aaron ⁊ filij eius intrabunt: ipsiq; disponent opa singloꝝ: et diuidēt quid portare quis debeat. Alij nulla curiositate videant que sunt in sanctuario priusq; involuant: alioquin morientur. Locutusq; est dñs ad moysen dicens. Tolle summā etiā filioꝝ gerson per domos ac familias et cognationes suas a triginta ānis ⁊ supra usq; ad annos quinquaginta. Numera omnes· qui ingrediunt̄ ⁊ ministrant in tabernaculo federis. Hoc ē officiū familie geresonitaꝝ: ut portent cortinas tabernaculi et tectū federis· opimentū aliud· et super oīa velamen ianuē tentoriiq; nō pendet in introitu tabernaculi federis· cortinas atrij ⁊ velum in introitu quod est ante tabernaculum. Omnia que ad altare pertinēt funiculos ⁊ vasa ministerij iubente aaron et filijs ei⁹ portabūt filij gerson: ⁊ scient singuli cui debeant operi mancipari. Hic est cultus familie geresonitarum in tabernaculo federis. Erunt q; sub manu ithamar filij aaron sacerdotis. Filios quoq; merari p familias et domos patrū suoꝝ recensebis a triginta ānis ⁊ supra usq; ad annos quinquaginta: oīes q̄ ingrediūtur ad officium ministerij sui et cultū federis testimonij. Hec sunt onera eorū. Portabunt tabulas tabernaculi ⁊ vectes eius· columnas et bases earū: columnas quoq; atrij p circuitum cum basibꝫ et paxillis ⁊ funibꝫ suis. Oīa vasa et supellectilem ad numerū accipient: sicq; portabunt. Hoc est officiū familie merecitarū et ministerium in tabernaculo federis: cui q; sub manu ithamar filij aaron sacerdotis. Recensuerūt igitur moyses et aaron ⁊ principes synagoge filios caath p cognationes et domos patrū suorū a triginta annis ⁊ supra usq; ad ānum quinquagesimum· omnes q̄ ingrediūtur ad ministerium tabernaculi federis: ⁊ inuenti sūt duo milia septingēti quinquaginta. Hic ē numerus pfi caath: qui intrant tabernaculū federis. Hos numerauit moyses ⁊ aaron iuxta sermonem dñi pr manū moysi. Numerati sunt ⁊ filij gerson p cognationes et domos patrum suoꝝ a triginta annis ⁊ supra· usq; ad quinquagesimū annum omnes qui ingrediuntur ut ministrent in tabernaculo federis: et inuenti sunt duo milia sexcenti triginta. Hic est populus gersonitaꝝ: quos numerauerūt moyses et aaron iuxta verbū dñi. Numerati sunt ⁊ filij merari p cognationes et domos patrū suorum a triginta ānis et supra usq; ad annum quinquagesimum omnes q̄ ingrediuntur ad explendos ritus tabernaculi federis: et inuenti sunt tria milia ducenti. Hic est numerus filioꝝ merari: quos recensuerunt moyses et aaron iuxta imperium dñi pr manū moysi. Oīes q̄ recensiti sūt de leuitis et q̄s fecit ad nomē moyses ⁊ aarō ⁊ principes isrl p cognationes ⁊ domos pr̄m suoꝝ a triginta annis ⁊ supra usq; ad annū quinquagesimū ingredientes ad ministeriū tabernaculi ⁊ onera portāda: fuerūt simul octo milia quingenti octoginta. Iuxta verbū dñi recensuit eos moyses vnūquēq; iuxta officiū ⁊ onera sua: sicut preceperat dñs.

Locutusq; est dominus ad moysen dicens. Precipe filijs israel:

ut eiciant de castris omnē leprosum
et qui seminē fluit pollutusq; est super
mortuo. Tam masculum q̄ fēminam
eicite de castris: ne contaminent ea cū
habitauerint vobiscum. Fecerunq;
ita filij isrl: et eiecerunt eos extra castra
sicut locut⁹ erat dñs moysi. Locutus
q; ē dñs ad moysen dicens. Loquere
ad filios isrl. Vir siue mulier cum fece-
rint ex oīnibus peccatis que solent hu-
mānibus accidere: et per negligentiam
transgressi fuerint mandatū dñi atq;
deliquerint cōfitebunt peccatum suū: et
reddent ipm caput quitamq; partem
delicti ei in quē peccauerint. Si autē
non fuerit qui recipiat debunt dño et
erit sacerdotis: excepto ariete q̄ offertur
pro expiatione ut sit placabilis hostia.
Omnes quoq; primitie quas offerēt
filij israhel ad sacerdotē pīnēt: et quic-
quid in sanctuariū offertur a singulis.
et traditur manibus sacerdotis ipsius
erit. Locutus ē dñs ad moysen dicēs.
Loquere ad filios israhel: et dices ad
eos. Vir cuius uxor errauerit: maritū
q; contemnens dormierit cum altero
viro: et hoc maritus deprehendere nō
quiuerit sed latet adulteriū: et reticēbus
argui nō potest: quia nō est inuenta
in stupro: si spiritus zelotipie cōcita-
uerit virum contra uxorem suam que
uel polluta ē uel falsa suspicione appe-
ritur: adducet eam ad sacerdotem: et
offeret oblationem pro illa decimam
partē sati farine ordeacee. Non fundet
super eam oleum nec imponet thus:
quia sacrificium zelotipie est: et obla-
tio inuestigans adulteriū. Offeret
igitur eam sacerdos et statuet coram
dño: assumetq; aquam sanctā in vase
fictili: et pauxillum terre de pauimēto
tabernaculi mittet in eā. Cūq; fecerit
mulier in conspectu dñi discooperiet
caput eius: et ponet super manus illius
sacrificium recordationis: et oblationē
zelotipie. Ipe autem tenebit aquas a-
marissimas: in quas cum execratione
maledicta congessit: adiurabitq; eā
et dicet. Si nō dormiuit vir alienus
tecum: et si nō polluta es deserto mariti
thoro: non te nocebūt aque iste ama-
rissime in ꝑs maledicta cōgessi. Si-
autē declinasti a viro tuo atq; polluta
es: et concubuisti cum altero: hijs ma-
ledictionibus subiacebis. Det te dñs in
maledictionē et exemplum; cūctorum
in ꝑplo suo. Putrescere faciat femur tu-
um: et tumens uterus dirumpat. In-
grediantur aque maledicte in uentrē
tuum: et uterq tumescens putrescat fe-
mur. Et respondebit mulier. Amen: a-
men. Scribetq; sacerdos in libello ista
maledicta: et delebit ea aquis amaris-
simis in quas maledicta congessit: et
dabit ei bibere. Quas cum exhauserit:
tollet sacerdos de manu eius sacrifici-
um zelotipie: et eleuabit illud coram
domino imponetq; illud super altare:
ita dumtaxat ut prius pugillum sa-
crifitij tollat de eo quod offertur et in-
cendat super altare: et sic potum det mu-
lieri aquas amarissimas. Quas cū
biberit: si polluta est et contempto viro
adulterij rea: transibunt eam aque
maledictionis: et inflato uentre cōpu-
trescet femur: eritq; mulier in maledicti-
onem et in exemplū oīnī ꝑplo. Quod
si polluta non fuerit erit innoxia: et fa-
ciet liberos. Ista est lex zelotipie. Si de-
clinauerit mulier a viro suo et si pollu-
ta fuerit: maritusq; zelotipie spiritu
concitatus adduxerit eam in cōspectu
domini: et fecerit ei sacerdos iuxta ōia
que scripta sunt: maritus absq; culpa

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0136
powered by DWork • Heidelberg University Library

erit: & illa recipiet immolatē suā. vi
Locutus ē dñs ad moysen dicēs.
Loquere ad filios israhel: & dices ad eos. Vir siue mulier cū fecerint votum ut sanctificent & se voluerint domino cōsecrare: a vino et oñe quod inebriare potest abstinebūt. Acetum ex vino et ex qualibet alia potione et quicquid de vua exprimitur nō bibēt: uuas recentes siccasq; non comedent cūctis diebz quibz ex voto dño consecrant: quicqd ex vinea esse potest ab uuapalla usq; ad acinū non comedēt. Omni tempore separationis sue nouacula nō transibit p caput eius: usq; ad completū diē quo dño cōsecratur sanct9 erit. crescente crine capitis ei9. Omni tempore cōsecrationis sue sup mortuū non ingredietur: nec sup patris quidē et matris et fratris sororisq; funere contaminabit: quia consecratio dei sui sup caput eius est. Omnibz diebus separationis sue sanctus erit domino. Si autē mortuus fuerit subito quispiā coram eo polluet caput cōsecrationis eius: qđ radet illico et in eadem die purgationis sue. et rursum septima. In octaua autē die offeret duos turtures uel duos pullos columbe sacerdoti in introitu federis testimonij: faciet q; sacerdos unū pro peccato. & alterū in holocaustū: et deprecabit pro eo quia peccauit super mortuo: sanctificabitq; caput eius in die illo. et cōsecrabit domino dies separationis illi9. offeres agnū anniculū p peccato: ita tamen ut dies priores irriti fiant: quoniā polluta ē sanctificatio eius. Ista ē lex consecrationis. Cū dies quos ex voto decreuerat complebūtur. adducet eū ad ostiū tabernaculi federis: ut offerat oblationem ei9. dño agnū anniculum immaculatū in holocaustū. et ouē anniculā immaculatā p peccato. et arietem immaculatū hostiā pacifica: canistrū q; panū azimoz qui conspersi sunt oleo. & lagana absq; fermēto uncta oleo ac libamina singuloz: q̄ offeret sacerdos coram dño. et faciet tam p peccato q̄ in holocaustū. Arietem vero immolabit hostiā pacificā dño: offerens simul canistrū azimoz & libamenta que ex more debent. Tunc radetur nazareus ante ostium tabernaculi federis ras caput consecrationis sue: colligetq; capillos eius et ponet sup ignē qui est suppositus sacrificio pacificorū. et armū cocti arietis. torta q; absq; fermento unā de canistro. & laganū azimum unū. & tradet i manibz nazarei postq; rasū fuerit caput ei9: suscepta q; rursū ab eo eleuabit i cōspectu dñi. & sanctificata sacerdotis erit. sicut pectusculū qđ separari iussū est & femur. Post hec potest bibere nazareus uinū. Ista ē lex nazarei cū uouerit oblationē suā dño pter cōsecrationis sue: exceptis his q̄ inuenerit manus eius. Iuxta qđ mēte denouerat: ita faciet ad perfectionem sanctificationis sue. Locutus ē dominus ad moysen dicens. Loquere aaron et filijs ei9. Sic benedicetis filijs israhel: et dicetis eis. Benedicat tibi dñs: et custodiat te. Ostendat dñs faciem suam tibi: et misereatur tui. Conuertat dñs vultum suum ad te: & det tibi pacem. Inuocabunt nomē meū sup filios israhel: & ego benedicā eis. vii
Factum est autem i die qua complett moyses tabernaculum et erexit illud. unxitq; et sanctificauit cū omnibus vasis suis altare similiter et omnia vasa eius: obtulerunt principes israhel & capita familiarū qui

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0137
powered by DWork • Heidelberg University Library

erant per singulas tribus prefecti eorum
qui numerati fuerant munera coram
dño. Sex plaustra tecta cum duodecim
bubus. Unum plaustrū obtulere duo
duces. et unū bouē singuli: obtuleūt
q̄z ea in conspectu tabernaculi. Dixit aūt
dñs ad moysen. Suscipe ab eis ut ser-
uiant in ministerio tabernaculi: et tra-
des ea leuitis iuxta ordinē ministerij
sui. Itaq; cū suscepisset moyses plau-
stra z boues: tradidit eos leuitis. Duo
plaustra et quatuor boues dedit filijs
gerson. iuxta id quod habebant neces-
sarium: quatuor alia plaustra et octo
boues dedit filijs merari sēm officia
et cultum suum. sub manu ithamar
filij aarō sacerdotis. Filijs aūt caath
non dedit plaustra et boues: quia in
sanctuario seruiūt. et onera p̄ris portant
humeris. Igit̄ obtuleūt duces
in dedicationē altaris. die qua unctū
est oblationē suam ante altare. Dixit
q̄z dñs ad moysen. Singuli duces per
singulos dies offerant munera in de-
dicationem altaris. Primo die obtu-
lit oblationē suā naason filius āmina-
dab de tribu iuda: fuerunt̄q; in ea acera-
bulum argenteum. pondo centumtri-
ginta siclorum. fiala argentea habēs
septuaginta siclos iuxta pondus san-
ctuarij. utrumq; plenum similā cōspre-
sa oleo in sacrificium: mortariolum
ex decem siclis aureis plenū incenso: bo-
uem de armento z arietem et agnum
anniculū in holocaustū hircumq; pro
peccato: et in sacrificio pacificorum bo-
ues duos. arietes quīq;. hircos quin-
q;: agnos āniculos quīnq;. Hec ē ob-
latio naason filij āminadab. Secūdo
die obtulit nathanael filius suar dux
de tribu issachar. acerabulum argēteū
appendēs centūtriginta siclos. fialam
argenteā habentē septuaginta siclos
iuxta pondus sanctuarij. utrumq; ple-
num similā conspersa oleo in sacrificiū:
mortariolum aureū habens decem si-
clos plenū incenso: bouem de armēto
et arietem. et agnum anniculū in olo-
caustum hircumq; pro peccato: et in sa-
crificio pacificorum boues duos. arie-
tes quīq;. hircos quīnq;: agnos āni-
culos quīnq;. Hec fuit oblatio nathā-
nael filij suar. Tercio die princeps fili-
orum zabulon heliab filius helon ob-
tulit acerabulū argenteum appendens
centumtriginta siclos. fialam argen-
team habentē septuaginta siclos ad
pondus sanctuarij. utrumq; plenū si-
mila conspersa oleo in sacrificiū: mor-
tariolum aureum appendens decem
siclos plenū incenso: bouem de armen-
to et arietem. et agnum āniculum in
holocaustum hircumq; pro peccato: et
in sacrificio pacificoz boues duos. ari-
etes quīnq;. hircos quīq;: agnos an-
niculos quīnq;. Hec ē oblatio heliab
filij helon. Die quarto princeps filio-
rum ruben elisur filius sedeur. obtulit
acerabulum argenteum appendēs cen-
umtriginta siclos. fialam argenteā
habentem septuaginta siclos ad pon-
dus sanctuarij. utrumq; plenum simi-
la conspersa oleo in sacrificium: mor-
tariolum aureum appendens decem
siclos plenum incenso: bouem et arie
tem z agnum āniculum in holocaustū.
hircumq; pro peccato: et in sacrificio
pacificoz boues duos. arietes quīnq;
hircos quīq;: agnos āniculos quīq;.
Hec fuit oblatō elisur filij sedeur. Die
quīto princeps filiorum simeon sala-
miel filius surisaddai. obtulit acerabu-
lum argenteum appendens centumtri-
ginta siclos. fialam argenteā habentē

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0138
powered by DWork • Heidelberg University Library

septuaginta siclos ad pondus sanctuarij · utrumq; plenū similа consperſa oleo in ſacrificium: mortariolū aureum appendens decem siclos plenum incenſo: bouem de armento et arietem· et agnum anniculum in holocaustū· hircumq; pro peccato: et in hostias pacificoꝝ boues duos· arietes quinq;· hircos quinq;: agnos āniculos quinq;. Hec fuit oblatio salamiel filij surisaddai. Die septo princeps filioꝝ gad heliasaph filij duel · obtulit acetabulum argenteum appendens centumtriginta siclos· fialam argenteā habentē septuaginta siclos ad pondus sanctuarij · utrumq; plenum similа consperſa oleo in ſacrificium: mortariolum aureum appendens decē siclos plenū incenſo: bouem de armento ꝛ arietem· et agnū anniculū in holocaustum· hircumq; pro peccato: et in hostias pacificorum boues duos· arietes quinq;· hircos quinq;: agnos anniculos quinq;. Hec fuit oblatio heliasaph filij duel. Die septimo princeps ephraim· elisama filius ammiud · obtulit acetabulum argenteum appendens centumtriginta siclos · fialam argenteā habentem septuaginta siclos ad pondꝰ sanctuarij· utrumq; plenū similа cōsperſa oleo in ſacrificium: mortariolū aureum appendens decē siclos plenū incenſo: bouem de armento· ꝛ arietē et agnū āniculum in holocaustum· hircumq; pro peccato: ꝛ in hostias pacificorū boues duos· arietes quinq;· hircos quinq;: agnos āniculos quinq; . Hec fuit oblatio elisama· filij ammiud. Die octauo princeps filioꝝ manasse gamaliel filius phadassur · obtulit acetabulum argenteum appendens centumtriginta siclos · fialā argenteā habentē

septuaginta siclos ad pondus sanctuarij· utrumq; plenū similа consperſa oleo in ſacrificium: mortariolū aureū appendens decem siclos plenū incenſo: bouem de armento· ꝛ arietem· ꝛ agnū anniculum ī holocaustum · hircumq; pro peccato: et in hostias pacificorū boues duos· arietes quinq;· hircos quinq;: agnos āniculos quinq;. Hec fuit oblatio gamaliel filij phadassur. Die nono princeps filiorū beniamin abidan filius gedeonis · obtulit acetabulum argenteū appendens centūtriginta siclos· fialam argenteam habentē septuaginta siclos ad pondꝰ sanctuarij· utrumq; plenum similа cōsperſa oleo in ſacrificium: mortariolum aureum appendens decē siclos plenum incenſo: bouem de armento· ꝛ arietē· ꝛ agnum anniculum ī holocaustū · hircumq; pro peccato: ꝛ in hostias pacificorū boues duos· arietes quinq;· hircos quinq;: agnos anniculos quinq;. Hec fuit oblatio abidan filij gedeonis. Die decimo princeps filioꝝ dan· abiezer filius amisaddai · obtulit acetabulum argenteum appendens centumtriginta siclos· fialam argenteā habentē septuaginta siclos ad pondus sanctuarij · utrumq; plenum similа cōsperſa oleo in ſacrificium: mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenſo: bouem de armento ꝛ arietem· et agnum āniculum in holocaustum· hircūq; p peccato: ꝛ ī hostias pacificoꝝ boues duos · arietes quinq;· hircos quinq;: agnos āniculos quinq;. Hec fuit oblatio abiezer filij amisaddai. Die undecimo princepꝰ filioꝝ aser phagaiel filius ochran· obtulit acetabulum argenteum appendens centumtriginta siclos · fialam argenteam habentem

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0139
powered by DWork · Heidelberg University Library

septuaginta siclos ad pondꝰ sanctuarij: utrumq; plenū similā conspersa oleo in sacrificium: mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso: bouem de armento: & arietem: et agnum anniculum in holocaustum: hircumq; pro peccato: et in hostias pacificorum boues duos: arietes quinq;: hircos quinq;: agnos anniculos quinq;. Hec fuit oblatio phagaihel filij ochran. Die duodecimo princeps filioꝝ neptalim ahira filius henan: obtulit acetabulum argenteū appendens centumtrigintā siclos: phialam argenteā habentē septuagīta siclos ad pondus sanctuarij: utrumq; plenū similā conspersa oleo in sacrificium: mortariolū aureum appendēs decem siclos plenū incenso: bouem de armento: et arietē: et agnum anniculū in holocaustum hircumq; pro peccato: & in hostias pacificorum boues duos: arietes quinq;: hircos quinq;: agnos anniculos quinq;. Hec fuit oblatio ahira filij henan. Hec in dedicatione altaris oblata sunt a principibꝫ israhel in die qua cōsecratū est: acetabula argētea duodecim: phiale argentee duodecim: ita ut centumtrigīta argenti siclos haberet vnum acetabulum: et septuaginta siclos vna phiala: id est in cōmune valoꝫ oīm ex argento: sicli duo milia ꝯdringenti pōdere sanctuarij: mortariola aurea duodecim plena incenso: denos siclos appendentia pondere sanctuarij: id est simul auri sicli centumuīgīti: boues de armento in holocaustum duodecim: arietes duodecim: agnī anniculi duodecim & libamenta eorum: hirci duodecim: pro peccato: in hostias pacificorum boues viginquatuor: arietes sexaginta: hirci sexaginta: agnī anniculi sexaginta. Hec oblata sunt in dedicatione altaris: quādo unctū e. Cumq; ingrederetur moyses tabernaculū federis ut consuleret oraculum: audiebat vocem loquentis ad se de propiciatorio: qđ erat sup archā testimonij inter duos cherubin: unde & loquebat ei. VIII

Locutus ē dñs ad moysen: dicēs. Loquere aarō: et dices ad eum. Cum posueris septem lucernas: candelabrum in australi parte erigat. Hoc igitur precipe ut lucerne contra boreā regione respiciant ad mensam panū propositionis: contra eam partē quā candelabrum respicit lucere debebunt. Fecitq; aarō: & imposuit lucernas super candelabrū ut ꝓceperat dominus moysi. Hec autem erat factura candelabri: ex auro ductili tam medius stipes qꝫ cuncta que ex utroq; calamorū latere nascebantur. Juxta exemplū qđ ostendit dñs moysi: ita operatus est candelabrum. Et locutus est dominꝰ ad moysen dicēs. Tolle leuitas ex medio filiorum israhel: et purificabis eos iuxta hunc ritum. Aspergant aqua lustrationis: & radant omnes pilos carnis sue. Cumq; lauerint vestimēta sua et mundati fuerint: tollant bouē de armento & libamentum eiꝰ: similā oleo conspersa: bouem aūt alterum de armento tu accipies ꝓ peccato: & applicabis leuitas coram tabernaculo federis: cōuocata oīi multitudine filioꝝ israhel. Cumq; leuite fuerint corā dño ponent filij israhel manus suas super eos: et offeret aaron leuitas munꝰ in conspectu domini a filijs israhel: ut seruiant in ministerio eius. Leuite qꝫ ponent manus suas super capita bouum: et quibus vnum facies pro peccato: & alterum in holocaustum domini:

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0140
powered by DWork • Heidelberg University Library

ut deprecetur p eis. Statuesq; leuitas in conspectu aaron et filiorum eius ⁊ consecrabis oblatos domino: ac separabis de medio filiorum israhel ut sint mei: ⁊ postea ingrediantur tabernaculum federis ut seruiant michi. Sicq; purificabis et cōsecrabis eos in oblacionem domini: quoniam dono donati sunt michi a filijs israhel. Pro primogenitis q̄ aperiunt omnem uuluā in israel accepi eos. Mea sunt enī oīa primogenita filioꝝ israhel: tam ex hominibus q̄z ex iumentis. Ex die quo percussi omnē primogenitum in terra egipti sanctificaui eos michi: et tuli leuitas pro cūctis primogenitis filiorū israhel. tradidiq; eos dono aaron et filijs eius de medio ipsi: ut seruiāt michi pro israhel in tabernaculo federis: et orent pro eis ne sit in ipso plaga si ausi fuerint accedere ad sanctuarium. Fecerunq; moyses et aaron et oīs multitudo filiorū israhel sup leuitis q̄ preceperat dñs moysi: purificatiq; sunt et lauerunt uestimenta sua. Eleuauit q̄z eos aarō in conspectu dñi ⁊ orauit pro eis: ut purificati ingrederentur ad officia sua in tabernaculū federis corā aaron ⁊ filijs eius. Sicut preceperat dominus moysi de leuitis: ita factum est. Locutus ē dominus ad moysen dicēs. Hec est lex leuitaꝝ. A uiginti quīq; annis et supra ingredient: ut ministrent in tabernaculo federis. Cumq; quīquagesimum annum etatis impleuerint seruire cessabunt: nec unq; ministri fratrum suorū in tabernaculo federis ut custodiāt que sibi fuerit commendata: opera autē ipsa non faciant. Sic dispones leuitis in custodijs suis.

Locutus est dñs ad moysen in deserto synai. anno secūdo postq; egressi sūt de terra egipti mense primo dicens. Faciant filij israhel phase in tempore suo. quartadecima die mensis huius ad uesperam: iuxta omnes cerimonias ⁊ iustificationes eius. Precepitq; moyses filijs israhel: ut facerēt phase. Qui fecerunt tempore suo quartadecima die mensis ad uesperam in monte synai: iuxta omnia que mandauerat dñs moysi fecerūt filij israhel. Ecce autem quidam immundi super anima hominis. qui nō poterant facere phase in die illo: accedētes ad moysen et aaron. dixerunt eis. Immūdi sumꝰ super anima hominis: quare fraudamur ut nō ualeamus offerre oblationem dño. in tempore suo inter filios israhel? Quibus respondit moyses. State: ut consulam quid precipiat dominus de uobis. Locutusq; est dominus ad moysen dicēs. Loquere filijs israhel. Homo qui fuerit immundus super anima. siue in uia procul in gente uestra. faciat phase domino in mense secūdo quartadecima die mensis ad uesperam: cum azimis et lactucis agrestibus comedent illud. Non relinquēt ex eo quippiam usq; mane. nec os eius nō cōfringent: omnē ritū phase obseruabunt. Si quis aūt ⁊ mūdus est ⁊ in itinere nō fuit. ⁊ tamen nō fecit phase. exterminabit anima illa de populis suis: quia sacrificium domino nō obtulit tempore suo. Peccatū suū ipe portabit. Peregrinus quoq; et aduena si fuerint apud uos: faciēt phase domino iuxta cerimonias ⁊ iustificationes suas. Preceptum idem erat apud uos tā aduene q̄z indigene. Igit die qua erectum est tabernaculum operuit illud nubes. Uespere autē sup tentoriū erat quasi species ignis usq;

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0141
powered by DWork • Heidelberg University Library

ad mane. Sic fiebat iugiter. Per die
opiebat illud nubes: et per noctem ignis
species ignis. Cumq; ablata fuisset nu-
bes que tabernaculum protegebat · tūc
proficiscebātur filij israhel: et in loco ubi
stetisset nubes · ibi castrametabantur.
Ad imperiū dñi proficiscebant: et ad
imperium illius figebāt tabernaculū.
Cunctis diebus quibus stabat nubes
super tabernaculū manebāt in eodem
loco: et si euenisset ut multo tēpore ma-
neret sup illud · erant filij isrl in excubi-
js dñi: et non proficiscebātur q̄quot
diebus fuisset nubes super tabernacu-
lum. Ad imperiū dñi erigebāt tentoria:
et ad imperiū illius deponebāt. Si
fuisset nubes a vespere usq; ad mane:
et statim diluculo tabernaculū reliquis-
set proficiscebātur: et si post diem et no-
ctem recessisset · dissipabāt tentoria. Si
vero biduo aut uno mēse uel longio-
ri tempore fuisset sup tabernaculum ·
manebāt filij israhel in eodem loco · et
nō proficiscebant: statim autem ut re-
cessisset mouebāt castra. Per uerbum
dñi figebāt tēntoria · et p verbū illi⁹ pro-
ficiscebātur: erātq; in excubijs dñi iuxta
imperium eius per manū moysi. ℣ ·

Locutus ē dñs ad moysen dicēs.
Fac tibi duas tubas argenteas
ductiles: q̄bus cōuocare possis multitu-
dinē quādo mouenda fuit castra. Cūq;
increpuerit tubis: cōgregabit ad te o-
mnis turba ad ostium tabernaculi fe-
deris. Si semel clanxeris: venient ad
te principes et capita multitudinis isra-
hel. Si autem prolixior atq; concisus
clangor increpuerit: mouebūt castra
primi qui sunt ad orientalē plagam.
In secūdo aūt sonitu et pari ululatu
tube leuabūt tentoria qui habitāt ad
meridiem: et iuxta hūc modū reliqui
faciant ululantibus tubis in p̄fectione.
Quādo autem congregādus est p̄ls-
simplex tubarū clangor erit: et nō consi-
se ululabunt. Filij aūt aaron sacerdo-
tis clangent tubis: eritq; hoc legitimū
sempiternū in generationibus vris. Si
exieritis ad bellum de terra vestra · con-
tra hostes q̄ dimicant aduersum vos ·
clangetis ululantibus tubis: et erit re-
cordatio vestri coram dño deo vestro:
ut eruamini de manibus inimicorū vō-
rum. Si quādo habebitis epulū et dies
festos et kalendas · canetis tubis super
holocaustis et pacificis victimis: ut sint
vobis in recordationē dei vestri. Ego
dñs deus vester. Anno secundo mēn-
se secūdo · vicesima die mensis · eleuata ē
nubes de tabernaculo federis. Profe-
ctiq; sunt filij israhel per turmas suas
de deserto synai: et recubuit nubes in
solitudine pharan. Mouerūtq; castra
primi iuxta imperiū dñi in manu moy-
si · filij iuda p turmas suas: quorum
princeps erat naason filius amminā-
dab. In tribu filiorū isachar fuit prin-
ceps nathanael filius suar: in tribu za-
bulon erat princeps eliab filius elon.
Depositumq; est tabernaculum: quod
portātes egressi sunt filij gerson et me-
rari. Profectiq; sunt et filij ruben p tur-
mas et ordinem suum: quor⁹ princeps
erat elisur filius sedeur. In tribu aūt
filior⁹ symeon princeps fuit salamihel
filius surisaddai: porro in tribu gad
erat princeps eliasaph filius duel. Pro-
fectiq; sunt et caathite: portantes san-
ctuarium. Tam diu tabernaculū por-
tabatur: donec venirent ad erectionis
locum. Mouerunt castra et filij ephra-
im per turmas suas: in quor⁹ exercitu
princeps erat elisama filius ammiud.
In tribu aūt filior⁹ manasse princeps

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0142
powered by DWork • Heidelberg University Library

fuit gamaliel filius phadassur: et in tribu beniamin erat dux abidan filius gedeonis. Nouissimi castrorum omnium profecti sunt filii dan per turmas suas: in quorum exercitu princeps fuit ahiezer filii ammisaddai. In tribu aut filiorum aser erat princeps phagaihel filii ochran: et in tribu filiorum neptalim princeps fuit ahira filius henan. Hec fuit castra et profectiones filiorum israhel per turmas suas quando egrediebantur. Dixitq; moyses obab filio rahuel madianiti cognato suo. Proficiscimur ad locum qui dns daturus est nobis: veni nobiscum ut benefaciamus tibi: quia dns bona promisit israheli. Cui ille respondit. Non vadam tecum: sed reuertar in terram meam in qua natus sum. Et ille: noli inquit nos relinquere. Tu enim nosti in quibus locis per desertum castra ponere debeamus: et eris ductor noster. Cumq; nobiscum veneris: quicquid optimum fuerit ex opibus quas nobis traditurus est dominus dabimus tibi. Profecti sunt ergo de monte dni uiam trium dierum: archaq; federis dni precedebat eos per dies tres. prouidens castrorum locum. Nubes quoq; dni super eos erat per diem cum incederent. Cumq; eleuaretur archa. dicebat moyses. Surge domine et dissipentur inimici tui: et fugiant qui oderunt te a facie tua. Cum aut deponeret. aiebat. Reuertere dne ad multitudinem exercitus israel. ℣ Interea ortum est murmur populi: quasi dolentium pro labore contra dnm. Quod cum audisset iratus est: et accensus in eos ignis dni deuorauit extremam castrorum partem. Cumq; clamasset populus ad moysen: orauit moyses ad dnm. et absorptus est ignis. Vocauitq; nomen loci illius incendium: eo q; succensus fuisset contra eos ignis dni. Vulgus quippe promiscuum qd ascenderat cum eis. flagrauit desiderio carnium sedens et flens. iunctis sibi pariter filiis israel: et ait. Quis dabit nobis ad vescendum carnes? Recordamur piscium quos comedebamus in egipto gratis: in mente nobis veniunt cucumeres. et pepones. porriq;. et cepe. et allia. Anima nostra arida est. nichil aliud respiciunt oculi nostri nisi man. Erat aut man quasi semen coriandri coloris bdellij. Circuibatq; populus. et colligens illud frangebat mola siue terebat in mortario: coquebatq; in olla et faciebat ex eo torculas saporis ysi panis oleati. Cumq; descenderet nocte super castra ros: descendebat pariter et man. Audiuit ergo moyses flentem populum per familias: singulos per ostia tentorij sui. Iratusq; est furor dni valde: sed et moysi intoleranda res visa est: et ait ad dominum. Cur afflixisti seruum tuum? Quare non inueni gratiam coram te? Et cur imposuisti pondus uniuersi populi huius super me? Numquid ego concepi omnem hanc multitudinem uel genui eam. ut dicas michi porta eos in sinu tuo sicut portare solet nutrix infantulum: et defer in terram pro qua iurasti patribus eorum? Unde michi carnes: ut dem tante multitudini? Flent contra me dicentes: da nobis carnes ut comedamus. Non possum solus sustinere omnem hunc populum: quia grauis michi est. Sin aliter tibi uidetur: obsecro ut interficias me. et inueniam gratiam in oculis tuis: ne tantis afficiar malis. Et dixit dominus ad moysen. Congrega michi septuaginta uiros de senibus israhel. quos tu nosti q; seniores populi sint ac magistri: et duces eos ad ostium

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0143
powered by DWork • Heidelberg University Library

tabernaculi federis·faciesq; ibi stare te-
cum ut descendam ⁊ loquar tibi: ⁊ au-
feram de spiritu tuo tradamq; eis · ut
sustentent tecum onus pli · ⁊ non tu
solus graueris. Populo quoq; dices.
Sanctificamini. Cras comedetis car-
nes. Ego enī audiui vos dicere. Quis
dabit nobis escas carnium? Bene nobis
erat in egipto. Vt det vobis dominꝰ
carnes ⁊ comedatis·non vno die nec
duobz uel quinq; aut decem·nec vigin-
ti quidē·sed usq; ad mensem diecum:
donec egreat per nares vras ⁊ vertatur
in nauseam: eo qđ repulerit dūm q̄
in medio vestri est · ⁊ fleueritis corā eo
dicentes quare egressi sumꝰ ex egipto
ut peiremꝰ in solitudine? Et ait mo-
yses. Sexcenta milia peditum huius
pli sūt. Et tu dicis dabo eis esum car-
nium mense integro? Numquid ouiū
et boum multitudo cedetur · ut possit
sufficere ad cibum: uel omnes pisces
maris in unū congregabūtur ut eos
sacient? Cui respōdit dūs. Numquid
manus dñi invalida est? Iam nunc
videbis: utrum meus sermo ope com-
pleatur. Venit igit moyses ⁊ narra-
uit pli verba dñi·congregans septu-
aginta viros de senibz israhel: quos
stare fecit circa tabernaculum. Descen-
ditq; dūs p nubem ⁊ locutus ē ad eū:
auferens de spiritu qui erat in moyse:
et dans septuaginta viris. Cumq; re-
quieuisset in eis spiritus pphetauerūt:
nec vltra cessauerūt. Remanserāt autē
in castris duo viri·quorū vnus voca-
batur heldad·⁊ alter medad·sup quos
requieuit spiritus: nam ⁊ ipi descripti
fuerant: ⁊ non exierant ad tabernacu-
lum. Cumq; pphetarent in castris: cu-
currit puer ⁊ nunciauit moysi dicens.
Heldad et medad pphetant in castris.
Statim iosue filiꝰ nun minister moy-
si·et electus e pluribz ait. Domine mi
moyses prohibe eos. At ille: quid in-
quit emularis pro me? Quis tribuat
ut omnis pls pheret: ⁊ det eis dūs
spiritum suum? Reuersusq; ē moyses
et maiores natu israhel ī castra. Ven-
tus autem egrediens a dño arreptas
transtulit coturnices detulit ⁊ dimisit
in castra·iuxta quātum vno die con-
ficī potest ex omni parte castrorum per
circuitum: volabantq; in aere duobus
cubitis altitudine sup terrā. Surgens
ergo populus toto die illo et nocte ac
die altera·congregauerunt coturnicū·
qui parum decem choros: ⁊ siccauerūt·
eas p gīrum castroꝝ. Adhuc carnes
erant in dentibz eorū·nec defecerat hu-
iusce modi cibus: ⁊ ecce furor dñi con-
citatus in populū·percussit eū plaga
magna nimis. Vocatusq; est ille lo-
cus sepulcra concupiscentie: ibi enī sep-
lierunt populū q̄ desiderauerat. Egres-
si autem de sepulcris concupiscentie
venerūt ī aseroth: ⁊ mānserūt ibi.

Locutaq; est maria et aarō cōtra
moysen pter uxorē eiꝰ ethiopis-
sam: ⁊ dixerunt. Num p solū moysen
locutꝰ est dominus? Nonne ⁊ nobis
similiter ē locutus? Quod cū audisset
dominus·iratus est. Erat enim moy-
ses vir mitissimus super omnes ho-
mines qui morabātur in terra. Sta-
tim locutus est ad eum ⁊ ad aaron·⁊
mariā. Egredimini vos tantum tres
ad tabernaculū federis. Cumq; fuisset
egressi descendit dominꝰ in columna
nubis: et stetit in introitu tabernaculi
vocans aaron et mariam. Qui cum
illesent dixit ad eos. Audite sermones
meos. Si qs fuerit inter vos prophe-
ta dñi ī visione apparebo ei: uel pr

sermonum loquar ad illum. At non talis seruus meus moyses: qui in omni domo mea fidelissimus est. Ore enim ad os loquor ei. Palam: et non per enigmata et figuras dnm videt. Quare ergo nō timuistis detrahere seruo meo moysi? Iratusq; contra eos abiit. Nubes quoq; recessit que erat super tabernaculum. Et ecce maria apparuit candens lepra quasi nix. Cūq; respexisset eam aaron et vidisset percussam lepra: ait ad moysen. Obsecro domine mi ne imponas nobis hoc peccatum qō stulte commisimus: ne fiat hec quasi mortua: et ut abortuum qō proicitur de vulua matris sue. Ecce iam medium carnis eius deuoratū est a lepra. Clamauitq; moyses ad dnm dicens. Deus obsecro sana eam. Cui respondit dominus. Si pater eius spuisset in faciē illi? nōne debuerat saltem septē diebs rubore suffundi? Expiet septem diebs extra castra: et postea reuocabit. Exclusa est igitur maria extra castra septem diebs: et populs nō est motus de loco illo donec reuocata est maria. cm

Profectusq; est populs de aseroth: fixis tentoriis in deserto pharan. Ibiq; locutus est dominus ad moysen dicēs. Mitte viros qui considerent terrā chanaan quā daturus sum filijs israhel: singulos de singulis tribubs et principibus. Fecit moyses qō dns imperat: de deserto pharan mittēs principes viros: quorū ista sunt nomina. De tribu ruben samua filium zechur: de tribu symeon saphat filiū uri: de tribu iuda chaleb filiū iephone: de tribu isachar igal filiū ioseph: de tribu ephraim osee filiū nun: de tribu beniamin phalti filiū raphu. De tribu zabulon geddihel filiū sodi: de tribu ioseph scptm manasse gaddi filiū susi: de tribu dan amihel filium gemalli: de tribu aser sechur filiū michael: de tribu neptalim naabi filium bapsi: de tribu gad guhel filium machi. Hec sunt nomina virorū quos misit moyses ad considerandam terram: vocauitq; osee filiū nun iosue. Misit ergo eos moyses ad considerandā terrā chanaan: et dixit ad eos. Ascendite per meridianā plagam. Cumq; veneritis ad mōtes considerate terram qualis sit: et populm qui habitator est eius utrum fortis sit an infirm? pauci numero an plures: ipa terra bona an mala: urbes quales. murate an absq; muris: hum? pinguis an sterilis nemorosa an absq; arboribus. Confortamini et afferte nobis de fructibus terre. Erat autem temp? quādo iam precoque uue uesci possunt. Cumq; ascendissent explorauerunt eam a deserto syn usq; ad roob intrantibus emath. Ascenderunt q; ad meridiem et venerunt in hebron ubi erant achiman et sisai et dolmai filij enach: nam hebron septem annis ante thanim urbem egipti condita est. Pergentesq; usq; ad torrentem botri abscinderūt palmitē cū uua sua quē portauerunt in vecte duo viri. De malis quoq; granatis et de ficis loci illius sumserunt: qui appellatus est nehelescol id est torrens botri eo quod botrū portassent inde filij israhel. Reuersiq; exploratores ire post ?dragintā dies omni regione circuita venerunt ad moysen et aaron et ad omnem cetum filiorū israhel in desertum pharan quod est in cades. Locutiq; eis et omni multitudini ostenderunt fructus terre et narrauerunt dicentes. Venimus in terrā ad quā misistis nos que reuera fluit

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0145
powered by DWork • Heidelberg University Library

lacte et melle·ut ex his fructibꝫ cognoscā posset: sed cultores fortissimos habet·et urbes grandes atq; muratas. Porrexq; enach vidimꝰ ibi. Amalech habitat in meridie·etheus et iebuseus et amorreus in montanis. Chananeꝰ vero moratur iuxta mare·et circa fluenta iordanis. Inter hec caleb compellens murmur populi qui obstrepebant contra moysen ait. Ascendamus·et possideamus terram: quoniā poterimus obtinere eam. Alij vero qui fuerant cū eo dicebant. Nequaq; ad hunc pōm valemus ascendere: quia fortior nobis est. Detraxerūtq; terre quā inspexerant apud filios israhel dicentes. Terra quā lustrauimꝰ devorat habitatores suos. Populꝰ quē aspeximꝰ, procere stature ē. Ibi vidimꝰ mōstra quedam filiorū enach de genere gigāteo: quibꝫ comparati ñri locuste videbamꝰ. Fleuitq; igitur vociferās oīs turba fleuit nocte illa: et murmurauit tūc ora moysen et aaron cūcti filij israhel dicētes. Vtinā mortui essemus ī egipto·et non in hac vasta solitudine. Vtinam preamus·et non inducat nos dominus ī terrā istam: ne cadamus gladio·et uxores ac libri nostri ducātur captiui. Nonne melius ē reuerti in egiptū? Dixerūtq; alter ad alterū. Constituamꝰ nobis ducem·et reuertamur ī egiptum. Quo audito moyses et aaron ceciderūt pronī in terram coram oīi multitudine filiorꝫ israhel. At vero iosue filiꝰ nun· et caleb filius iephone·qui et ipi lustraverant terram·scidērunt vestimenta sua: et ad omnē multitudinē filiorum israhel locuti sunt. Terra quā circumiimus valde bona est. Si placuerit dōs inducere nos in eam: et tradat nobis lacte et melle manantē. Nolite rebelles esse contra dominū·neq; timeatis populū terre huius: quia sicut panē ita eos possumus devorare. Recessit ab eis omne presidiū: dōs nobiscū ē· nolite metuere. Cunctaq; clamaret oīs multitudo et lapidibꝫ eos vellet opprimere: apparuit gloria domini super tectum federis·cūctis videntibus filijs israhel. Et dixit dōs ad moysen. Vsquequo detrahet mihi populus iste? Quousq; non credent mihi ī oīibꝫ signis q̄ feci coram eis? Feriam igitur eos pestilentia·atq; consumā: et faciam principem super gentē magnā et fortiorem nimꝫ hac est. Et ait moyses ad dominum. Vt audiant egiptij de quorꝫ medio eduxisti populū istum·et habitatores terre huius q̄ audierunt quod tu domine in populo isto sis·et facie videaris ad faciem: et nubes tua protegat illos·et in columna nubis precedas eos per diem·et in columna ignis per noctē·quod occideris tantā multitudinem quasi unū hominem· et dicant. Non poterat introducere populū in terram pro qua iurauerat: ideo occidit eos in solitudine. Magnificetur ergo fortitudo domini sicut iurasti dicēs. Dominꝰ patiens et multe misericordie·auferens iniquitatem et scelera·nullumq; innocentem derelinquens: qui visitas peccata patrū in filios in terciam et quartā generationē: dimitte obsecro peccatum populi tui huius scdm magnitudinem misericordie tue: sicut propitius fuisti egredientibus de egipto usq; ad locum istū. Dixitq; dominꝰ. Dimisi iuxta verbū tuum vivo ego: et implebitur gloria domini vniuersa terra. Verumtamen omnes homines qui viderunt maiestatē meam et signa q̄ feci in egipto et in solitudine.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0146
powered by DWork • Heidelberg University Library

et temptauerũt me iam ꝑ decem vices
nec obedierunt voci mee· nõ videbũt
terram pro qua iurauĩ patribus eorũ:
nec quisq; ex illis qui detraxit michi
intuebitur eam. Seruus meus chaleb ꝙ
plenus alio spiritu secutꝰ est me indu-
cam in terram hanc quã circuiuit· et
semen eius possidebit eam: quoniam
amalechites ⁊ chananeus habitãt in
vallibus. Cras mouete castra: ⁊ reuer-
timini in solitudinẽ ꝙ viam maris ru-
bri. Locutusq; ẽ dñs ad moysen ⁊ aa-
ron dicens. Vsquequo multitudo hec
pessima murmurat contra me? Que-
relas filiorũ israhel audiui. Dic ergo
eis. Viuo ego ait dominus: sicut lo-
cuti estis audiente me· sic faciã vobis.
In solitudine hac iacebunt cadavera
vestra. Omnes qui numerati estis a
vigintĩ ãnis ⁊ supra· ⁊ murmurastis
contra me· non intrabitis terram sup
quã leuaui manũ meam ut habitare
vos faceremꝫ: preter chaleb filiũ iephu-
ne· ⁊ iosue filiũ nun. Parvulos autẽ
vestros de quibꝫ dixistis quod prede
hostibus forent introducam: ut vide-
ant terram que vobis displicuit: ibi
cadavera iacebũt in solitudine. Filij
vestri erunt vagi in deserto ãnis qua-
draginta: ⁊ portabunt fornicationẽ
vestram· donec consumentur cadavera
patrũ in deserto: iuxta numerũ ꝺ̃ dra-
ginta dierꝫ quibus considerastis terrã.
Annus pro die imputabitur. Et qua-
draginta ãnis recipietis iniquitates
vestras: ⁊ scietis ultionem meã. Quo-
niam sicut locutꝰ sum· ita faciã omĩ
multitudini huic pessime· que consur-
rexit aduersum me: in solitudine hac
deficiet ⁊ morietur. Igitur omnes viri
quos miserat moyses ad cõtemplan-
dam terram· ⁊ qui reuersi murmurare
fecerant contra eũ omnẽ multitudinẽ.
Detrahentes terre qđ esset mala: mo-
rui sunt atq; percussiq; in conspectu do-
mini. Iosue autẽ filius nun ⁊ chaleb
filius iephone vixerunt ex omnibus
qui pergerant ad considerandã terrã.
Locutusq; est moyses vniuersa verba
hec ad omnes filios israhel: et luxit
populꝰ nimis. Et ecce mane primo
surgentes· ascenderũt verticem mõtis
atq; dixerunt. Parati sumꝰ ascendere
ad locum de quo dominus locutus
est: quia peccauimus. Quibus moy-
ses. Cur inquit transgredimini vebũ
dñi· quod vobis non redet in prospe-
rum? Nolite ascendere· non enim est
dñs vobiscum: ne corruatis coram ini-
micis vestris. Amalechites ⁊ chanane-
us ante vos sunt quoꝝ gladio corru-
etis: eo ꝙ nolueritis acquiescere dño:
nec erit dominus vobiscũ. At illi con-
tumaces· ascenderũt in verticem mon-
tis. Archa autem testamenti domini
et moyses non recesserũt de castris. De-
scendentes amalechites ⁊ chananeus q̃
habitabãt in mõte: et percutiens eos atq;
cõtẽdẽs· plecutꝰ ẽ eos usq; hyrma. ¶ ·

Locutus est dominꝰ ad moysen
dicens. Loquere ad filios isrl· ⁊
dices ad eos. Cum ingressi fueritis ter-
ram habitationis vestre quã ego dabo
vobis· ⁊ feceritis oblationẽ domino
in holocaustum· aut victimam pacifi-
cam vota soluẽtes· vel sponte offerẽtes
munera· aut in solemnitatibꝫ vestris a-
dolentes odorem suauitatis dño: de
bubus siue de ouibꝫ offeret quicunq;
immolauerit victimam: sacrificiũ sile
decimam partem ephi cõspersam oleo·
quod mensurã habebit quartã partẽ
hin: et vinum ad libamina fundenda eiꝰ-
dem mensure dabit in holocaustũ siue

in victimam. Per agnos singulos ⁊ arietes erit sacrificiū simile duarū decimarū·que aspersa sit oleo tercie partis hin: ⁊ vinū ad libamentū tercie partis eiusdem mensure offeret in odorē suauitatis dño. Quādo vero de bubꝫ feceris holocaustum aut hostiam ut impleas votū uel pacificas victimas: dabis per singulos boues simile tres decimas consperse oleo · quod habeat medium mensure hin: ⁊ vinū ad libandū fundendū eiusdem mensure i oblationem suauissimi odoris dño. Sic facies per singulos boues et arietes et agnos·⁊ edos: tam indigene qꝫ pregrini eodem ritu offerent sacrificia. Unū preceptum erit atqꝫ iudiciū tā vobis qꝫ aduenis terre. Locutus est dominꝰ ad moysen dicens. Loquere filijs isrl· et dices ad eos. Cum veneritis i terrā quā dabo vobis·⁊ comederitis de panibus regionis illius: separabitis primitias dño de cibis vestris. Sicut de areis primitias separabitis: ita et de pulmentis dabitis primitias domino. Quod si p ignorantiam preterieritis quicqꝫ horū que locutus est dominus ad moysen·⁊ mandauit p eū ad vos· a die qua cepit iubere ⁊ ultra·oblitaqꝫ fuerit facere multitudo: offeret vitulū de armento holocaustum in odorē suauissimū dño·et sacrificiū eius ac liba ut cerimonie postulāt · hircumqꝫ pro peccato: ⁊ rogabit sacerdos pro omni multitudine filiorꝫ israhel ⁊ dimittetur eis · quoniā non sponte peccauerunt nichilominus offerēs incensū dño pro se et pro peccato atqꝫ errore suo·⁊ dimittetur uniuerse plebi filiorꝫ isrl· et aduenis qui peregrinant̄ inter vos: quoniā culpa ē oīus pplo p ignorantiam. Quod si anima una nescius peccauerit· offeret capram āniculam pro peccato suo: et deprecabit̄ pro ea· sacerdos qū inscia peccauerit corā domino: imprecabitqꝫ ei veniā·⁊ dimittet̄ illi. Tam indigenis qꝫ aduenis una lex erit omniū q̄ peccauerit ignorātes. Anima vero que p superbiā aliquid commiserit· siue civis sit ille siue peregrinus: quoniā aduersus dñm rebellis fuit·peribit de populo suo. Verbū enim dñi contempsit· et p̄ceptū illius fecit irritum: idcirco delebitur ⁊ portabit iniquitatem suā. Factum est autē cum essent filij israhel i solitudine · et inuenissent hominē colligentē ligna i die sabbati: obtulerunt eum moysi et aaron et uniuerse multitudini. Qui recluserunt eum in carcerem· nescientes qd sup eo facere deberēt. Dixitqꝫ dñs ad moysen. Morte moriatur homo iste: obruat eum lapidibꝫ omnis turba extra castra. Cūqꝫ eduxissent eū foras obruerunt eū lapidibꝫ: ⁊ mortuus est, sicut preceperat dñs. Dixit quoqꝫ dominus ad moysen. Loquere filijs israhel et dices ad eos. Ut faciāt sibi fimbrias per angulos palliorū·ponēres in eis vittas iacinctinas. Quas cum viderint recordent̄ omniū mādatorꝫ dñi·nec sequantur cogitationes suas et oculos p res varias fornicātes: sed magis memores p̄ceptorꝫ dñi: faciāt ea: sintqꝫ sancti deo suo. Ego dominus deus vester · qui eduxi vos de terra egipti: ut essem deus vester. Fui

Ecce autem chore filiꝰ yzaar filij chaath·filij leui·et dathan·atqꝫ abiran filij eliab. Hon quoqꝫ filius pheleth de filijs ruben surrexerunt contra moysen: alijsqꝫ filiorꝫ israhel ducēs quinquaginta viri proceres synagoge·et qui tempore concilij p nomina

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0148
powered by DWork • Heidelberg University Library

vocabantur. Cumq; steterent aduersū moysen et aaron dixerunt. Sufficiat vobis quia oīs multitudo sanctorū est et in ipīs est dñs. Cur eleuamini super pplm dñi? Quod cum audisset moyses cecidit pronus i faciē: locutusq; ad chore et ad omnē multitudinē. Mane inquit notum faciet dñs qui ad se pertineant et sanctos applicabit sibi: et quos elegerit appropinquabūt ei. Hoc igit facite. Tollat vnusquisq; thuribula sua tu chore et oīs conciliū tuū: et hausto cras igne ponite desuper thimiama corā dño: et quemcunq; elegerit ipe erit sanctus. Multū erigimini filij leui. Dixitq; rursum ad chore. Audite filij leui. Num parū vobis est q̄ separauit vos deus israhel ab omni plo: et iunxit sibi ut seruiretis ei in cultu tabernaculi: et stetis corā frequentia populi et ministraretis eis? Idcirco ad se fecit accedere te et oīes fratres tuos filios leui: ut vobis etiā sacerdotiū vendicetis: et omnis globus tuus stet contra dñm? Quid est enim aaron ut murmuretis contra eū? Misit ergo moyses ut vocaret dathan et abiram filios eliab. Qui respondērūt. Non venimus. Numquid parum est tibi quod eduxisti nos de terra egipti que lacte et melle manabat ut occideres in deserto: nisi et dominatus fueris nostri? Reuera induxisti nos i terram que fluit riuis lactis et mellis: et dedisti nobis possessiones agroꝝ et vineaꝝ. An et oculos nostros vis eruere? Non venimus. Iratusq; moyses valde. Dixit ad dñm. Ne respicias sacrificia eoꝝ. Tu scis quod nec asellū quidem unquā acceperim ab eis: nec afflixerim quempiam eoꝝ. Dixitq; ad chore. Tu et omnis congregatio tua state coram dño: et aaron die crastino separatim. Tollite singuli thuribula vestra: et ponite super ea incensū offerentes dño ducenta quinquaginta thuribula: aaron quoq; teneat thuribulum suū. Quod cū fecissent stantibus moyse et aaron: et congregassent aduersum eos omnē multitudinē ad ostium tabernaculi: apparuit cunctis gloria dñi. Locutusq; dominus ad moysen et aaron ait. Separamini de medio congregatiōnis huius: ut eos repente disperdam. Qui ceciderūt pronī in faciem: atq; dixerunt. Fortissime deus spirituum uniuerse carnis: num uno peccante contra omnes tua ira deseuiet? Et ait dominus ad moysen. Precipe uniuerso populo ut separent a tabernaculis chore et dathan et abiram. Surrexitq; moyses et abijt ad dathan et abiram: et sequentibus eū seniorib⁹ israhel dixit ad turbam. Recedite a tabernaculis impioꝝ: et nolite tangere q̄ ad eos pertinent: ne involuamini in peccatis eorum. Cūq; recessissent a tentoriis eorum p circuitum: dathan et abiram egressi stabant in introitu papilionū suarum: cū uxoribus et liberis: omniq; frequentia. Et ait moyses. In hoc scietis quod dominus miserit me: ut faceren uniuersa que cernitis: et non ex pprio ea corde protulerim. Si consueta hominū morte interierint: et visitauerit eos plaga qua et ceteri visitari solent: nō misit me dñs. Sin aūt nouam rem fecerit dominus: ut aperiens terra os suum deglutiat eos et omnia que ad illos pertinent: descenderintq; viuentes in infernū: scietis q̄ blasphemauerint dominū. Confestim igitur ut cessauit loqui dirupta est terra sub pedibus eorū: et aperiens os suū

devorauit illos cū tabernaculis suis· et vniuersa substātia eorū. Descenderūt q̄ viui in infernū operti humo: ⁊ perierunt de medio multitudinis. At vero omnis israhel qui stabat p̄ girū fugit a clamore pereuntiū dicens. Ne forte ⁊ nos ira deglutiat. Sed ⁊ ignis egressus a dño interfecit ducentos quinq̄ginta viros q̄ offerebāt incensū. xvii

Locutusq; est dñs ad moysen dicens. Precipe eleazaro filio aaron sacerdoti ut tollat thuribula que iacent in incendio· et ignem huc illuc q̄ dispergat: quoniā sanctificata sunt in mortibs peccatoꝝ: producatq; ea in lamnas· ⁊ affigat altari· eo q̄ oblatum sit in eis incensum dño ⁊ sanctificata sint: ut cernāt ea pro signo et monimēto filij israhel. Tulit ergo eleazar sacerdos thuribula enea· in quibs obtulerant hi quos incendium deuorauit· et produxit ea i lamnas affigēs altari· ut haberent posteri filij israhel quibs commonerentē: ne quis accedat alienigena et qui nō est de semine aaron· ad offerendū incensum dño: ne patiantur sicut passus est chore· ⁊ oīs congregatio ei⁹ loquēte dño ad moysen. Murmurauit autē oīs multitudo filiorū israhel sequenti die cōtra moysen ⁊ aaron dicens. Vos interfecistis pplm dñi. Cūq; oriretur seditio et tumultus incresceret· moyses et aaron fugerunt ad tabernaculū federis. Quod postq̄ ingressi sunt operuit nubes: ⁊ apparuit gloria dñi. Dixitq; dominus ad moysen. Recedite de medio huius multitudinis: ⁊ iam nunc delebo eos. Cumq; tacerent in terra dixit moyses ad aarō. Tolle thuribulum· et hausto igne de altari mitte incensū desuper· pergens cito ad populū: ut roges pro eis. Iam enim egressa est ira a domino· ⁊ plaga desecuit. Quod cū audisset aaron· ⁊ cucurrisset ad mediā multitudinē quā iam vastabat incendium obtulit thymiama: et stans inter mortuos ac viuētes pro ipso deprecatus est: et plaga cessauit. Fuerūt autē qui perierūt quatuordecim milia hominū ⁊ septingenti: absq; his qui perierant in seditione chore. Reuersus q; ē aaron ad moysen ad ostiū tabernaculi federis· postq̄ quieuit interitus. Et locutus ē dñs ad moysen dicens. Loquere ad filios israhel· ⁊ accipe ab eis virgas singulas p cognationes suas a cunctis principibs tribuū virgas duodecim: et vniuscuiusq; nomē super scribes virge sue. Nomen autē aaron erit in tribu leui: et una virga cunctas eorū familias cōtinebit: ponesq; eas in tabernaculo federis coram testimonio ubi loquar ad te. Nec et hijs electus germinabit virga eius: ⁊ cohibebo a me querimonias filiorū israhel· quibus contra vos murmurant. Locutusq; est moyses ad filios israhel: et dederunt ei oēs principes virgas per singulas tribus. Fuerunt q; virge duodecim absq; virga aarō. Quas cum posuisset moyses coram dño in tabernaculo testimonij: sequenti die regressus inuenit germinasse virgā aaron in domo leui· ⁊ turgentibus gemmis eruperant flores: qui foliis dilatatis in amygdalas deformati sunt. Protulit ergo moyses oēs virgas de conspectu dñi ad cunctos filios israhel: viderūq; receperunt singuli virgas suas. Dixitq; dominus ad moysen. Refer virgam aaron i tabernaculū testimonij· ut seruetur ibi i signū rebellium filiorū isrl: ⁊ quiescāt

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0150
powered by DWork • Heidelberg University Library

querele eoꝝ a me ne moriant. Feceꝝ moyses sicut ꝓceperat dñs. Dixerunt aũt filij isrl ad moysen. Ecce consumpti sum⁹: oñes pibim⁹. Quicũqz accedit ad tabernaclm dñi · moritr. Num ulqz ad intrectionẽ cũcti delẽdi sum⁹? Dixitqz dñs ad aarõ. VIII

Tu ꝛ filij tui ꝛ dom⁹ ꝑris tui tecũ portabitis iniquitatem sanctuarij: et tu ꝛ filij tui simul sustinebitis peccata sacerdotij vri. Sed et fratres tuos de tribu leui et sceptro patris tui sume tecum: prestoqz sint et ministrẽt tibi. Tu aũt ꝛ filij tui ministrabitis in tabernaculo testimonij. Excubabunteqz leuite ad precepta tua · et ad cuncta opera tabernaculi: ita dũtaxat ut ad vasa sanctuarij ꝛ altare non accedant ne et illi moriãtur · et vos peccatis simul. Sint autem tecum et excubent in custodijs tabernaculi · ꝛ in omnibz ceremonijs eius: alienigena nõ miscebitur vobis. Excubate in custodia sanctuarij · et in ministerio altaris: ne oriat indignatio sup filios isrl. Ego dedi vobis fratres vestros leuitas de medio filiorum isrl: ꝛ tradidi donum dño · ut seruiant in ministerijs tabernaculi ei⁹. Tu aũt et filij tui custodite sacerdotiũ vestrum: ꝛ oñia que ad cultũ altaris pertinent · ꝛ intra velum sunt · ꝑ sacerdotes amministrabuntur. Si quis extraneus accesserit occidetur. Locutus est dñs ad aaron. Ecce dedi tibi custodiam ꝓmitiaꝝ meaꝝ. Oñia que sanctificantur a filijs isrl tibi tradidi ꝛ filijs tuis · pro officio sacerdotali legitima sempiterna. Hec ergo accipies de hijs que sanctificantur ꝛ oblata sunt dño. Omnis oblatio ꝛ sacrificiũ · et quicquid ꝓ peccato atq; delicto redditur michi · ꝛ erit in sancta sanctoꝝ: tuũ erit et filiorũ tuoꝝ. In sanctuario comedes illud. Mares tantũ edent ex eo: quia consecratũ est tibi. Primicias aũt quas vouerint ꝛ obtulerint filij isrl tibi dedi ꝛ filijs tuis ac filiabz tuis iure ꝑpetuo. Qui mundus est in domo tua · vescetur eis. Omne medullam olei et vini ac frumẽti · quicquid offerunt ꝓmiciarũ domino · tibi dedi. Vniuersa fetugũ initia que gignit humus ꝛ domino deportantur: erunt in usus tuos. Qui mundus est in domo tua · vescetur eis. Omne quod ex voto reddiderint filij isrl · tuũ erit. Quicquid ꝓmum erumpit e vulua cuncte carnis quã offerũt domino · sive ex hominibz sive de pecoribz fuerit · tui iuris erit: ita dumtaxat ut pro hominis primogenito ꝓcium accipies: ꝛ oñe animal qũ immundũ est redimi facias: cuius redemptio erit post unũ mensem: siclis argenti quinq; ponderis sanctuarij. Siclus vigiti obolos habet. Primogenitũ autem bouis ꝛ ouis et capre non facies redimi: quia sanctificate sunt domino. Sanguinẽ tantũ eorũ fundes super altare: ꝛ adipes adolebis in suauissimũ odorem domino. Carnes vero in usum tuũ erunt: sicut ꝓtulculum consecratũ ꝛ armus dexter tua erũt. Omnes ꝓmitias sanctuarij quas offerũt filij isrl domino: tibi dedi et filijs ac filiabus tuis iure ꝑpetuo. Pactum salis ẽ sempiternũ coram domino tibi ac filijs tuis. Dixitqz dominus ad aaron. In terra eoꝝ nichil possidebitis: nec habebitis partem inter eos. Ego pars ꝛ hereditas tua ī medio filioꝝ isrl. Filijs aũt leui dedi oñes decimas isrlis in possessionẽ · pro ministerio quo seruiunt michi ī tabernaculo federis: ut non accedant ultra

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0151
powered by DWork • Heidelberg University Library

filij israhel ad tabernaculum·nec committant peccatū mortiferū: solis filijs leui mihi in tabernaculo seruientibus et portantibus peccata populi: legitimū sempiternū erit in generationibus vestris. Nichil aliud possidebunt decimarum oblatione contenti: quas ī usus eoꝝ et necessaria separaui. Locutusqꝫ est dominus ad moysen dicens. Precipe leuitis atqꝫ denuncia. Cū acceperitis a filijs israel decimas quas dedi vobis: primitias earum offerte dño·id est decimam partē decime: ut reputetur vobis in oblationē primitiuoꝝ: tam de areis qꝫ de torcularibus et uniuersis quoꝝ accipitis primitias offerte dño· et date eā aaron sacerdoti. Omnia que offertis ex decimis· et in donaria domini seperabitis: optima ⁊ electa erūt. Dicesqꝫ ad eos. Si p̄clara et meliora queqꝫ obtuleritis ex decimis· reputabitur vobis ꝙsi de area et torculari dederitis p̄mitias: ⁊ comederis eas ī omnibꝫ locis vr̄is· tam vos qꝫ familie vr̄e: qꝛa preciū ē p ministerio quo seruitis ī tabernaculo testimonij: et nō peccabitis super hꝛc· egregia vobis ⁊ pinguia reseruātes: ne polluatis oblationes filiorum israhel· et moriamini. vr

Locutusqꝫ est dominꝰ ad moysen et aaron dicens. Iſta ē religio victime quā constituit dñs. Precipe filijs israhel· ut adducant ad te vaccā rufam tratis integre in qua nulla sit macula· nec portauerit iugū: traditisqꝫ eam eleazaro sacerdoti. Qui eductam extra castra immolabit in conspectu omniū: ⁊ tinguēs digitum in sanguine eius· asperget contra fores tabernaculi septies vicibꝫ: comburetqꝫ eā cunctis videntibꝫ: tam pelle ⁊ carnibus eiꝰ qꝫ sanguine et fimo flamme traditis. Lignum quoqꝫ cedrinum et ysopum coccumqꝫ bis tinctū sacerdos mittet ī flammam· que vaccam vorat. Et tūc demū lotis vestibꝫ ⁊ corpore suo· egredietur in castra: commaculatusqꝫ erit usqꝫ ad vesperam. Sed ⁊ ille qui combusserit eam lauabit vestimenta sua et corpus· et immundus erit usqꝫ ad vesperam. Colliget aūt vir mundus cineres vacce· ⁊ effundet eoꝝ extra castra in loco purissimo: ut sint multitudini filioꝝ israhel in custodiam et in aquā asperſionis: quia pro peccato vacca combusta est. Cumqꝫ lauerit q̄ vacce portauerat cineres vestimenta sua: immundus erit usqꝫ ad vesperum. Habebunt hꝛc filij israhel et aduene q̄ habitant inter eos sanctū iure perpetuo. Qui tetigerit cadauer hominis ⁊ per hꝛc septem diebꝫ fuerit immūdus· aspergē ex hac aqua die tercio ⁊ septimo: ⁊ sic mundabitur. Si die tercio asperſus non fuerit: septimo nō poterit emundari. Omnis qui tetigerit humane anime mortuum· ⁊ asperſus hac commixtione nō fuerit· polluet tabernaculum domini: ⁊ peribit ex israhel. Quia aqua expiationis nō est asperſus immundus erit: ⁊ manebit spurcicia eiꝰ super eum. Iſta est lex hominis q̄ moritur in tabernaculo. Omnes q̄ ingredientur tentoriū illius· ⁊ uniuersa vasa que ibi sunt polluta erunt septem diebus. Vas quod nō habuerit operculū nec ligaturam desuper· immundū erit. Si quis in agro tetigerit cadauer occisi hominis· aut p se mortui· siue os illius vel sepulcrū: immundꝰ erit septem diebus. Tollent de cineribꝫ combustionis atqꝫ peccati· ⁊ mittēt aquas viuas super eos in vas: in quibus cū homo mundus intinxerit ysopū· asperget eo

omne tentoriū ⁊ cunctam suppellectilē
et homines huiusmodi contagione
pollutos: atq; hoc modo mundus lu-
strabit immūdū tercio ⁊ septimo die
expiatusq; die septimo lauabit et se et
vestimēta sua: ⁊ immundus erit usq;
ad vesperam. Si quis hoc ritu nō fue-
rit expiat⁹ peribit anima illius de me-
dio ecclesie: quia sanctuariū dñi pollu-
it: ⁊ nō est aqua lustrationis aspersus.
Erit hoc preceptū legitimū sempiternū.
Ipse quoq; qui aspergit aquas lauabit
vestimenta sua. Omnis qui tetigerit
aquas expiationis: immūdus erit
usq; ad vesperam. Quicquid tetigerit
immundus: immūdum faciet: ⁊ ani-
ma que horum quippiam tetigerit im-
munda erit usq; ad vesperum.

Venerunq; filij israhel et omnis
multitudo in desertum sin mense
primo: ⁊ mansit pplus in cades. Mor-
tuaq; ē ibi maria: ⁊ sepulta in eodem lo-
co. Cumq; indigeret aqua popul⁹ con-
uenerunt aduersum moysen et aarō:
et versi in seditionē dixerūt. Vtinam
perissemus inter fratres nostros coram
domino. Cur eduxistis ecclesiā dñi in
solitudinem: ut ⁊ nos ⁊ nīa iumenta
moriamur? Quare nos fecistis ascen-
dere de egipto: ⁊ adduxistis ad locum
istū pessimum qui fieri nō potest: q̄ nec
ficus gignit: nec vineas nec mala gra-
nata: insuq; ⁊ aquam nō habet ad bi-
bendū? Egressusq; moyses ⁊ aaron
dimissa multitudine in tabernaculū
federis: corruerunt pmi in terram: cla-
mauerunq; ad dominū atq; dixerunt.
Domine deus audi clamorē populi
huius: ⁊ aperi eis thesaurū tuū fontē
aque viue: ut sanati cesset murmura-
tio eorū. Et apparuit gloria dñi super
eos. Locutusq; ē dominus ad moysen
dicens. Tolle virgam et congrega po-
pulum tu ⁊ aarō frater tuus: ⁊ loqui-
mini ad petrā coram eis: ⁊ illa dabit
aquas. Cumq; eduxeris aquā de petra
bibet omnis multitudo ⁊ iumenta eius.
Tulit igit moyses virgam qui erat in
conspectu dñi sicut preceperat ei: cōgre-
gata multitudine ante petram: dixitq;
eis. Audite rebelles ⁊ incredduli. Num
de petra hac vobis aquā poterimus
educere? Cumq; eleuasset moyses manū
percutiens virga bis silicem: egresse sūt
aque largissime: ita ut popul⁹ biberet
et iumēta. Dixitq; dominus ad moysen
et aaron. Quia nō credidistis michi
ut sanctificaretis me coram filijs isrl:
non introducetis hos populos in ter-
ram quā dabo eis. Hec ē aqua contra-
dictionis: vbi iurgati sunt filij israhel
contra dñm: ⁊ sanctificat⁹ est in eis. Mi-
sit interea nūcios moyses de cades ad
regem edom: qui dicerent. Hec mādat
frater tuus israhel. Nosti omnē labo-
rem qui apprehendit nos: quomodo
descenderit patres nri in egiptū: ⁊ habi-
tauerim⁹ ibi multo tempore: afflixerit
q; nos egiptij ⁊ patres nostros: ⁊ quo-
modo clamauerim⁹ ad dñm et exau-
dierit nos: misericq; angelū qui edu-
xerit nos de egipto. Ecce in urbe cad-
que ē in extremis finibs tuis positi: ob-
secramus ut nobis transire liceat per
terram tuā. Non ibimus p agros nec
per vineas: nō bibemus aquas de pu-
teis tuis: sed gradiemur via publica:
nec ad dexteram nec ad sinistram decli-
nantes: donec transeamus terminos
tuos. Cui respōdit edom. Non transi-
bis per me. Alioquin armat⁹ occurrā
tibi. Dixerunq; filij israhel. Per terrā
gradiemur viā: ⁊ si biberim⁹ aquas
tuas nos et pecora nostra: dabimus

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0153
powered by DWork • Heidelberg University Library

quod iustum est. Nulla erit in precio
difficultas: tantū velociter transeam⁹.
At ille respōdit. Nō transibis. Et
continuo egressus est obuius cū infinita
multitudine & manu forti: nec voluit
acquiescere deprecanti. ut concederet
transitū p fines suos. Quāobrem di-
uertit ab eo israhel. Cumq; castra mo-
uissent de cades. venerūt in montē or
qui est in finibus terre edom: ubi locut⁹
est dominꝰ ad moysen dicēs. Pergat
inquit aaron ad ꝓpl̄os suos. Nō enī
intrabit terram quā dedi filijs israhel:
eo quod incredulus fuerit ori meo ad
aquas contradictionis. Tolle aaron
et filium eiꝰ cū eo: & duces eos in mon-
tem or. Cumq; nudaueris patrem veste
sua. indues ea eleazarum filiū eius: &
aarō colligetur. et morietur ibi. Fecit
moyses ut ꝑceperat dñs: & ascenderūt
in montem or coram omī multitudine.
Cumq; aaron spoliasset vestibs suis:
induit eis eleazarū filium eius. Illo
mortuo in montis supcilio: descendit
cū eleazaro. Omīs aūt multitudo vidēs
occubuisse aarō: fleuit sup eo triginta
diebs p cūctas familias suas.

Quod cum audisset chananeꝰ rex
arad. qui habitabat ad meridiē.
venisse solitos isrl̄ per exploratorū viā.
pugnauit contra illū: et victor existēs.
duxit ex eo predā. At israhel voto se do-
mino obligans ait. Si tradideris po-
pulū istum in manu mea: delebo urbes
eius. Exaudiuitq; dñs preces israhel.
et tradidit chananeū: quē ille interfecit
subuersis urbibs eius: et vocauit no-
men loci illius orma. id est anathema.
Profecti sunt aūt et de monte or. p viā
q̄ ducit ad mare rubrū: ut circui-
rent terrā edom. Et tedere cepit popu-
lum itineris ac laboris: loquutusq; contra
dominum & moysen ait. Cur eduxisti
nos de egipto: ut morīrem̄ i solitu-
dine? Deest panis: nō sunt aque: ani-
ma nostra iam nauseat sup̄ cibo isto
leuissimo. Quāobrem misit dñs in
ꝑplm ignitos serpentes: ad quoꝝ pla-
gas & mortes plurimorū venerūt ad
moysen atq; dixerunt. Peccauimus:
quia locuti sumus contra dominū et
te. Ora ut tollat a nobis serpentes.
Oravit moyses pro populo. Et locu-
tus est dominꝰ ad eū. Fac serpentem
eneum: & pone eum pro signo. Qui per-
cussus aspexerit eum viuet. Fecit ergo
moyses serpentem eneū: et posuit eum
pro signo. Quē cū percussi aspicerent:
sanabātur. Profectiq; filij israhel: ca-
strametati sunt in oboth. Unde egressi
fixere tentoria i ieabarim i solitudine
que respicit moab. cōtra orientalem
plagam: & inde mouentes venerūt ad
torrentem zareth. Quē relinquentes
castrametati sunt contra arnon. que
est in deserto. et prominet in finibus
amorrei. Siquidem arnon terminus
est moab: diuidēs moabitas et amor-
reos. Unde dicitur in libro bellorum
dñi. Sicut fecit in mari rubro: sic face-
et in torrentibus arnon. Et repuli tor-
rentium inclinati sunt ut requiescerēt
in aaron: et recumberent in finibs mo-
abitarū. Et eo loco apparuit puteus:
super quo locutus ē dñs ad moysen.
Congrega populū: et dabo ei aquam.
Tūc recinit israhel carmē istud. Ascen-
dat puteus concinebāt: puteus quē fo-
derunt principes: et perauerunt duces
multitudinis. in datore legis & in ba-
culis suis. De solitudine: mathana.
De mathana: nahalihel. De nahalihel:
in bamoth. Bamoth vallis est i regiō-
ne moab. i vertice salsa: et qū respicit

contra desertū. Misit autē isrl nūcios
ad seon regem amorreoꝝ dicēs. Obse-
cro ut transire michi liceat per terram
tuam. Non declinabimus in agros
et vineas:non bibemus aquas ex pu-
teis. Via regia egradiemur: donec
transeamus terminos tuos. Qui con-
fidere noluit ut transiret israhel per fi-
nes suos:quin potius congregato exercitu congre-
gato egressus est obuiā in desertum ⁊
venit in iasa:pugnauitq; contra eum.
A quo percussus est in ore gladij:⁊ pos-
sessa ē terra eius ab arnon usq; iaboc-
et filios ammon: quia forti presidio
tenebantur terminī āmonitarū. Tulit
ergo israhel omnes ciuitates eius: et
habitauit in urbibs amorrei:i esebon
scilicet ⁊ viculis eius. Urbs esebon fu-
it regis seon amorrei · qui pugnauit
contra regem moab: et tulit omnem
terram que ditionis illius fuerat usq;
arnon. Idcirco dicitur in prouerbio.
Venite in esebon:edificetur ⁊ construa-
atur ciuitas seon. Ignis egressus ē de
esebon·flamma de opido seon:⁊ deuo-
rauit ar moabitaꝝ·⁊ habitatores ex-
celsorū arnon. Ve tibi moab: periisti
populе chamos. Dedit filios eius in
fugā:⁊ filias in captiuitatē regi amor-
reorum seon. Iugum ipōrū dispersit
ab esebon usq; dibon: lassi quieuerūt
in iophe usq; medaba. Habitauit ita-
q; israhel i terra amorrei. Misitq; moy-
ses qui exploraret iazer:cuius ceperūt
viculos·⁊ possederūt habitatores. Ver-
tentesq; se ⁊ ascenderunt per viam ba-
san:⁊ occurrit eis og rex basan cum o-
mni plebe sua pugnaturꝰ in edrai. Di-
xitq; dns ad moysen. Ne timeas eū:
quia in manu tua tradidi illum et o-
mnem plebē ei ac terram eius: faciesq;
illi sicut fecisti seon regi amorreorum
habitatori esebon. Percusserūt igitur
et hunc cum filijs suis · uniuersumq;
plebem eius usq; ad internicionē:et pos-
sederūt terrā illiꝰ. Profectiq; castrame-
tati sūt i campestribs moab:ubi trans
iordanen iherichō sita est.

Videns aūt balac filius sephor o-
mnia q̄ fecerat israhel amorreo:
et qꝫ timuissent eum moabite·et im-
petum eius ferre nō possent: dixit ad
maiores natu madian. Ista delebit
hic populos oēs qui in nīis finibs
commorantur:quomodo solet bos
herbas usq; ad radices carpere. Ipe e-
rat eo tempore rex in moab. Misit er-
go nuncios ad balaam filium beo
ariolum· qui habitabat iuxe flumen
terre filioꝝ ammon:ut vocarent eū et
dicerent. Ecce egressus est populus ex
egipto qui operuit superficiem terre sedeꝫ
contra me. Veni igitur ⁊ maledic po-
pulo huic quia fortior me est: si quo
modo possim prouocare et eicere eū de ter-
ra mea. Noui enī qꝫ benedictus sit cui
benedixeris:⁊ maledictus in quē male-
dicta congesseris. Perrexerunteꝫ senio-
res moab et maiores natu madian:
habentes diuinationis preciū in ma-
nibs. Cumq; venissent ad balaam · et
narrassent ei omnia verba balac: ille
respōdit. Manete hic nocte: ⁊ respon-
debo quicquid michi dixerit dominus.
Manentibs illis apud balaam: venit
deus et ait ad eum. Quid sibi volunt
homines isti apud te? Respondit. Ba-
lac filius sephor rex moabitarū misit
ad me dicens. Ecce populꝰ qui egres-
sus est de egipto operuit superficiem ter-
re: veni ⁊ maledic ei:si quo modo pos-
sim pugnans abigere eum. Dixitq;
deus ad balaam. Noli ire cū eis neq;
maledicas populo·quia benedictus ē.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0155
powered by DWork • Heidelberg University Library

Qui mane consurgens dixit ad principes. Ite in terrā vrām: quia prohibuit me deus venire vobiscū. Recesserūt principes dixerūtq; ad balac. Noluit balaam venire nobiscum. Rursum ille multo plures & nobiliores ⁊ ãte miserat misit. Qui cum venissent ad balaam dixerunt. Sic dicit balac filius sephor. Ne recuses venire ad me. Paratus sum honorare te: & quicquid voluerís dare. Veni et maledic populo isti. Respondit balaam. Si dederit michi balac plenā domum suā argenti & auri: nō potero immutare verbum dñi dei mei: nec vel plus uel minus loquar. Obsecro ut hic maneatis etiam hac nocte: et sciam quid michi rursum respōderat dominus. Venit ergo deus ad balaam nocte: et ait ei. Si vocare te venerint homines isti: surge & vade cum eis: ita dumtaxat: quod precepero tibi facias. Surrexit balaam mane: et strata asina profectus est cum eis: et iratus est deus. Stetitq; angelus domini in via contra balaam qui sedebat asine: & duos pueros habebat secum. Cernens asina angelū stantē in via euaginato gladio: auertit se de itinere: & ibat per agrum. Quā cum verberaret balaam et vellet ad semitam reducere: stetit angelus in angustijs vuarū macerarū quibus vinee cingebātur. Quē videns asina innixit se pariete: & attriuit sedentis pedem. At ille iterum verberabat: et nichilominus angelus ad locum angustum transiens: vbi nec ad dexteram nec ad sinistram poterat deuiari: obuius stetit. Cūq; vidisset asina stantem angelum: procidit sub pedibus sedentis. Qui iratus vehementius cedebat fuste latera eius. Aperuitq; dñs os asine: et locuta est. Quid feci tibi: Cur percutis me ecce iam tercio: Respondit balaam. Quia commeruisti: & illusisti michi. Vtinā haberem gladiū ut te occiderem. Dixit asina. Nonne anīmal tuū sum: cui semp sedere cōsuesti: usq; in presentem diē: Dic quid simile unquā fecerim tibi. At ille ait. Nunq;. Protinus aperuit dominus oculos balaam: et vidit angelum stantem in via euaginato gladio: adorauitq; cū pronus in terram. Cui angelus. Cur inquit tercio verberas asinā tuā: Ego veni ut aduersarer tibi: quia preceps est via tua: michiq; contraria. Et nisi asina declinasset de via dans locum resistenti: te occidissem: & illa viueret. Dixit balaam. Peccaui: nesciēs q tu stares contra me. Et nūc si displicet tibi ut vadam: reuertar. Ait angel⁹. Vade cum istis: & caue ne aliud quā precepero tibi loquaris. Iuit igitur cū principibus. Quod cum audisset balac: egressus est in occursum ei⁹ in opido moabitarum quod situm est in extremis finibs arnon. Dixitq; ad balaam. Misi nuncios ut vocarent te. Cur nō statim venisti ad me: An quia mercedē aduentui tuo reddere nequeo: Cui ille respondit. Ecce adsum. Nūquit loqui potero aliud nisi quod deus posuerit in ore meo: Perexerunt ergo simul: & venerunt in urbem que in extremis regni eius finibus erat. Cumq; occidisset balac boues et oues: misit ad balaam et principes qui cum eo erant munera. Mane autem facto: duxit eum ad excelsa baal: et inuitus est extremam partem populi. VIII

Dixitq; balaā ad balac. Edifica michi hic septem aras: et para totidem vitulos: totidemq; numero arietes. Cumq; fecisset iuxta sermonem

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0156
powered by DWork • Heidelberg University Library

balaam: imposuerunt simul vitulum et arietem super arā. Dixitq; balaā ad balac. Sta paulisper iuxta holocaustū tuū donec vadam: si forte occurrat mihi dominus: et quodcunq; imperauerit loquar tibi. Cūq; abisset velociter occurrit illi deus. Locutusq; ad eum balaam: septem inquit aras erexi: et imposui vitulum et arietē desuper. Dñs autem posuit verbū in ore eius: et ait. Reuertere ad balac: et hec loqueris. Reuersus inuenit stantem balac iuxta holocaustum suum et omnes principes moabitaq; parabola sua dixit. De aram adduxit me balac rex moabitarū: de montibz orientis. Veni inquit et maledic iacob: uenta et detestare israhel. Quomō maledicam: cui non maledixit deus? Qua ratione detester: quē dominus nō detestatur? De summis silicibz videbo eum: et de collibus considerabo illum. Populus solus habitabit: et inter gētes nō reputabitur. Quis dinumerare possit pulueren iacob: et nosse numerū stirpis israhel? Moriatur anima mea morte iustorum: et fiant nouissima mea horū similia. Dixitq; balac ad balaā. Quid est hoc quod agis? Ut maledicerem inimicis meis vocaui te: et tu econtrario benedicis eis? Cui ille respondit. Num aliud possum loqui: nisi quod iusserit dñs? Dixit ergo balac. Veni mecum in alterum locū: unde partem israhel videas: et totum videre nō possis: inde maledicito ei. Cumq; duxisset eum in locum sublimem sup verticem montis phasga: edificauit balaam septem aras: et impositis supra vitulo atq; ariete: dixit ad balac. Sta hic iuxta holocaustum tuū: donec ego obuius pergam. Cui cū dñs occurrisset: posuissetq; verbū in ore eius ait. Reuertere ad balac: et hec loqueris ei. Reuersus inuenit eū stantem iuxta holocaustum suū: et principes moabitaq; cum eo. Ad quē balac. Quid inquit locut? est dominus? At ille assumpta parabola sua ait. Sta balac et ausculta: audi fili sephor. Non est deus quasi homo ut mentiatur: nec ut filius hominis ut mutet. Dixit ergo et nō faciet: locutus est et non implebit? Ad benedicendum adductus sum: benedictionem prohibere non valeo. Non est ydolum in iacob: nec videtur simulacrū in israhel. Dominus deus eius cū eo est: et clangor victorie regis in illo. Deus eduxit illum de egipto: cuius fortitudo similis est rinocerotis. Non est augurium in iacob: nec diuinatio in israhel. Temporibz suis dicetur iacob et israhel quid operat? sit deus. Ecce populus ut leena consurget: et quasi leo erigetur. Non accubabit donec deuoret predam: et occisoz sanguinem bibat. Dixitq; balac ad balaam. Nec maledicas ei nec benedicas. Et ille. Nōne aui dixi tibi: q; quicquid michi deus imperaret hoc facerem? Et ait balac ad eum. Veni et ducam te ad alium locum: si forte placeat deo ut inde maledicas eis. Cūq; duxisset eū super verticem montis phogor qui respicit solitudinē: dixit ei balaā. Edifica michi hic septē aras: et para totidē vitulos: eiusdemq; numeri arietes. Fecit balac ut balaā dixerat: imposuitq; vitulos et arietes p singulas aras. Cum

Cumq; vidisset balaā quod placeret domino ut benediceret israheli: nequaq; abiit ut ante perrexerat ut augurium quereret: sed dirigens contra desertū vultum suū: et eleuans

oculos vidit israhel in tentoriis commorantem per tribus suas: et irruente
in se spiritu dei assumpta parabola ait. Dixit balaam filius beor: dixit homo
cui obturatus est oculus: dixit auditor
sermonū dei qui visionē omnipotentis
intuitus est: qui cadit et sic aperiuntur
oculi eius. Quam pulcra tabernacula
tua iacob et tentoria tua israhel: ut val-
les nemorose · ut horti iuxta fluuios
irrigui: ut tabernacula que fixit dñs:
quasi cedri prope aquas. Fluet aqua
de situla eius: et semen illius erit in aquas
multas. Tolletur prior agag rex eius: et
auferetur regnū illius. Deus eduxit il-
lum de egipto: cuius fortitudo similis
est rinocerotis. Deuorabūt gentes hos-
tes illius: ossaq; eorū confringent: et
perforabunt sagittis. Accubans dormi-
uit ut leo: et quasi leena quā suscitare
nullus audebit. Qui benedixerit tibi
erit ipe benedictus: qui maledixerit in
maledictione reputabit. Iratusq; ba-
lac cōtra balaam: complosis manibs
ait. Ad maledicendum inimicis meis
vocaui te: quibs econtrario tercio bene-
dixisti. Reuertere ad locū tuum. Decre-
ueram quidē magnifice honorare te:
sed dominus priuauit te honore dispo-
sito. Respōdit balaam ad balac. Nonne
nuncijs tuis quos misisti ad me
dixi: si dederit michi balac plenam do-
mum suam argenti et auri: nō potero
preterire sermonem dñi dei mei: ut uel
boni quid uel mali proferam ex corde
meo: sed quicquid dñs dixerit: hoc lo-
quar? Veruntamen pgens ad pplm
meum: dabo consiliū: quid pplus tuus
huic plo faciet extremo tempore. Sum-
pta igit parabola: rursum ait. Dixit
balaam filius beor: dixit homo cuius
obturatus est oculus: dixit auditor
sermonū dei: qui novit doctrinā altissi-
mi: et visiones omnipotentis videt: qui
cadens apertos habet oculos. Videbo
eum sed nō modo: intuebor illum: sed
non prope. Orietur stella ex iacob: et
cōsurget virga de israhel: et percutiet du-
ces moab · vastabitq; omnes filios
seth: et erit idumea possessio eius. Ipse
duras seir cedet inimicis suis: israhel
vero fortiter aget. De iacob erit q̄ do-
minetur: et perdat reliquias ciuitatis.
Cūq; vidisset amalech: assumens pa-
rabolam ait. Principiū gentiū ama-
lech: cuius extrema pdentur. Vidit q̄q;
cineum: et assumpta parabola ait. Ro-
bustum quidem ē habitaculū tuū: sed
si in petra posueris nidum tuū: et fueris
electus de stirpe rām quā diu potens pe-
manere? Attur enim capiet te. Assum-
ptaq; parabola: iterum locut? ē. Heu
quis vivet? ē: quādo ista faciet deus?
Venient in trieribs de ytalia: superabūt
assirios: vastabuntq; hebreos: et ad
extremū et ipi pibunt. Surrexitq; ba-
laam et reuersus ē in locū suū: balac q̄q;
via qua venerat rediit.

Habitabat aūt eo tempore israhel in
Sethim: et fornicatus est pplus cū
filiabs moab: que vocauerūt eos ad
sacrificia sua. At illi comederūt: et ado-
rauerunt deos earum. Initiatusq; est
israhel beelfegor. Et iratus dominus
ait ad moysen. Tolle cūctos principes
populi: et suspende eos contra solem in
patibulis: ut auertatur furor me? ab
israhel. Dixitq; moyses ad iudices israhel.
Occidat unusquisq; proximos suos
qui initiati sunt beelfegor. Et ecce unus
de filijs israhel introiit coram fratri-
bus suis ad scortum madianitem: vi-
dente moyse et omni turba filiorum
israhel: qui flebāt ante fores tabernacli.

Quod cū vidisset finees filiꝰ eleazari filij aaron sacerdotis · surrexit de medio multitudinis: ⁊ arrepto pugione ingressus est post virum israheliten in luxuriam: et perfodit ambos simul virū scilicet et mulierem i locis genitalibꝫ. Cessauitq; plaga a filijs isrl: et occisi sunt viginti quatuor milia hominū. Dixitq; dñs ad moysen. Finees filiꝰ eleazari filij aaron sacerdotis auertit iram meam a filijs israhel: quia zelo mei commotus est contra eos: ut non ipe delerē filios israhel i zelo meo. Quocirca loquere ad eos. Ecce do ei pacem federis mei: ⁊ erit tam ipi q; semini eius pactum sacerdotij sempiternū: quia zelatus est pro deo suo · ⁊ expiauit scelus filiorum israhel. Erat aūt nomen viri israhelite q; occisus ē cū madianitide zambri filiꝰ salu: dux de cognatione et tribu symeonis. Porro mulier madianitis que pcussa interfecta ē vocabatur cozbi: filia sur principis nobilissimi madianitarum. Locutusq; est dominꝰ ad moysen dicens. Hostes vos sentiant madianite ⁊ pcutite eos: qa et ipsi hostiliter egerunt contra vos: et decepere insidijs per ydolum phogor · et cozbi filiam ducis madian sororem suam: que pcussa est in die plage pro sacrilegio phogor. Feu

Postq; noxioꝝ sanguis effusus ē: dixit dñs ad moysen ⁊ eleazar filium aaron sacerdotem. Numerate omnē summam filioꝝ israhel a vigesimo annis et supra p domos et cognationes suas: cunctos qui possunt ad bella procedere. Locuti sunt itaq; moyses et eleazar sacerdos in campestribꝫ moab supr iordanen contra iericho ad eos qui erant a vigesimo annis et supra sicut dñs imperarat: quoꝝ ē iste numerus. Ruben: primogenitꝰ israhel. Hunus filius enoch · a quo familia enochitaꝝ: ⁊ phallu · a quo familia phallutarum: et esrom · a quo familia esromitaꝝ: ⁊ charmi · a quo familia charmitarum. Hee sunt familie de stirpe ruben: quarū numerus inuentus est quadraginta tria milia ⁊ septingenti triginta. Filius phallu eliab: huiꝰ filij namuhel ⁊ dathan et abiron. Isti sūt dathan et abiron · principes vocati q; surrexerunt contra moysen ⁊ aaron in seditione chore · quādo aduersus dñm rebellauerūt: et aperiens ira os suū deuorauit chore morientibꝫ plurimis: quando combussit ignis ducentos quinquaginta viros. Et factū ē grande miraculum: ut chore pereunte filij illiꝰ nō perirent. Filij symeon p cognationes suas · namuhel ab hoc familia namuhelitarū: iamin ab hoc familia iaminitarum: iachin · ab hoc familia iachinitarum: zare · ab hoc familia zareitarum: saul · ab hoc familia saulitarum. Hee sunt familie de stirpe symeon: quarū omnis numerus fuit viginti duo milia ducentoꝝ. Filij gad per cognationes suas: sephon · ab hoc familia sephonitarū: aggi · ab hoc familia aggitaꝝ: suni · ab hoc familia sunitarum: ozni · ab hoc familia oznitarum: her · ab hoc familia heritarum: arod · a quo familia aroditarum: ariel · ab hoc familia arielitarum. Iste sunt familie gad: quarum omnis numerus fuit q̄draginta milia quingentorum. Filij iuda · her ⁊ onan: qui ambo mortui sunt in terra chanaan. Fueruntq; filij iuda p cognationes suas: sela a quo familia selaitarū: phares · a quo familia pharesitarum: zare · a quo familia zareitarū. Porro filijs

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0159
powered by DWork • Heidelberg University Library

phares : esrom·a quo familia esromitarum:⁊ amul·a quo familia amulitarum. Iste sunt familie iuda : quarū omnis numerus fuit septuaginta sex milia quingentorum . Filij ysachar p cognationes suas:thola·a quo familia tholaitarū : phua·a quo familia phuaitarum:iasub·a quo familia iasubitarū : semran·a quo familia semranitarū . Hee sunt cognationes ysachar : quarum numer⁹ fuit sexaginta quatuor milia trecentorū. Filij zabulō per cognationes suas:sared·a quo familia sareditarum:helon·a quo familia helonitarū:ialel·a quo familia ialelitarum. Hee sūt cognationes zabulon:quarum numerus fuit sexaginta milia quingentorum. Filij ioseph per cognationes suas manasse et ephraim. De manasse ort⁹ ē machir:a quo familia machiritarū. Machir genuit galaad:a quo familia galaaditarū. Galaad habuit filios iezer : a quo familia iezeritaꝝ:⁊ elech· a quo familia elechitarum : ⁊ asrihel·a quo familia asrihelitarū:et sechem·a quo familia sechemitarū : et semida·a quo familia semidaitarum:⁊ epher·a quo familia epheritarum. Fuit autem epher pater salphaad:q̄ filios nō habebat sed tantum filias quarū ista sunt nomina: maala·⁊ noa·⁊ egla·et melcha·et thersa. Hee sūt familie manasse : ⁊ numerus earū quinquaginta duo milia septingentorū. Filij aūt ephraim per cognationes suas fuerūt hij. Suthala· a quo familia suthalaitarū:becher·a quo familia becheritarū:thehen·a quo familia thehenitarum. Porro filius suthala fuit heran:a quo familia heranitarum. Hee sunt cognationes filiorū ephraim:quarū numer⁹ fuit triginta duo milia quingentorū. Isti sunt filij ioseph per familias suas. Filij beniamin in cognationibꝫ suis:bale·a quo familia balaitarum:a3bel·a quo familia a3belitaꝝ:achiram·a quo familia achiramitarum:suphan·a quo familia suphamitarū:ophan·a quo familia ophamitaꝝ. Filij bale:herēd et noeman. De herēd familia heredītarū:de noeman familia noemanitarū . Hij sunt filij beniamin p cognationes suas:quorum numerus quadraginta quinq; milia sexcentorum . Filij dan p cognationes suas: suhan·a quo familia suhanitarū. Hee cognationes dan per familias suas. Omnes fuere suhanite:quorū numer⁹ erat sexaginta quatuor milia ꝯcentorū. Filij aser per cognationes suas : iemna·a quo familia iemnaitaꝝ:iessui·a quo familia iessuitarum:brie a quo familia brieitarū . Filij brie habet·a quo familia haberitarum:et melchihel·a quo familia melchihelitarū. Nomen autem filie aser fuit sara . Hee cognationes filiorum aser:et numerus eorū quinquaginta tria milia · quadringentorū. Filij neptalim per cognationes suas:iessihel·a quo familia iessihelitarum:guni·a quo familia gunitarū: iaser·a quo familia iaseritarum : sellem·a quo familia sellemitarum. Hee sunt cognationes filiorum neptalim per familias suas·quorum numerus quadraginta quinq; milia·quadringentorum. Ista est summa filiorū israhel qui recensiti sunt·sexcenta milia·⁊ mille·septingenti triginta. Locutusq; est dominꝰ ad moysen dicens. Istis dividetur terra iuxta numerum vocabulorum in possessiones suas. Pluribꝫ maiorem partem dabis· et paucioribꝫ

nūmorē: singulis sicut nunc recensiti sunt tradetur possessio: ita dumtaxat ut sors terram tribubus diuidat ⁊ familijs. Quicquid sorte contigerit: hoc uel plures accipiāt uel paucores. Hic quoq; est numerus filioꝝ leui p familias suas. Gerson. a quo familia gersonitarū: caath. a quo familia caathitarum: merari. a quo familia merari tarū. Hec sunt familie leui. Familia lobni. familia hebroni. familia mooli. familia musi. familia chori. At uero caath. genuit amram: qui habuit uxorem iochabeth filiam leui. que nata ē ei in egipto. Hec genuit uiro suo amram filios aarō et moysen: ⁊ mariam sororem eoꝝ. De aaron orti sūt nadab et abiu et eleazar et ithamar: quoq; nadab et abiu mortui sunt. cum obtulissent ignem alienū coram dño. Fuerunt q; omnes qui numerati sunt uiginticria milia generis masculini ab uno mense et supra: qui non sunt recensiti inter filios israhel: nec eis cū ceteris data possessio ē. Hic ē numerus filioꝝ israhel. qui descripti sunt a moyse et eleazaro sacerdote i campestribs moab supra iordanem cōtra iherichō: inter quos nullus fuit eorū qui ante numerati sunt a moyse ⁊ aaron in deserto synai. Predixerat enī dominus q omnes morerētur i solitudine. Sullusq; remānsit ex eis: nisi chaleb filius iephone. et iosue filius nun.

XXVII.

Accesserūt autē filie salphaad. filij epher. filij galaad. filij machir. filij manasse. q̄ fuit filius ioseph. quoꝝ sunt nomina. malaa. ⁊ noa. et egla. et melcha. ⁊ thersa: stetereūq; coram moyse et eleazaro sacerdote ⁊ cunctis principibs populi ad ostium tabernaculi federis. atq; dixerunt. Pater noster mortuus est in deserto: nec fuit in seditione q̄ conciata est contra dñm sub chore: sed in peccato suo mortuus est. Hic non habuit mares filios. Cur uocatur nomen illius de familia sua: qa non habet filium? Date nobis possessionem inter cognatos patris nri. Retulitq; moyses causam earū ad iudicium dñi. Qui dixit ad eum. Justam rem postulant filie salphaad. Da eis possessionē inter cognatos patris sui: et ei in hereditatē succedant. Ad filios autem israhel loqueris hec. Homo cū mortuus fuerit absq; filio. ad filiam eius translibit hereditas: si filiam non habuerit: habebit successores fratres suos. Quod si et fratres non fuerint: dabitis hereditatem fratribs patris eius. Si nec patruos habuerit: debitur hereditas his qui ei proximi sūt. Erit q; hoc filijs israhel sanctū lege perpetua: sicut precepit dominus moysi. Dixit quoq; dominus ad moysen. Ascende in montem istū abarim: ⁊ contempla re inde terram quā daturus sum filijs israhel. Cumq; videris eam. ibis et tu ad populum tuū sicut uit frater tuus aaron: quia offendistis me in deserto sin i cōtradictione multitudinis: nec sanctificare me uoluistis coram ea super aquas. Hec sunt aque contradictionis in cades deserti sin. Cui respondit moyses. Prouideat dominus deus spirituum omnis carnis hominem qui sit super multitudinē hanc: et possit egredi ⁊ intrare ante eos. ⁊ educere eos uel introducere: ne sit populus dñi sicut oues absq; pastore. Dixitq; dñs ad eum. Tolle iosue filium nun virum i quo est spiritus dei: ⁊ pone manū tuā super eum. Qui stabit coram eleazaro sacerdote et omni multitudine: et dabis

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0161
powered by DWork • Heidelberg University Library

ri precepta cunctis videntibꝰ ⁊ partem
glorie tue: ut audiat eū omnis synagoga filiorū israhel. Pro hoc si quid
agendū erit eleazar sacerdos cōsulet
dñm. Ad verbū eius egredietur et ingredietur ipse et oēs filij israel cum eo:
et cetera multitudo. Fecit moyses ut
preceperat dñs. Cumq; tulisset iosue
statuit eum coram eleazaro sacerdote
et omni frequentia pplī: et impositis
capiti eius manibꝰ cuncta replicauit
que mandauerat dñs. xxviii

Dixit quoq; dñs ad moysen. Precipe filijs israel: et dices ad eos.
Oblationē meā ⁊ panes ⁊ incensum
odoris suauissimi offerte per tempora
sua. Hec sunt sacrificia que offerre debetis. Agnos anniculos immaculatos duos quotidie in holocaustū sempiternum: unū offeretis mane ⁊ alterū
ad vesperum: decimā partē ephi similequē consperса sit oleo purissimo ⁊ habeat quartā partem hin. Holocaustū
iuge est quod obtulistis in monte synai in odorem suauissimū incensi dñi.
Et libabitis vini quartā partem hin
per agnos singulos in sanctuario domini: altercumq; agnū similiter offeretis ad vesperam iuxta omnē ritū sacrificij matutini ⁊ libamentoꝝ eius oblationem suauissimi odoris dño. Die
autem sabbati offeretis duos agnos
anniculos immaculatos ⁊ duas decimas simile oleo cōsperse in sacrificio:
et liba que ritе funduntur p singula sabbata in holocausto sempiterno. In kalendis aūt id est in mensium exordijs
offeretis holocaustum dño. vitulos de
armento duos. arietē unum. agnos
anniculos septē immaculatos: ⁊ tres
decimas simile oleo consperse in sacrificio per singulos vitulos: et duas
decimas simile oleo cōsperse p singulos arietes: ⁊ decimam decime simile
et oleo in sacrificio p agnos singulos.
Holocaustum suauissimi odoris atq;
incensi est dño. Libamenta autē vini q̄
per singulas fundenda sunt victimas
ista erunt. Media pars hin p singlos
vitulos: tercia pr arietem: quarta per
agnū. Hoc erit holocaustum p omnes
menses: qui sibi anno vertente succedunt. Hirco quoq; offeretur domino
pro peccatis in holocaustū sempiternū
cū libamentis suis. Mense aūt primo
quartadecima die mensis phase dñi
erit: et quintadecima die solemnitas.
Septem diebꝰ vescent azimis: quarū
dies prima venerabilis et sancta erit.
Omne opus seruile nō facietis in ea.
Offeretisq; in incensum holocaustum
dño vitulos de armento duos. arietē
unum agnos anniculos immaculatos septem: ⁊ sacrificia singulorum ex
similа que consperса sit oleo: tres decimas p singulos vitulos ⁊ duas decimas p arietem. et decimā decime per
agnos singulos. id ē p septē agnos:
et hircum p peccato unū ut expietur
pro vobis: preter holocaustum matutinum qđ semp offeretis: ita facietis per
singulos dies septem dierū in fomitē
ignis et in odorem suauissimū dño: q̄
surget de holocausto ⁊ de libationibus
singulorū. Dies quoq; septimus celeberrimus ⁊ sanctus erit vobis. Omne
opus seruile non facietis in eo. Dies
etiam primitiuorum quādo offeretis
nouas fruges domino expletis ebdomadibus: venerabilis et sancta erit.
Omne opus seruile non facietis in ea.
Offeretisq; holocaustum in odorē suauissimum dño. vitulos de armēto duos. arietem unum agnos anniculos

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0162
powered by DWork • Heidelberg University Library

immaculatos septē: atq; in sacrificijs eoꝝ simile oleo conspersę tres decimas per singulos vitulos: ꝙ arietes duas: per agnos decimā decime ꝙ simul sunt agni septem: hircū quoq; qui mactatur ꝙ expiatione: ꝑter holocaustū sempiternū ⁊ libis ei⁹. Immolata offeres omnia cū libationibꝫ suis.

Mensis etiam septimi prima dies venerabilis et sancta erit vobis. Omne opus seruile nō facietis in ea: quia dies clangoris ē et tubarū. Offeresq; holocaustū i odorē suauissimū dño: vitulum de armēto unū ⁊ arietē unum: ⁊ agnos āniculos immaculatos septem: et in sacrificijs eorū simile oleo cōsperse tres decimas ꝙ singulos vitulos: duas decimas ꝙ arietē unam decimā ꝙ agnū qui simul sunt agni septem: ⁊ hircum ꝙ peccato ꝙ offertur in expiationē ꝓpli preter holocaustum kalendarū cū sacrificijs suis: ⁊ holocaustum sempiternū cū libationibꝫ solitis. Iuxta eadem cerimonijs offeres i odorē suauissimum incensum dño. Decima quoq; dies mensis huius septimi erit vobis sancta atq; venerabilis: ⁊ affligetis animas vras. Omne opus seruile non facietis in ea. Offeresq; holocaustum dño in odorem suauissimū: vitulū de armēto unū: arietē unum: agnos āniculos immaculatos septē: et in sacrificijs eorum simile oleo conspersę tres decimas ꝙ singlos vitulos: duas decimas ꝙ arietem: decimā decime per agnos singulos ꝙ sunt simul septem agni: et hircum pro peccato: absq; his q̄ offerꝫ ꝙ delicto solent in expiationē ⁊ in holocaustum sempiternum in sacrificio ⁊ libaminibꝫ eorū. Quintadecima vero die mensis septimi que vobis sācta erit atq; venerabilis: omne opus seruile nō facietis in ea: sed celebrabitis solemnitatē dñō septem diebꝫ. Offeresq; holocaustū in odorem suauissimū dño vitulos de armēto tredecim arietes duos: agnos anniculos immaculatos quatuordecim: et in libamentis eorū: simile oleo cōsperse: tres decimas ꝙ vitulos singulos qui sunt simul vituli tredecim: et duas decimas arieti uno: id ē simul arietibꝫ duobus ⁊ decimam decime agnis singulis ꝙ sunt simul agni quatuordecim: ⁊ hircum ꝙ peccato absq; holocausto sempiterno: ⁊ sacrificio ⁊ libamine eius. In die altero offeres vitulos de armento duodecim: arietes duos: agnos āniculos immaculatos quatuordecim: sacrificiaq; ⁊ libamina singulorꝫ ꝙ vitulos ⁊ arietes ⁊ agnos rite celebrabis: ⁊ hircum pro peccato absq; holocausto sempiterno sacrificio q; eius ⁊ libamine. Die tercio offeres vitulos undecim: arietes duos: agnos anniculos immaculatos quatuordecim: sacrificiaq; ⁊ libamina singulorꝫ per vitulos et arietes ⁊ agnos rite celebrabis: ⁊ hircum pro peccato absq; holocausto sempiterno: sacrificioq; et libamine eius. Die quarto offeres vitulos decem: arietes duos agnos anniculos immaculatos q̄tuordecim: sacrificiaq; et libamina singulorum per vitulos ⁊ arietes ⁊ agnos rite celebrabis: et hircū ꝙ peccato absq; holocausto sempiterno sacrificioq; eius et libamine. Die quinto offeres vitulos nouem: arietes duos: agnos anniculos immaculatos quatuordecim: sacrificiaq; et libamina singulorꝫ per vitulos et arietes et agnos rite celebrabis: et hircum pro peccato absq; holocausto sempiterno sacrificioq; eius et

RESERVED © Biblioteca Apostolica Vaticana

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0163
powered by DWork • Heidelberg University Library

libamine. Die septo offeres vitulos duos arietes duos · agnos anniculos immaculatos quatuordecim: sacrificia eorū & libamina singulorū & vitulos & arietes et agnos rite celebrabis: et hircū pro peccato absq; holocausto sempiterno sacrificioq; eius & libamine. Die octauo quia festa celebrabimus · omne opus seruile non facietis offerentes holocaustum in odorem suauissimū dño vitulū unū arietem unum · agnos anniculos immaculatos septē: sacrificiaq; & libamina singulorum per vitulos et arietes et agnos rite celebrabis · & hircum pro peccato absq; holocausto sempiterno sacrificioq; eius & libamine. Hec offerētis domino in solemnitatibus vestris: preter vota et oblationes spontaneas in holocausto · in sacrificio in libamine et in hostiis pacificis.

Narrauitq; moyses filiis israhel omnia que ei dominus imperarat: & locutus est ad principes tribuū filiorū israhel. Iste est sermo quē precepit dominus. Si quis viroq; votū domino vouerit · aut se constrinxerit iuramento: nō faciet irritum verbū suū: sed oīne qđ promisit implebit. Mulier si quippiā vouerit et se constrinxerit iuramento que ē in domo patris sui · & in etate adhuc puellari: si cognouerit pater votū qđ pollicita ē · & iuramentū quo obligauit animā suā & tacuerit: vota rea erit. Quicquid pollicita est et iurauit · opere oplebit. Sinaūt statim ut audierit cōtradixerit pater: & vota et iuramēta eius irrita erūt: nec obnoxia tenebit sponsioni eo q cōtradixerit pater. Si maritū habuerit et vouerit aliquid & semel de ore eius verbū egrediens · animam ei obligauerit iuramento: quo die audierit vir & nō contradixerit · vota rea erit: reddetq; qcquid promiserat. Sinaūt audiēs statim contradixerit & irritas fecerit pollicitationes ei · verbaq; quibs obstrinxerat animam suā: placabilis erit ei dns. Vidua et repudiata quicquid vouerint reddent. Vxor in domo viri cum se voto constrinxerit & iuramento: si audierit vir & tacuerit nec cōtradixerit sponsioni: reddet qcquid promiserat. Sinautem extimplo cōtradixerit: nō tenebitur promissionis rea quia maritus contradixit: & dns ei propitius erit. Si vouerit et iuramento se astrinxerit ut per ieiunium uel cetera rerum abstinentiam affligat animā suam: in arbitrio viri erit si faciat siue nō faciat. Quod si audiens vir tacuerit et in alterā diē distulerit sententiā: quicquid vouerat atq; promiserat reddet: quia statim ut audiuit tacuit. Sinautem contradixerit postq; reticuit: portabit ipe iniquitatem eius. Iste sunt leges quas cōstituit dominus moysi inter virum et vxorē: inter patrē & filiā q in puellari adhuc etate est: uel que manet in parentis domo.

Locutusq; est dominus ad moysen dicēs. Vlciscere prius filios israhel de madianitis: & sic colligeris ad populum tuum. Statimq; moyses armate inquit ex vobis viros ad pugnam: qui pergant ultionē domini ex pectore de madianitis. Mille viri de singulis tribubus eligantur ex israhel:

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0164
powered by DWork • Heidelberg University Library

qui mitant ad bellū. Dederūq; mille-
nos de singulis tribubus id est duode-
cim milia expeditos ad pugnā: quos
misit moyses cū phinees filio eleaza-
ri sacerdotis: vasaq; sancta & tubas ad
clangendū tradidit ei. Cūq; pugnas-
sent cōtra madianitas atq; vicissent.
omnes mares occiderūt & reges eorū
evi et recem. & sur. et ur. et rebe quinq;
principes gentis: balaam quoq; filiū
beor interfecerūt gladio: reperūtq; mu-
lieres eorū et parvulos omniaq; pecō-
ra & cūctam supellectilem. Quicquid
habere potuerant depopulati sunt: cā
urbes q̄z viculos. et castella flamma
consumpsit. Et tulerunt predā et uni-
uersa que reperāt tam ex hominibs q̄z
ex iumentis: & conduxerūt ad moysen
eleazarū sacerdotem & ad omnē mul-
titudinem filiorū israhel. Reliqua aūt
utensilia portauerūt ad castra in cam-
pestribs moab: iuxta iordanen contra
iherycho. Egressi sunt aūt moyses et
eleazar sacerdos & omnes principes
synagoge ī occursum eorum extra ca-
stra. Iratusq; moyses principibs exer-
citus tribunis & centurionibus q̄ vene-
rant de bello ait. Cur feminas reser-
vastis? Nonne iste sunt qui decepērūt
filios israhel ad suggestionē balaam.
et prevaricari fecerūt vos in dño super
peccato phogor unde et plagas est po-
pulus? Ergo cūctas interfitite. Quic-
quid est generis masculini etiā in par-
vulis. & mulieres que noverūt viros ī
coitu jugulate: puellas aūt et omnes
feminas virgines reservate vobis: et
manete extra castra septē diebus. Qui
occiderit hominē. vel occisum tetigerit:
lustrabit die tercio & septimo. Et de o-
mni preda sive vestimentū fuerit sive
vas et aliquid in utensilia ꝑparatū de
raprarū pilis & pilis & ligno expia-
bitur. Eleazar quoq; sacerdos ad vi-
ros exercitus qui pugnaverāt sic locu-
tus est. Hoc ē preceptū legis: qđ man-
davit dns moysi. Aurū & argentum &
es et ferrum & plumbū et stannū et o-
mne quod potest transire ꝑ flammas.
igne purgabitur: quicquid aūt igne
nō potest sustinere. aqua expiationis
sanctificabitur: & lavabis vestimēta
vestra die septimo. & purificati postea
castra intrabitis. Dixit quoq; domi-
nus ad moysen. Tollite summam eo-
rum que capta sunt ab homine usq;
ad pecus tu & eleazar sacerdos. & prin-
cipes vulgi: divideq; ex equo predā
inter eos qui pugnaverunt et egressi
sunt ad bellū et inter omnē reliquam
multitudinē: et separabis partē domi-
no ab hijs qui pugnaverūt & fuerunt
in bello unam animā de quingentis
tam ex hominibs q̄z ex bobus & asinis
et ovibs: & dabis eam eleazaro sacerdo-
ti: quia primitie domini sunt. Ex me-
dia quoq; parte filiorū israhel accipies
quinquagesimū caput hominū & bou
et asinoz & ouiū cunctorūq; animan-
tium: & dabis ea levitis qui excubant
in custodijs tabernaculi dñi. Fecerunt
q̄z moyses et eleazar sicut preceperat
dominus. Fuit autem preda quā exer-
citus reperat. ovium sexcēta septuagīta
quinq; milia: bouū septuaginta duo
milia. asinorū sexaginta milia & mil-
le: animē hominū sexus femineī q̄ nō
cognoverāt viros. triginta duo milia.
Dataq; ē media pars hijs qui in pre-
lio fuerāt. ovium trecenta triginta sex
milia quingente. e quibus in partem
domini supputate sunt oves sexcente
septuaginta quinq;. & de bobus trigin-
ta sex milibz boues septuagīta & duo:

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0165
powered by DWork • Heidelberg University Library

de asinis triginta milibꝫ quingentis. asinꝰ sexagintaunus. De animabus hominū sedecim milibꝫ. cessērūt in partem dñi triginta due animē. Tradidit qꝫ moyses numerū primitiarū dñi eleazaro sacerdoti sicut fuerat ei imperatū ex media parte filiorꝫ israhel: quā separauerat his qui in prelio fuerāt. De media vero parte que contigerat reliquę multitudini id est de ouibꝫ trecentis triginta septem milibꝫ quingentis. et de bobus triginta sex milibꝫ. et de asinis triginta milibus quingentis. et de hominibꝫ sedecim milibꝫ tulit moyses quinquagesimū caput: et dedit leuitis qui excubabant in tabernaculo dñi: sicut preceperat dñs. Cumqꝫ accessissent principes exercitus ad moysen et tribuni centurionesqꝫ dixerūt. Nos serui tui recensuimus numerꝫ pugnatorꝫ quos habuimꝰ sub manu nra: et ne vnꝰ quidem defuit. Obhanc causā offerimꝰ in donarijs dñi singuli qđ in preda auri potuimꝰ inuenire periscelides et armillas anulos et dextralia ac murenulas: ut deprecetis pro nobis dñm. Susceperuntqꝫ moyses et eleazar sacerdos omne aurū in diuersis speciebꝫ pondo sedecim milia septingentos quinquaginta siclos: a tribunis et centurionibꝫ. Vnusquisqꝫ enim qđ in preda rapuerat suū erat. Et susceptū intulerunt in tabernaculū testimonij: in monimentū filiorꝫ israhel coram dño. xxxij.

Filij aūt ruben et gad habebant pecora multa: et erat illis iumentis infinita substantia. Cumqꝫ vidissent iazer et galaad aptas animalibus alendis terras: venerunt ad moysen et ad eleazarum sacerdotē et principes multitudinis: atqꝫ dixerūt. Astaroth et dibon et iazer et nemra et ebon et eleale et sabam et nebo et beon terrā quā percussit dñs in conspectu filiorū israhel. regionis vberrime est ad pastū animaliū: et nos serui tui habemus iumenta plurima: precamurqꝫ si inuenimus gratiā coram te. ut des nobis famulis tuis eam in possessionē nec facias nos transire iordanem quibus respondit moyses. Siquid fratres vestri ibunt ad pugnā: et vos hic sedebitis? Cur subuertitis mentes filiorū israhel. ne transire audeant in locum quē eis daturus est dñs? Sonne ita egerunt pres vestri. quādo missi de cadesbarne ad explorandā terrā? Cumqꝫ venissent usqꝫ ad vallem botri lustrata omni regione subuerterūt mentes filiorum israhel ut nō intrarēt fines quos eis dñs dedit: qui iratꝰ iurauit dicēs. Si videbunt homines q̄ ascenderūt ex egipto a viginti ānis et supra terram quā sub iuramento pollicitus sum abraham ysaac et iacob: et noluerūt sequi me preter caleph filiū iephone cenezeum et iosue filiū nun. Isti impleuerunt voluntatem meā. Iratusqꝫ dñs aduersum isrl circunduxit eum per desertum quadraginta ānis: donec consumeretur vniuersa generatio que fecerat malū in cōspectu eiꝰ. Et ecce inquit vos surrexistis p patribus vris incrementa et alumni hominū peccatorū: ut augeretis furorē dñi contra israhel. Quod si noluerītis sequi eum i solitudine plm derelinquet: et vos causa eritis necis omniū. At illi ꝓpe accedentes dixerunt. Caulas ouium fabricabimus et stabula iumentorū. parunlisqꝫ quoqꝫ nris vrbes munitas: nos autem ipi armati et accincti pgemus ad prelium ante filios israhel: donec introducamꝰ eos ad loca sua. Parunli

nostrī et quicquid habere possumus e-
runt in urbibꝫ muratis ꝓpter habita-
torum insidias. Non reuertemur ī do-
mos nr̄as usqꝫ dum possideant filij
israhel hereditatē suam: nec quicqꝫ que-
rimus trans iordanen· quia iam habe-
mus possessionem nr̄am in orientali
eius plaga. Quibꝫ moyses ait. Si fa-
citis quod promittitis expediti pergi-
te cor̄ dn̄o ad pugnā· et oīs vir bel-
lator armat⁹ iordanen transeat· donec
subuertat dominus inimicos suos·
et subiciatur ei oīs terra: tunc reitis
inculpabiles apud deum et apud isra-
hel: et obtinebitis regiones quas vul-
tis cor̄ dn̄o. Si autē qđ dicitis nō fe-
ceritis: nulli dubium ē quin peccetis in
deū: et sciote quoniā peccatū vr̄m appre-
hendet vos. Edificate ergo vrbes par-
vulis vestris et caulas et stabula qui-
bus ac iumentis: et qđ pollicīi estis
implete. Dixerunt ꝙ filij gad et ruben
ad moysen. Serui tui sum⁹. Faciem⁹
qđ iubet dn̄s noster. Parvulos vr̄os
et mulieres et pecora ac iumenta relin-
quemus in urbibꝫ galaad: nos aut̄
famuli tui oīes expediti ꝓgredim⁹ ad
bellum sicut tu dn̄e loqueris. Precepit
ergo moyses eleazaro sacerdoti et io-
sue filio nun et principibus familiar
tribus israhel: et dixit ad eos. Si trans-
ierint filij gad et filij ruben vobiscum
iordanen oīes armati ad bellū cor̄
domino· et vobis fuerit terra subiecta:
date eis galaad in possessionē. Si au-
tem noluerint transire vobiscum ī ter-
ram chanaan: inter vos habitandi ac-
cipiant loca. Respōderuntꝫ filij gad·
et filij ruben. Sicut locutus est dn̄s ser-
uis suis ita faciemus. Ipi armati per-
gemus cor̄ dn̄o ī terram chanaan: et
possessionē iā sortite nos cōtinebit
trans iordanen. Dedit itaqꝫ moyses
filijs gad et ruben et dimidie tribui
manasse filij ioseph regnū seon regis
amorrei et regnū og regis basan: et ter-
ram eorū cum urbibus suis per circu-
itum. Igit̄ extruxerunt filij gad dibon
et aththaroth et aroer et roth et sophan
et iazer iectaa et bethnemra et betharan
urbes munitas: et caulas pecoribus
suis. Filij vero ruben edificauerūt esse-
bon et eleale et cariathaim et nabo et ba-
almeon vertis nominibus: sabama q̄: im-
ponentes vocabula urbibꝫ quas
extruxerāt. Porro filij machir filij ma-
nasse pregressi sunt in galaad: et vastaue-
runt eam interfecto amorreo habitato-
re eius. Dedit ergo moyses terrā ga-
laad machir filio manasse: qui habi-
tauit in ea. Iair autem filius manasse
abiit et occupauit vicos eius: quos
appellauit auothiair id ē villas iair.
Nobe quoqꝫ profectus et apprehendit
canath cum vicinis suis: vocauitqꝫ
eam ex nomine suo nobe.

Hec sunt mansiones filiorū israhel qui egressi sunt de egipto per
turmas suas ī manu moysi et aaron:
quas descripsit moyses iuxta castro-
rum loca que dn̄i iussione mutabant. Pro-
fecti igitur de ramesse mense primo
quintadecima die mensis primi: fece-
runt altera die phase filij israhel ī ma-
nu excelsa videntibus cunctis egiptijs: et
sepelientibus primogenitos quos per-
cusserat dominus. Nam et in dīs eo-
rum exercuerat ultionem. Castrametā-
ti sunt in soccoth: de soccoth venerunt
in etham que est in extremis finibus
solitudinis. Inde egressi venerunt con-
tra phiairoth que respicit beelsephon:
et castrametati sunt ante magdalum.
Profectiqꝫ de phiairoth transierūt per

mediū mare ī solitudinē: et ambulantes tribus diebꝫ p deserti etiam castrametati sunt ī mara. Profectiq; de mara venerunt in helim vbi erant duodecim fontes aquarꝫ ⁊ palme septuaginta: ibiq; castrametati sunt. Sed ⁊ inde egressi: fixerūt tētoria sup mare rubrū. Profectiq; de mari rubro castrametati sunt in deserto synai: vnde egressi venerunt in dephca. Profectiq; de dephca castrametati sunt in halus egressiq; de halus · raphidim fixere tentoria · vbi populo defuit aqua ad bibendū. Profectiq; de raphidim: castrametati sunt in deserto synai. Sed et de solitudine synai egressi · venerūt ad sepulcra cōcupiscentie: profectiq; de sepulcris concupiscentie castrametati sunt ī asseroth: et de asseroth venerūt in rethma. Profectiq; de rethma castrametati sunt in remonphares: vnde egressi venerūt ī lebna. De lebna castrametati sunt ī relsa: egressiq; de relsa venerunt ī reelatha. Vnde profecti castrametati sunt in monte sepher: egressi de monte sepher venerunt in arada. Inde profecti ceres castrametati sunt ī maceloth: profectiq; de maceloth: venerunt in taath. De taath castrametati sūt in thare: vnde egressi fixere tentoria ī mercha ⁊ de mercha castrametati sunt in elmona: profectiq; de elmona venerūt ī moseroth. Et de moseroth castrametati sunt in banechaan: profectiq; de banechaan venerunt in montem gadgad. Vnde profecti castrametati sūt ī iethebatha: et de iethebatha venerūt in ebrona. Egressiq; de ebrona castrametati sunt in asiongaber: inde profecti venerunt in desertum syn. Hec est cades. Egressiq; de cades castrametati sūt ī mōte or: in extremis finibꝫ ire edom. Ascenditq; aaron sacerdos in mōtem or iubente domino: ⁊ ibi mortuus est anno quadragesimo egressionis filiorū israhel ex egipto mense quinto p̄mo die mensis cū esset annorū centumviginti trium. Audiuitq; chananeus rex arad · q̄ habitabat ad meridiem: ī terrā chanaan venisse filios isrl'. Et profecti de monte or castrametati sūt in salmona: vnde egressi venerunt in phinon. Profectiq; de phinon castrametati sunt in oboth: ⁊ de oboth venerūt ī ieabarim q̄ ē ī finibꝫ moabitarꝫ. Profectiq; de ieabarim fixere tentoria in dibongad: vnde egressi castrametati sunt in elmon deblathaim. Egressiq; de elmon deblathaim venerunt ad montes abarim contra nabo: profectiq; de montibus abarim transierūt ad campestria moab sup iordanen contra iericho. Ibiq; castrametati sūt de bethsimon usq; ad bellathim in planorib loris moabitarum: vbi locutus ē dominꝰ ad moysen. Precipe filijs israhel: ⁊ dic ad eos. Quando transieritis iordanen intrantes terram chanaan · dispdite cūctos habitatores terre illius: cōfringite titulos ⁊ statuas comminuite atq; oīa excelsa vastate: mundantes terram et habitantes in ea. Ego enim dedi vobis illam in possessionem: quā dīuidetis vobis sorte. Pluribus dabitis latiorem: ⁊ pauciorib angustiorem. Singulis ut sors cecderit: ita tribuetur hereditas. Per tribus ⁊ familias possessio diuidetur. Si autem nolueritis interficere habitatores terre: qui remanserint · erunt vobis quasi claui in oculis et lancee in lateribꝫ et aduersabuntur vobis in terram habitationis vestre: et quicquid illis cogitaueram facere vobis faciā. PERUM

Locutusq; ē dominus ad moysen dicens. Precipe filijs israhel: et dices ad eos. Cum ingressi fuerius terram chanaan: ⁊ in possessionē vobis sorte cesserit: hijs finibus terminabit. Pars meridiana incipiet a solitudine syn que est iuxta edom: et habebit terminos contra orientē mare salsissimum: qui circuibunt australē plagā per ascensum scorpionis: ita ut transeant in senna ⁊ perueniant ad meridiē usq; ad cadesbarne: unde egredient confinia ad villam nomine adar et tendent usq; asemona. Ibiq; q̄ gyrum terminus ab asemona usq; ad torrentē egypti: ⁊ magnū maris litore finietur. Plaga autē occidentalis a mari magno incipiet: ⁊ ipso fine claudē. Porro ad septentrionalē plagam a mari magno terminī incipient pertinentes usq; ad montem altissimū: a quo venient in emath usq; ad terminos sedada: ibuntq; confinia usq; ad ebrona et villam henan. Hij erunt terminī in parte aquilonis. Inde metabuntur fines contra orientalem plagā de villa henan usq; sephama: ⁊ de sephama descendent terminī i reblatha cōtra fontē daphnim. Inde pertinent contra orientem ad mare aenereth ⁊ tendēt usq; iordanem: ⁊ ad ultimū salissimo claudentur mari. Hanc habebitis terram per fines suos in circuitu. Precepitq; moyses filijs israhel dicens. Hec erit terra quā possidebitis sorte: ⁊ quā iussit dominus dari nouem tribubs ⁊ dimidie tribui. Tribus enī filiorū ruben p̄ familias suas et tribus filiorū gad iuxta cognationū numerum: media quoq; tribus manasse id est due semis tribus acceperunt partem suam trans iordanem cōtra iericho ad orientalē plagā.

Et ait dñs ad moysen. Hec sūt nomina virorū qui terram dividant vobis. Eleazar sacerdos ⁊ iosue filius nun: et singuli principes de tribubs singlis quorū infra sunt vocabula. De tribu iuda: caleph filius iephone. De tribu symeon: samuhel filius amiud. De tribu beniamin: helidad filius chaselon. De tribu filiorū dan: bocci filius iogli. Filiorū ioseph de tribu manasse: hanniihel filius ephot. De tribu ephraim: camuhel filius septhan. De tribu zabulon: helisaphan filius pharnach. De tribu ysachar: duxi phaltihel filius ozan. De tribu aser: ahiud filius salomi. De tribu neptalim: phedahel filius amiud. Hij sūt quibus precepterat dñs ut dividerēt filijs israhel terrā chanaan.

Nec quoq; locutus ē dñs ad moysen i campestribs moab supra iordanem contra iericho. Precipe filijs israhel ut dent leuitis de possessionibus suis urbes ad habitandū et suburbana eaq; p circuitū: ut ipsi in oppidis maneant: ⁊ suburbana sint pecoribs ac iumentis: que a muris ciuitatum foris circuitus p circuitum mille passuum spacio tendentur. Contra orientem duo milia erunt cubitī: ⁊ contra meridiem similiter erūt duo milia. Ad mare quoq; qđ respicit occidentē eadem mensura erit: ⁊ septentrionalis plaga equali termino finietur. Erunt q; urbes in medio: ⁊ foris suburbana. De ipsis aūt oppidis q̄ leuitis dabitis sex erunt in fugitiuorū auxilia separata: ut fugiat ad ea qui fuderit sanguinem: et exceptis hijs alia quadraginta duo oppida: id ē simul quadraginta octo cum suburbanis suis. Ipseq; urbes que dabuntur de possessionibs filiorū israhel: ab hijs q̄ plus habent

plures auferent: ꝛ ꝙ minus pauciores. Singuli iuxta mensurã hereditatis sue dabunt oppida leuitis. Ait dñs ad moysen. Loquere filijs israhel: ꝛ dices ad eos. Quando transgressi fueritis iordanen in terrã chanaan: decernite ꝙ urbes esse debeãt ꝑ presidia fugitiuoꝝ: qui nolentes sanguinem fuderint: in quibus cũ fuerit profugus: cognatus occisi eum occidere nõ poterit: donec stet in conspectu multitudinis: ꝛ causa illi⁹ iudicetur. De ipsis autẽ urbibus que ad fugitiuorũ subsidia separanẽ tres erunt trans iordanen ꝛ tres in terra chanaan: tã filijs israhel ꝙ aduenis atq; peregrinis: ut confugiat ad eas: qui nolens sãguinẽ fuderit. Si quis ferro percusserit ꝛ mortuus fuerit ꝙ percussus est: reus erit homicidij: ꝛ ipe morietur. Si lapidem iecerit ꝛ ictus occubuerit: similiter puniet. Si ligno percussus interierit: percussoris sanguine vindicabitur. Propinquus occisi homicidam interficiet: statim ut apprehenderit eum percutiet. Si per odium quis hominẽ impulerit uel iecerit quippiã in eum per insidias: aut cũ esset inimicus manu percusserit ꝛ ille mortuus fuerit: percussor homicidij reus erit. Cognatus occisi statim ut inuenerit eũ iugulabit. Quod si forte sine odio et absq; inimicicijs quicq; horũ fecerit: ꝛ hoc audiente populo fuerit comprobatũ: atq; inter percussorem et propinquũ sãguinis questio uentilata: liberabit innocens de ultoris manu: ꝛ reducetur ꝙ sententiã in urbem ad quã cõfugerat: manebit q; ibi donec sacerdos magnus ꝙ oleo sancto unct⁹ est moriat. Si interfector extra fines urbiũ que exulibus deputate sunt fuerit inuentus et percussus ab eo qui ultor est sanguinis: absq; noxa erit qui eum occiderit. Debuerat enim profugus usq; ad mortem pontificis in urbe residere. Postq; aũt ille obierit: homicida reuertetur in terrã suã. Hec sempiterna erunt ꝛ legitima: ĩ cunctis habitationibꝫ vrĩs. Homicida sub testibus punietur. Ad uni⁹ testimoniũ nullus cõdemnabitur. Nõ accipietis precium ab eo qui reus ẽ sanguinis: statim ꝛ ipe morietur. Exules ꝛ profugi ante mortem pontificis nullomodo in urbes suas reuerti poterunt ne polluatis terram habitationis vre ꝙ infonium cruore maculat: nec aliter expiari potest nisi per eius sanguinem: qui alterius sanguinẽ fuderit: ita emundabitur vra possessio me ꝛmorãte vobiscum. Ego enim sum dom⁹: qui habito inter filios israhel.

Accesserunt aũt ꝛ principes familiarũ galaad filij machir filij manasse de stirpe filioꝝ ioseph: locuti sunt moysi corã principibus israhel atq; dixerunt. Tibi dño nostro ꝓcepit dominus ut terrã sorte diuideres filijs israhel: et ut filiabꝫ salphaad fratris nostri dares possessionẽ debitã patri: quas si alterius tribus homines uxores acceperint sequetur possessio sua et trãllata ad aliã tribũ de nra hereditate minuetur: atq; ita fiet ut cũ nubile⁹ id est quinquagesimus ãnus remissionis aduenerit confundatur sortium distributio ꝛ alioꝝ possessio ad alios transeat. Respõdit moyses filijs isrl: et domino precipiente ait. Recte tribꝫ filiorũ ioseph locuta est: ꝛ hec lex super filiabꝫ salphaad a dño promulgata est. Nubant quibus volunt tantũ ut sue tribus hominibꝫ: ne cõmisceatur possessio filiorum isrl de tribu in tribũ. Omnes enim uiri ducent uxores de tribu

Biblioteca Apostolica Vaticana © RESERVED

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0170
powered by DWork • Heidelberg University Library

et cognatione sua-et cunctę femine de eadem tribu maritos accipient:ut hereditas permaneat in familijs nec sibi misceantur tribus:sed ita manēt ut a domino separate sunt. Fecerūtq; filie salphaad ut sibi fuerat imperatū-et nupserūt malaa et thersa et egla et melcha et noa filijs patrui sui de familia manasse q̄ fuit filius ioseph:et possessio q̄ illis fuerat attributa mānsit in tribu et familia pris earū. Hec sunt mādata atq; iudicia q̄ mādauit dñs p manū moysi ad filios isrl in campestribus moab supra iordanem ꝯra iherichō.

Filij estote dñi dei vestri. Nō vos incidetis: nec facietis caluitium inter oculos mortuo: quia dñs sanctus es dño deo tuo: et te elegit ut sis ei in populu peculiarem de cunctis gentibus que sunt super terra. Non comedatis que immunda sunt. Hoc est animal qđ comedere debetis: bouem & ouem et capram cervum et capream bubalum tragelaphum pigargum origem camelopardulum. Omne animal qđ in duas partes findit ungulam & ruminat comedetis: de hijs aut que ruminant et ungulam non findunt hec comedere nō debetis: camelum leporem hyrogrillum. Quia ruminant & non diuidunt ungulam: munda erunt vobis. Sus quoq; quia diuidit ungulam et nō ruminat: immunda erit. Carnibus eorum nō vescemini: et cadauera nō tangetis. Hec comedetis ex omnibus q morantur in aquis. Que habent pinnulas et squamas comedite: que absq; pinnulis & squamis sunt ne comedatis quia immunda sunt. Omnes aues mundas comedite. Immundas ne comedatis: aquilam gallicer et grephum: & aliguu ixion & vultureum ac miluum iuxta genus suum et omne coruum genetis: et struthionem ac noctuam & larum atq; accipitrem iuxta genus suum: herodium ac cygnum et ibin ac mergulum porphirionem & nicticoracem onocrotalum & caradrium singula in genere suo: upupam quoq; et vespertilionem: et omne qđ reptat et pinnulas habet immundum erit et nō comedetur. Omne quod mundum est comedite. Omnequid aut morticinum est: ne vescamini ex eo. Peregrino qui intra portas tuas est da ut comedat aut vende ei quia tu populus sanctus dñi dei tui es. Nō coques hedum in lacte matris sue. Decimam partem separabis de cunctis fructibus tuis qui nascuntur in terra per annos singulos: et comedes in conspectu dñi dei tui in loco quem elegerit ut in eo nomen illius inuocetur: decimam frumenti

nũ ⁊ vini ⁊ olei·et pmogenita de armẽ-
tis et ouibꝫ tuis: ut discas timere do-
minũ deũ tuũ omni tempore. Cũ aũt
longior fuerit via·et loꝰ quẽ elegerit
dñs deus tuus·tibiꝫ benedixerit·nec
poteris ad eum hec cũcta portare: ven-
des omnia ⁊ in preciũ rediges porta-
bilꝫ manu tua et pficiscens ad locũ
quẽ elegerit dñs deus tuus: et emes ex
eadẽ pecunia quicquid tibi placuerit
siue ex armentis siue ex ouibꝫ. Vinũ
quoꝫ et sicerã ⁊ oñe quod desiderat
anima tua: ⁊ comedens coram dño deo
tuo: et epulaberis tu et domus tua et
leuita qui intra portas tuas ẽ. Cave
ne derelinquas eũ: quia nõ habet ali-
am partem ĩ possessione tua. Anno
tercio separabis aliã decimã ex oñibꝫ
que nascunt tibi eo tempore ⁊ repones
intra ianuas tuas: veniesqꝫ leuites q̃
aliam nõ habet partẽ nec possessionẽ
tecum et peregrinus ac pupillus et vi-
dua qui intra portas tuas sunt ⁊ com-
edent et saturabunt: ut benedicat tibi
dominus deus tuus in cunctis operi-
bus manuum tuarꝫ q̃ feceris.

Septimo anno facies remissionẽ:
que hoc ordine celebrabit. Cui
debetur aliquid ab amico uel pximo
ac fratre suo repetere nõ poterit: quia
annus remissionis est dñi. Peregrino
et aduena exiges: ciuem et pximum
repetendi nõ habes potestatẽ. Et oñi-
no indigens ⁊ mendicus nõ erit inter
vos: ut benedicat tibi dñs deus tuus
in terra quã traditurus est tibi ĩ posses-
sionem: si tamen audieris vocem dñi
dei tui·⁊ custodieris vniuersa que iussit
et que ego hodie pcipio tibi: benedicet
tibi ut pollicitus ẽ. Fenerabis gentibꝫ
multis: ⁊ ipe a nullo accipies mutuũ.
Dominaberis nationibus plurimis:
et tui nemo dominabit. Si unus de
fratribus tuis qui morãtur intra por-
tas ciuitatis tue in terra quã dñs deꝰ
tuus daturus est tibi·ad paupertatem
deuenerit: non obdurabis cor tuũ·nec
contrahes manũ sed aperies eam pau-
peri: et dabis mutuũ quo eũ indigere
perspexeris. Cave ne forte subrepat ti-
bi impia cogitatio et dicas ĩ corde tuo
appropinquat septimꝰ ãnus remissi-
onis: ⁊ averras oculos a paupere fra-
tre tuo·nolens ei quod postulat mu-
tuum commodare ne clamet contra
te ad dñm ⁊ fiat tibi in peccatum: sed
dabis ei. Nec ages quippiam callide
in eius necessitatibus subleuãdis: ut
benedicat tibi dominus deus tuus in
omni tempore et in cunctis ad q̃ ma-
num miseris. Non deerunt pauperes
in terra habitationis tue: idcirco ego
pcipio tibi·ut aperies manũ fratri
tuo egeno et pauperi: qui tecũ versatur
in terra. Cũ tibi venditus fuerit frater
tuus hebreus aut hebrea·⁊ sex ãnis ser-
uierit tibi: in septimo anno dimittes
eum liberũ. Et quẽ libertate donaveris
nequaqꝫ vacuũ abire patieris: sed da-
bis viaticũ de gregibꝫ·et de area ⁊ tor-
cular tuo quibus dñs deus tuꝰ benedi-
xerit tibi. Memento q̃ et ipe seruieris
in terra egipti·et liberauerit te dñs deꝰ
tuus: et idcirco ego nũc pcipio tibi.
Si quis dixerit nolo egredi eo q̃ dili-
gat te et domũ tuã·et bene sibi apud
te esse senserit: assumes subulam et pe-
forabis aurem eius in ianua domus
tue: ⁊ erit tibi usqꝫ in eternũ. Ancille
quoꝫ similiter facies. Non averres
ab eis oculos tuos·quãdo dimiseris
eos liberos·qui iuxta mercedẽ mercena-
rii·per sex annos seruierunt tibi: ut be-
nedicat tibi dñs deꝰ tuꝰ ĩ cunctis opib

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0187
powered by DWork • Heidelberg University Library

que agis. De ꝓmogenitis q̄ nascunt̄ in armentis et ouibus tuis quicquid est sexus masculini sanctificabis dño deo tuo. Non operaberis in ꝓmogenito bouis: et nō tondebis primogenita ouium. In conspectu dñi dei tui comedes ea p ānos singulos in loco quē elegerit dñs tu⁹ et domus tua. Si aut habuerit maculam et uel claudū fuerit uel rectum aut in aliqua parte deforme uel debile nō immolabis dño deo tuo: sed intra portas urbis tue comedes illud. Tā mūdus q̄ immūdus similit̄ uescent̄ eis ut̄ caprea et cerua. Hoc solū obseruabis ut sāguinē eorū nō comedas: sed effundes in terrā quasi aquā.

Obserua mensem nouaꝝ frugum et uerni primū ꝓteris ut facias phase dño deo tuo: quoniā in isto mense eduxit te dñs deus tuus de egipto nocte. Immolabisq; phase domino deo tuo de ouibus et de bubꝫ in loco quē elegerit dñs de⁹ tu⁹: ut habiter nomē eius ibi. Nō comedes i eo panem fermentatū. Septē diebꝫ comedes absq; fermēto afflictionis. panē: quū in pauore egressus es de egipto: ut memineris diei egressionis tue de egipto oīb⁹ diebꝫ uite tue. Nō apparebit fermentatū in oīb⁹ terminis tuis septem diebꝫ: et nō remanebit de carnibus eius q̄ immolatū e uespere. in die primo mane. Non poteris immolare phase in qualibet urbiū tuarū quas dñs deus tuus datur⁹ est tibi: sed in loco quē elegerit dominus de⁹ tuus ut habiter nomen eius ibi. Immolabis phase uespere ad solis occasum quādo egressus es de egipto: et coques et comedes i loco quē elegerit dñs de⁹ tu⁹: manēq; surgēs uades i tabernacula tua. Sex diebꝫ comedes azima: et in die septima quia collecta est dñi dei tui nō facies opus. Septem ebdomadas numerabis tibi ab ea die qua falcem i segetem miseris et celebrabis diem festū ebdomadarū domino deo tuo. oblationē spontaneā man⁹ tue quā offeres iuxta benedictionē dñi dei tui: et epulaberis corā dño deo tuo tu et filius tuus et filia tua et seruus tuus et ācilla tua et leuites qui ē intra portas tuas. et aduena ac pupillus et uidua qui morant̄ uobiscū i loco quē elegerit dominus deus tuus ut habiter nomen eius ibi: et recordaberis quoniā seruus fueris i egipto: custodiesq; ac facies que ꝓcepta sunt. Solemnitatē quoq; tabernaculorū celebrabis ꝑ septem dies quando collegeris de area et torcular fruges tuas: et epulaberis in festiuitate tua tu et filiꝰ tuus et filia et seruus tuus et ancilla: leuites quoq; et aduena. et pupillꝰ et uidua q̄ intra portas tuas sunt. Septem diebus domino deo tuo festa celebrabis in loco quē elegerit dominus: benedicetq; tibi dominus deus tuus i cūctis fructibꝫ tuis et i oīb⁹ opere manuū tuaꝝ: eritq; in letitia. Tribꝫ uicibꝫ p annū apparebit oīe masculinū tuū in aspectu dñi dei tui i loco quē elegerit: i solēnitate azimoꝝ. et i solēnitate ebdomadaꝝ: et in solēnitate tabernaculorū. Nō apparebit ante dominū uacuus: sed offeret unusquisq; secūm q̄ habuerit iuxta benedictionē domini dei sui quā dederit ei. Judices et magistros ostitues in oīb⁹ portis tuis quas dñs de⁹ tuus dederit tibi p singulas tribus tuas ut iudicent populū iusto iudicio: nec in alterā partem declinent. Non accipies psonam nec munera: quia munera excecant oculos sapientū: et mutant

Biblioteca Apostolica Vaticana © ALL RIGHTS RESERVED
ALL RIGHTS RESERVED © Biblioteca Apostolica Vaticana
Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0189
powered by DWork • Heidelberg University Library

© Biblioteca Apostolica Vaticana ALL RIGHTS RESERVED
© Biblioteca Apostolica Vaticana ALL RIGHTS RESERVED
Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0190
powered by DWork • Heidelberg University Library

verba iustorū. Iuste quod iustum est prosequeris: ut vivas & possideas terrā quā dominus deus tuus dederit tibi. Non plantabis lucum & omnem arborem iuxta altare domini dei tui: nec facies tibi atq; constitues statuā: quę odit dominus deus tuus. cvm

Non immolabis dño deo tuo bouem et ouem i quo est macula aut quippiā vicij: quia abominatio est dño deo tuo. Cumq; reperti fuerint apud te intra vnā portaz tuarū quas dñs deus tuus dabit tibi vir aut mulier qui faciant malum i conspectu dominī dei tui & trānsgrediātur pactum illius: ut vadant et seruiant dijs alienis & adorent eos solē & lunā & omnē militiam celi q̄ non precepi & hoc tibi fuerit nūciatū: audieris inquisieris diligenter: et verū esse repereris: et abominatio facta ē in isrl: educes virū ac mulierē q̄ rem sceleratissimā perpetrarūt ad portas ciuitatis tue: et lapidibus obruentur. In ore duoz aut trium testium peribit q̄ interficiet. Nemo occidatur: uno cōtra se dicente testimoniū. Manus testiū prima interficiet eum: et manus reliqui postea extrema mittet: ut auferas malū de medio tui. Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sāguinē & sāguinē: causā & causā: leprā & nō leprā: & iudicū intra portas tuas videris verba variari: surge et ascende ad locū quē elegerit dñs deus tuus: veniesq; ad sacerdotes leuitici generis & ad iudicē q̄ fuerit illo tempore: quęresq; ab eis: q̄ indicabūt tibi iudicij veritatē: & facies quodcunq; dixerint: q̄ presunt loco quē elegerit dñs & doceuerit te iuxta legem eius sequeris: sententiā eoz: nec declinabis ad dextram neq; ad sinistrā. Qui aūt superbierit nolens obedire sacerdotis imperio qui eo tempore ministrat dño deo tuo ex decreto iudicis: morietur homo ille: & auferes malū de isrl: cūctusq; populus audiens timebit ut nullus deinceps intumescat superbia. Cū ingressus fueris terrā quā dñs deus tuus dabit tibi: & possederis eā habitaueris q̄ in illa et dixeris constituā sup me regē sicut habent oēs p circuitū nationes: cū constitues quē dñs deus tuus elegerit de numero fratrū tuoz. Non poteris alterius gentis hominē regē facere: qui non sit frater tuus. Cumq; fuerit cōstitutus: nō multiplicabit sibi equos nec reducet populū in egiptū equitatus numero sublenatus: presertim cū dñs precepit vobis ut nequaq̄ amplius p eandē viā reuertamini. Non habebit vxores plurimas q̄ illiciāt animū eius: neq; argēti & auri immensa pondera. Postq̄ aūt sederit in solio regni sui describet sibi deuteronomiū legis huius i volumine: accipiēs exemplar a sacerdotibus leuitice tribus & habebit secum: legetq; illud oībus diebus vite sue ut discat timere dñm deū suū: et custodire verba et cerimonias eius q̄ in lege precepta sūt. Nec eleuet cor eius i superbiā sup fres suos: neq; declinet in partē dextrā uel sinistrā: ut lōgo tempore regnet ipe & filius eius super israhel. cvm

Non habebunt sacerdotes & leuite et oēs qui de eadem tribu sunt partem & hereditatē cū reliquo israhel: quia sacrificia dñi & oblationes eius comedent. Et nichil aliud accipiēt de possessione fratrū suoz. Dñs enī ipe ē hereditas eoz: sicut locutus ē illis. Ius erit iudicū sacerdotū a populo & ab his q̄ offerūt victimas: siue bouē siue ouē immolauerit debunt sacerdoti armū

ac ventriculū: p̄mitias frumenti vini
et olei ⁊ lanaꝝ partē ex ouiū tonsione.
Ipm enī elegit dñs deus tuꝰ de cunctis
tribubꝫ tuis: ut stet et ministret nomi-
ni dñi dei tui ipe ⁊ filij eiꝰ ī sempiternū.
Si egressus leuites ex una urbiū tuaꝝ ex
oīb⁹ isl in qua habitat et voluerit ve-
nire desiderās locū quē elegerit domi-
nus: ministrabit ī nomīe dñi dei sui
sicut oēs fratres eiꝰ leuite q̄ stabunt
eo tempore corā dño. Partē ciborū
eandē accipiet quā et ceteri: excepto eo
quod ī urbe sua ex paterna ei succes̄io-
ne debet. Quādo ingressus fueris terrā
quā dñs deus tuus dabit tibi cave
ne imitari velis abominationes illa-
rum gentiū: nec inueniat in te qui lu-
stret filiū suū aut filiā ducēs per ignem
aut q̄ ariolos scīsitetur aut obseruet
somnia atq; auguria: ne sit maleficꝰ
ne incātatoꝝ: ne phitones cōsulat nec
diuinos: et querat a mortuis veritatē.
Oīa enī hec abominat dñs: ⁊ prop-
ter istiusmodi scelera delebit eos in
introitu tuo. Perfectꝰ eris ⁊ absq; ma-
cula: cū dño deo tuo. Gentes iste quā-
rum possidebis terrā augures et diui
nos audiūt: tu aūt a dño deo tuo ali-
ter institutꝰ es. Prophetā de gente tua
et de fratribus tuis sicut me suscitabit
tibi dñs deꝰ tuus: ipm audies ut peti-
sti a dño deo tuo ī oreb quādo contio
congregata ē atq; dixisti. Ultra non
audiā vocem dñi dei mei: et ignē hūc
maximū amplius nō videbo ne moria-
ar. Et ait dñs michi. Bene oīa sūt
locuti. Prophetam suscitabo eis de me-
dio fratrū suoꝝ similē tui: et ponā ver-
ba mea ī ore eius: loquetur q; ad eos
oīa que p̄cepero illi. Qui aūt verba
eius n̄ loquetur ī nomīe meo audi-
re voluerit: ego ultor existā. Propheta
aūt qui arrogantia depravatus vo-
luerit loquī in nomīe meo q̄ ego nō
p̄cepi illi ut diceret: aut ex nomīe ali-
orū deoꝝ: interficiet. Quod si tacita
cogitatione respōderis: quomodo pos-
sum intelligere verbū qđ dñs non est
locutus: hoc habebis signū. Quod in
nomīe dñi pphēta ille p̄dixerit et nō
euenerit: hoc dñs nō ē locutus: sed per
tumorem animi sui prophēta confin-
xit: ⁊ idcirco non timebis eū.

Cum disperdiderit dñs deus tuus
gentes quaꝝ tibi traditurus est
terrā: ⁊ possederis eā habitaueris q; ī ur-
bibus eiꝰ ⁊ in edibꝫ: tres ciuitates sepa-
rabis tibi ī medio terre quā dñs deus
tuus dabit tibi ī possessionē sternens
diligenter viā: et in tres equaliter par-
tes totā terre tue prouinciā diuides: ut
habeat e vicino q̄ propter homicidiū
profugus est quo possit cuadere. Hec
erit lex homicide fugientis: cuius vita
seruāda ē. Qui percusserit proximū suū
nescīens: ⁊ q̄ heri ⁊ nudiustercꝰ nullū
contra eū odiū habuisse cōprobat sed
abisse cum eo simpliciter in siluā ad li-
gna cedenda: ⁊ ī succisione lignoꝝ secu-
ris fugerit manu ferrumq; lapsum de
manubrio amicū eiꝰ percusserit et occi-
derit: hic ad unā supradictaꝝ urbium
confugiet ⁊ viuet: ne forte sanguis proxim⁹
eius cuius effusus ē sanguis dolore
stimulatus p̄sequatur et ap̄hendat
eum si longior via fuerit: ⁊ percutiat a-
nimam eiꝰ q̄ nō est reus mortis: quia
nullū odiū cum q̄ occisus ē odiū p̄us
habuisse monstratur. Idcirco p̄cipio
tibi ut tres ciuitates equalis intra se
spacij dividas. Cum aūt dilatauerit
dñs deꝰ tuus fines tuos sicut iura-
uit p̄ribꝫ tuis et dederit tibi cunctā ter-
ram quā eis pollicitus est: si tamen

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0192
powered by DWork • Heidelberg University Library

custodieris mãdata ei⁹ ⁊ feceris que hodie p̃cipio tibi ut diligas dñm deũ tuum ⁊ ãbules ĩ vijs ei⁹ omñi tẽpore: addes tibi tres alias ciuitates ⁊ supradictaꝝ triũ vrbium numeꝝ duplicabis: ut nõ effundat̃ sanguis innoxius in medio tre quã dñs deꝰ tuus dabit tibi possidendã: ne sis sãguinis reus. Si quis aũt odio habẽs proximũ insidiatus fuerit vite ei⁹ surgensq; peculerit illũ et mortuꝰ fuerit fugeritq; ad unã de supradictis vrbibꝫ: mittẽt seniores ciuitatis illi⁹ ⁊ arripiẽt eũ de loco effugij tradentq; ĩ manu proximi cui⁹ sanguis effusus ẽ: ⁊ moriet̃. Nõ misereberis ei⁹: ⁊ auferes noxiũ sãguinẽ de isrl: ut bene sit tibi. Nõ assumes ⁊ transferes finiũs proximi tui quos fixerũt pores ĩ possessione tua: quã dñs deus tuus dabit tibi in tra quã acceperis possidendam. Nõ stabit testis unus cõtra aliquẽ quicquid illud peccati ⁊ facinoris fuerit: sed ĩ ore duoꝝ aut triũ testiũ stabit oñe verbũ. Si steterit testis mẽdax dicta ipsius accusans eũ p̃uaricationis: stabũt ãbo quorũ causa ẽ ãte dñm ĩ cõspectu sacerdotũ ⁊ iudicũ q̃ fuerint ĩ diebꝫ illis. Cũq; diligentissime p̃scrutãtes inuenerit falsũ testẽ dixisse cõtra fratrem suũ mendaciũ: reddent ei sicut fratri suo facere cogitauit · et auferes malũ de medio tui: ut audientes ceteri timorem habeãt ⁊ nequaq̃ talia audeant facere. Non misereberis ei⁹: sed animam pro anima · oculũ pro oculo · dentem pro dente · manũ pro manu: pedem pro pede exiges. Cꝛ

Si exieris ad bellũ dicta ipstes tuos. ⁊ videris equitat⁹ ⁊ currus · ⁊ maiorẽ q̃ tu habeas aduersarij exercitus multitudinẽ: nõ timebis eos q̃a dñs deus tuus tecũ ẽ q̃ eduxit te de terra egipti. Appropinquãte aũt ĩa prelio stabit sacerdos ãte acie: ⁊ sic loquet̃ ad ꝑplm. Audi isrl. Vos hodie cõtra inimicos vros pugnã cõmittitis: non pertimescat cor vrm. Nolite metuere nolite cedere nec formidetis eos: q̃a dñs deus vester ĩ medio vri ẽ: ⁊ pro vobis cõtra aduãrios dimicabit ut eruat vos de periculo. Duces q̃q; p singulas turmas audiẽte exercitu proclamabũt. Quis est homo q̃ edificauit domũ nouã: et nõ dedicauit eã? Vadat ⁊ reuertatur in domũ suã: ne forte moriat̃ in bello et alius dedicet eã. Quis ẽ homo q̃ plantauit vineã: et necdũ fecit eã esse communẽ de qua vesci oñibꝫ liceat? Vadat et reuertat̃ ĩ domũ suã: ne forte moriat̃ in bello et alius homo ei⁹ fungatur officio. Quis ẽ homo q̃ despõdit uxorem ⁊ nõ accepit eã? Vadat ⁊ reuertat̃ in domũ suã: ne forte moriat̃ in bello et alius homo accipiat eã. Hijs dictis addẽt relĩq; ⁊ loquent̃ ad ꝑplm. Quis est homo formidolosus ⁊ corde pauidus? Vadat ⁊ reuertat̃ in domũ suã: ne pauere faciat corda fratrũ suoꝝ sicut ipse timore preteritꝰ ẽ. Cũq; siluerit duces exercitus et finẽ loquẽdi fecerint: unusquisq; suos ad bellũ cuneos ꝑparabit. Si quãdo accesseris ad expugnandã ciuitatẽ: offeres ei pmũ pacẽ. Si receperit ⁊ aperuerit tibi portas: cũctus ꝑplus qui ĩ ea ẽ saluabit̃ · et fuiet tibi sub tributo. Sin aũt fedus inire noluerit et ꝛpetint cõtra te bellũ oppugnabis eã. Cumq; tradiderit dñs deꝰ tuus illã in manu tua: ꝓcties oñe q̃ ĩ ea generis masculini ẽ in ore gladij absq; mulieribꝫ ⁊ infantibꝫ ĩumẽtis ⁊ ceteris q̃ in ciuitate fuit. Omnẽ predã exercitui diuides: ⁊ comedes de spoliis hostiũ tuoꝝ q̃ dñs deꝰ tuus dederit tibi. Sic

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0193
powered by DWork • Heidelberg University Library

facies cūctis ciuitatibꝫ q̄ a te ꝓcul valde sunt: et nō sūt de hijs urbibꝫ quas ī possessionē acceptur⁹ es. De hijs aūt ciuitatibꝫ q̄ dabunt tibi nullū oīno ꝑmittes viuere sed interficies ī ore gladij: ethеum videlicet ⁊ amorreū ⁊ chananeum pherezeū ⁊ eueum ⁊ iebuseū sicut ꝑcepit tibi dñs de⁹ tuus: ne forte doceant vos facere cūctas abominationes quas ipi operati sūt dijs suis: et peccetis in dñm de⁹ vr̄m. Quādo obsederis ciuitatē multo tꝑore ⁊ munitionibus circundederis ut expugnes eā: nō succides arbores de q̄bꝫ vesci potest: nec securibꝫ p circuitū debes vastare regionē quū lignū est ⁊ nō hꝰmo: nec potest bellantiū ꝺra te augere numer⁹. Si qua aūt ligna nō sūt pomifera sed agrestia ⁊ in vsꝰ apta: succide et extrue machinas donec capias ciuitatem que contra te dimicat. Cap. xxi

Quādo inuentus fuerit in terra quā dñs de⁹ tuꝰ dat⁹ est tibi hꝰmin⁹ cadauer occisi: ⁊ ignorabit⁹ cedis re⁹: egredient maiores natu et iudices tui ⁊ metient a loco cadaueris singlas p circuitū spacia ciuitatū: ⁊ quā vicinior rem reperis esse ꝙspexerint seniores ciuitatis illi⁹ tollēt vitulā de armēto que nō traxit iugū nec terrā scidit vomere: et ducent eā ad vallē asperā atq; laxosam q̄ nunq̄ arata est nec sementē recepit: ⁊ rodent in ea cervices vitule. Accedentq; sacerdotes filij leui quos elegerit dñs de⁹ tuꝰ ut ministrēt ei ⁊ benedicāt in nomine ei⁹ ⁊ ad verbū eoꝝ oīe negotiū pendet ⁊ quicquid mūdū uel immundū est iudicet: ⁊ veniet maiores natu ciuitatis illi⁹ ad interfectū lauabūt q; manꝰ suas sup vitulam q̄ in valle cesa est: ⁊ dicent. Manus nr̄e nō effuderūt sāguinē hūc: nec oculi viderunt.

Propitius esto ꝓpl̄o tuo isr̄l quē redemisti dñe: ⁊ nō reputes sāguinē innocentē in medio ꝓpl̄i tui isr̄l. Et auferet ab eis reatus sāguinis: tu aūt alienꝰ eris ab innocentis cruore q̄ fusus est tū feceris q̄d ꝑcepit dñs. Si egressus fueris ad pugnā ꝺra inimicos tuos et tradiderit eos dñs de⁹ tuꝰ ī manu tua captiuosq; duxeris: ⁊ videris ī numero captiuoꝝ mulierē pulcrā ⁊ adamaueris eā voluerisq; habere vxorem: introduces eā ī domū tuā. Que radet crines et circuncidet ungues. ⁊ deponet vestē in qua capta est: sedensq; ī domo tua flebit ꝑrem ⁊ matrē suā uno mense: ⁊ postea intrabis ad eā. dormisq; tū illa: et erit vxor tua. Si aūt postea nō placuerit aīo tuo. dimittes eā liberā: nec vendere poteris pecunia nec opprimere p potestatem: qā humiliasti eā. Si habuerit hꝰmo vxores duas unā dilectā et alterā odiosā genueritq; ex eis liberos et fuerit filiꝰ odiosꝰ ꝑmogenit⁹ volueritq; substantiā inter filios suos diuidere: nō poterit filiū dilecte facere ꝑmogenitum et ꝑferre filiū odiosꝰ: sed filiū odiosꝰ agnoscet ꝑmogenitū dabitq; ei de hijs q̄ habuerit cūcta duplicia. Iste est enī principiū liberoꝝ ei⁹: et huic debent⁹ ꝑmogenita. Si genuerit hꝰmo filiū cōtumacē ⁊ protervū q̄ nō audierit patris ac mr̄is imperiū. ⁊ coherci⁹ obedire cōtemnerit: apprehendēt eū ⁊ ducēt ad seniores ciuitatis illi⁹ ⁊ ad portam iudicij: dicentq; ad eos. Filiꝰ noster iste ꝓtervus et amarus est: monita nr̄a audire cōtemnit. cōmessationibꝰ vacat ⁊ luxurie atq; cōuiuijs: lapidibus eū obruet ꝓpl̄s ciuitat⁹ ⁊ morietur ut auferatis malū de medio vr̄i: ⁊ vniuersus isr̄l audiēs timebit. Quādo peccauerit homo q̄ morte plectendū

Biblioteca Apostolica Vaticana © RESERVED

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0194
powered by DWork • Heidelberg University Library

est: et adiudicatus morti appensus fuerit in patibulo: nō pmanebit cadauer eius in ligno: sed in eadē die sepelietur: qa maledictus a deo ē q pendet in ligno: et nequaq̄ dabis terrā tuā quā dns deus tuus dederit tibi in possessionē. xxij

Non videbis bouē et ouem fratris tui errantē et prętereibis: sed reduces fratri tuo. etiam si nō ē pximus frater tuus nec notus tibi. Duces in domū tuam: et erit apud te q̄diu querat eū frater tuus et recipiat. Similiter facies de asino et de vestimēto: et de omni re fratris tui q̄ perierit: si inueneris eā ne negligas q̄si alienā. Si videris asinū fratris tui aut bouē cecidisse in via: nō despicies sed subleuabis cū eo. Sō induetur mulier veste virili: nec vir utetur veste femínea. Abominabilis enim apud deū est q̄ facit hoc. Si ambulās per viā in arbore uel in terra nidū auis inueneris et matrem pullis uel ouis desuper incubantē: nō tenebis eā cū filijs sed abire patieris captos tenes filios: ut bene sit tibi et lōgo viuas tempore. Cum edificaueris domū nouā facies murū tecti p circuitum ne effundat sanguis in domo tua: et sis reus labente aliquo et in p̄ceps ruente. Sō seres vineā tuā altero semine: ne et semētis quā seminaueris et que nascunt ex vinea pariter sanctificentur. Non arabis in boue simul et asino. Non induetis vestimēto qđ ex lana linoq; cōtextū ē. Funiculos in fimbrijs facies per q̄tuor angulos pallij tui quo operiris. Si duxerit vir vxorē et postea odio habuerit eā quelibetq; occasiones q̄bus diminuat eā obiciens ei nomen pessimū: et dixerit vxorē hanc accepi et ingressus ad eam nō inueni virginē: tollent eā pater et mater eius et ferent secū signa virginitatis ei⁹ ad seniores urbis q̄ in porta sunt: et dicet pater. Filiā meā dedi huic vxorē: quā quia odit imponit ei nomē pessimū ut dicat nō inueni filiā tuā virginē: et ecce hec sūt signa virginitatis filie mee. Expandent vestimentū coram senioribus ciuitatis: apprehendentq; senes urbis illius virū et verberabūt illū. condemnantes insup centū siclis argenti quos dabit p̄i puelle. quū diffamauit nomen pessimū sup virginē israel: habebitq; eā vxorē et nō poterit dimittere omnibus diebus vite sue. Quod si verū est qđ obicit et non est in puella inuenta virginitas: eicient eā extra fores domus p̄ris sui et lapidibus obruent viri ciuitatis illius et morietur quoniā fecit nephas in israhel ut fornicaretur in domo patris sui: et auferes malū de medio tui. Si dormierit vir cū vxore alterius uterq; morientur id est adulter et adultera: et auferes malū de israel. Si puellā virginē desponderit vir et inuenerit eā aliquis in ciuitate et cōcubuerit cum ea: educes utrūq; ad portā ciuitatis illius et lapidibus obruentur: puella qa nō clamauit cum esset in ciuitate: vir quia humiliauit vxorē proximi sui: et auferes malū de medio tui. Si inuenit in agro repererit vir puellā q̄ desponsata est et apprehendēs dormierit cum ea ipse moriet̄ solus: puella nichil patietur nec ē rea mortis: quū sicut latro cōsurgit contra fratrē suum et occidit animā eius ita et puella q̄sta ē. Sola erat in agro: clamauit et nullus affuit q̄ liberaret eā. Si inuenerit vir puellam virginē que non habet sponsum et apprehendēs concubuerit cū illa et res ad iudiciū venerit: dabit qui dormiuit cum ea patri puelle centūquinquaginta siclos argenti: et habebit eā

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0195
powered by DWork • Heidelberg University Library

uxorē qā humiliauit illā. ſñ potēit
dimittere eam cunctis diebus vite ſue.
Non accipiet homo uxo- xxiij
rem patris ſui: nec reuelabit operi-
mentū ei⁹. Non intrabit eunuchus at-
tritus uel amputatis teſticulis ⁊ abſci-
ſo uirgo eccleſiā dñi. ſñ ingredietur
manſer hoc ē de ſcorto natus in eccle-
ſiam dñi uſq; ad decimā generationē.
Ammonites ⁊ moabites etiā poſt de-
cimam generationē nō intrabunt ec-
cleſiam dñi in eternū: quia noluerūt
vobis occurrere cū pane ⁊ aqua i via
quando egreſſi eſtis de egipto: et quia
conduxerūt ꝺra te balaam filiū beor
de meſopotamia ſirie ut malediceret
tibi: ⁊ noluit dñs deus tuus audire
balaam: vertitq; maledictionē eius in
benedictionē tuā eo q; diligeret te. ſñ
facies cū eis pacē: nec queras eis bona
cunctis diebꝫ vite tue in ſempiternum.
ſñ abominaberis ydumeū qā frater
tuus eſt: nec egiptiū qā aduena fuiſti
in terra ei⁹. Qui nati fuerint ex eis ter-
tia generatione intrabunt in eccleſiā dñi.
Quādo egreſſus fueris aduſus hoſtes
tuos in pugnā: cuſtodies te ab omni
re mala. Si fuerit inter vos homo q̄
in nocturno ſit pollut⁹ ſomnio egre-
dietur extra caſtra: ⁊ nō reuertet priuſq;
ad veſperā lauetur aqua: ⁊ poſt ſolis
occaſum regredietur i caſtra. Habebit
locum extra caſtra ad quē egrediaris
ad requiſita nature: gerens pxillū in
balteo. Cunq; ſederis fodies per circu-
itum. ⁊ egeſta humo operies quo cre-
atus es. Dñs enī deus tuus ambu-
lat in medio caſtrorū ut eruat te ⁊ tra-
dat tibi inimicos tuos: ut ſint caſtra
tua ſancta et nichil i eis appareat fedi-
tatis: ne dereliquat te. ſñ trades ſuū
dño ſuo q̄ ad te confugerit. Habitabit
tecum in loco qui ei placuerit: ⁊ i una
urbiū tuarū requieſcet: ne cōtriſtes eū.
ſñ erit meretrix de filiabꝰ iſrl: nec ſcor-
tator de filijs iſrl. ſñ offeres mercedē
proſtibuli: nec pretiū canis in domo
dñi dei tui quicquid illud ē qđ voueris
qā abominatio ē utrūq; apud dñm
deū tuū. Non fenerabis fratri tuo ad
uſurā pecuniā nec fruges nec quālibet
aliā rem: ſed alieno. Fratri autem tuo
abſq; uſura id quo indiget cōmoda-
bis: ut benedicat tibi dñs de⁹ tuus in
oīi opere tuo in terra ad quā ingredi-
eris poſſidendā. Cū voū voueris dño
deo tuo nō tardabis reddere qa requi-
ret illud dñs de⁹ tuus: ⁊ ſi moratus
fueris reputabit tibi i peccatū. Si no-
lueris polliceri: abſq; peccato eris. Qđ
aūt ſemel egreſſum ē de labijs tuis ob-
ſeruabis ⁊ facies ſicut promiſiſti dño
deo tuo: ⁊ ꝓpria voluntate et ore tuo
locutus es. Ingreſſus vineā proximi
tui comede uuas quātū tibi placuerit:
foras aūt ne efferas tecū. Si intraueris
ſegetē amici tui frāge ſpicas ⁊ manu
deteres: falce aūt nō metes. xxiiij
Si acceperit homo uxorē ⁊ habu-
erit eam ⁊ non inuenerit gratiā
ante oculos eius ꝓpter aliquā fedita-
tem: ſcribet libellum repudij et dabit
in manu illius: ⁊ dimittet eā de domo
ſua. Cunq; egreſſa alteri⁹ mariti duxe-
rit et ille quoq; oderit eam ſcripſerit; q̄
libellum repudij ⁊ dimiſerit de domo
ſua uel certe mortuus fuerit: non pote-
rit prior marit⁹ recipere eam i uxorē
quia polluta ē ⁊ abominabilis facta
eſt coram domino: ne peccare facias
terrā tuam quā dñs deus tuus tradi-
derit tibi poſſidendā. Cum acceperit
homo nup uxorē nō procedet ad bellū
nec ei quippiā neceſſitatis iniungetur

Biblioteca Apostolica Vaticana © RESERVED

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0196
powered by DWork • Heidelberg University Library

publice: sed vacabit absq; culpa domui sue: ut uno anno letetur cū uxore sua. Nō accipies loco pignoris inferiorem et superiorē molam: qa animā suam apposuit tibi. Si deprehensus fuerit homo sollicitans fratrem suū de filijs isrl· & vendito eo acceperit precū interficiet: et auferes malū de medio tui. Observa diligenter ne incurras plagam lepre: sed facies quecūq; docuerit te sacerdotes leuitici generis iuxta id qđ precepi eis: & imple sollicite. Mementote que fecerit dñs de⁹ vester marie in via cum egrederemini de egipto. Cum repetes a proximo tuo rem aliq; quā debet tibi· non ingredieris domū eius ut pignus auferas: sed stabis foris et ille tibi proferet qđ habuerit. Si aūt pauper ē· non pnoctabit apud te pignus sed statim reddes ei āte solis occasum: ut dormiens i vestimēto suo benedicat tibi: & habeas iusticiā corā dño deo tuo. Nō negabis mercedem indigentis et pauperis fratris tui· sive aduene q̄ tecū morat in terra et intra portas tuas est: sed eadem die reddes ei precū laboris sui ante solis occasū· quia pauper ē & ex eo sustentat animā suā: ne clamet contra te ad dñm & reputetur tibi i peccatū. Nō occident patres pro filijs nec filij p̄ patribus: sed unusquisq; pro peccato suo morietur. Nō peruertes iudicium aduene & pupilli: nec auferes pignoris loco vidue vestimētum. Memento q̄ seruieris in egipto: et eruerit te dñs de⁹ tuus inde. Idcirco precipio tibi ut facias hāc rē. Quādo messueris segetem i agro tuo· et oblitus manipulū reliqueris: nō reuertēris ut tollas illū· sed aduenā & pupillum et viduam auferre patieris: ut benedicat tibi dñs deus tu⁹ in omni opere manuū tuarū. Si fruges colligeris olivarū: quicquid remanserit in arboribus nō reuertēris ut colligas: sed relinques aduene pupillo ac vidue. Si vindemiaueris vineam tuam· non colliges remanētes racemos: sed redent i usus aduene pupilli ac vidue. Memento q̄ et tu seruieris i egipto: & idcirco precipio tibi ut facias hāc rem.

Si fuerit causa inter aliquos & interpellauerit iudices: quē iustū esse p̄spexerint illi iusticie palmam dabunt: quē impiū condemnabūt impietatis. Si ergo eum q̄ peccauit dignū viderint plagis: prosternēt et coram se faciant verberari. Pro mensura peccati erunt et plagarū modus: ita dumtaxat ut quadragenariū numerū nō excedant: ne fede lacerat⁹ ante oculos tuos abeat frater tuus. Non ligabis os bovis terentis in area fruges tuas. Quādo habitauerint fratres simul et unus ex eis absq; liberis mortuus fuerit: uxor defuncti non nubet alteri sed accipiet eam frater eius et suscitabit semen fratris sui: et primogenitū ex ea filium nomine illius appellabit ut nō deleatur nomen ex isrl. Si ergo noluerit accipere uxorē fratris sui q̄ ex lege debet: perget mulier ad portā ciuitatis ut interpellabit maiores natu: dicet q̄. Non vult frater viri mei suscitare semen fratris sui in israhel: nec me in coniugiū sumere. Statimq; accersiri eum facient: & interrogabūt. Si responderit nolo eam uxorem accipere: accedet mulier ad eū coram senioribus· & tollet calciamentū de pede ei⁹ spuetq; in faciē eius et dicet. Sic fiet homini qui non edificat domū fratris sui. Et vocabit nomen illius i israhel domus discalciati. Si habuerint inter se iurgiū

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0197
powered by DWork • Heidelberg University Library

viri duo et unus contra alterū rixari
reperit: volensq; uxor alterius eruere
virū suū de manu fortioris: misericq;
manum et apprehenderit verenda eius:
abscides manū illius: ne flecteris sup
eam ulla misericordia. Non habebis
in sacculo diuersa ponderа maius ꝛ
minus: nec erit in domo tua modius
maior ꝛ minor. Pondus habebis iu-
stum et verū: ꝛ modi? equalis ꝛ verus
erit tibi: ut multo uiuas tempore super
terrā quā dñs deus tuus dederit tibi.
Abominaē enim dñs eum qui facit
hec: ꝛ aduersaē omnē iniustitiā. Me-
mento que fecerit tibi amalech in via
quādo egrediebaris ex egipto: quoniā
occurrerit tibi ꝛ extremos agminis tui
qui lassi residebant ceciderit: quādo tu
eras fame et labore confectus: ꝛ non
timuerit deū. Cum ergo dominus de-
us tuus dederit tibi requiē et subiecerit
cūctas q circuitū nationes in ꝛra quā
tibi pollicit? ē: delebis nomē ei? sub ce-
lo. Caue ne obliuiscaris. XXVI

Cumq; intraueris terrā quā domi-
nus deus tuus tibi daturus est
possidendā et obtinueris eam: atq; ha-
bitaueris ī illa: tolles de cūctis frugibꝫ
tuis primitias et pones in cartallo
pergesq; ad locum quē dñs deus tuus
elegerit ut ibi inuocetur nomen eius:
accedesq; ad sacerdotē qui fuerit ī die-
bus illis et dices ad eū. Profiteor ho-
die coram domino deo tuo: q ingressus
sum ī terrā pro qua iurauit patribus
nostris ut daret eam nobis. Susci-
tetq; sacerdos cartallū de manu tua
ponet ante altare domini dei tui: ꝛ lo-
queris in conspectu dñi dei tui. Syrus
persequebaē patrem meū: q descendebat
in egiptum et ibi peregrinatus est in
paucissimo numero: creuitq; ī gentem
magnā ac robustam ꝛ infinite multi-
tudinis. Afflixerunt nos egiptij et
persecuti sunt imponentes onera gra-
uissima: ꝛ clamauimus ad dñm deū
patrū nostrorū qui exaudiuit nos et
respexit humilitatē nostrā ꝛ laborem
atq; angustiā: et eduxit nos de egipto
in manu forti et brachio extento: in in-
genti pauore: in signis atq; portentis:
et introduxit ad locū istū: et tradidit
nobis terrā lacte et melle manantem.
Et idcirco nūc offero primitias frugū
terre: quā dominus dedit michi. Et di-
mittes eas ī conspectu dñi dei tui: et a-
dorato dño deo tuo epulaberis ī oñi-
bus bonis que dominus deus tuus
dederit tibi et domui tue: tu et leuites
et aduena qui tecū est. Quādo comple-
ueris decimā cūctaꝫ frugū tuaꝫ: anno
decimarū tertio: dabis leuite ꝛ aduene
ꝛ pupillo ꝛ vidue ut comedant intra
portas tuas ꝛ saturentē: loquerisq; in
conspectu dñi dei tui. Abstuli quod sa-
nctificatū est de domo mea et dedi illud
leuite et aduene ꝛ pupillo ac vidue si-
cut iussisti michi. Non preteriui mādata
tua: nec sum oblitus imperij. Non com-
edi ex eis in luctu meo: nec separaui ea
in qualibet immūditia: nec expendi ex
hijs quicq; in re funebri. Obediui voci
domini dei mei: ꝛ feci oīa sicut preci-
pisti michi. Respice de sanctuario tuo et
de excelso celorū habitaculo: ꝛ benedic
populo tuo israel: ꝛ ꝛre quā dedisti nobis
sicut iurasti patribꝫ nostris: terre lacte
et melle manantī. Hodie dominus
deus tuus precipit tibi ut facias māda-
ta hec atq; iudicia: ut custodias ꝛ im-
pleas ex toto corde tuo ꝛ ex tota aīa tu-
a. Dominū elegisti hodie ut sit tibi de-
us ꝛ ambules in viis eius: ut custodi-
as cerimonias illius et mādata atq;

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0198
powered by DWork • Heidelberg University Library

iudicia:et obedias eius imperio. Et
dñs elegit te hodie ut sis ei populus
peculiaris sicut locutus est tibi ⁊ custo-
dias omnia precepta illius:⁊ faciet te
excelsiorē cūctis gentibꝫ quas creauit
in laudem et nomen et gloriam suā:
ut sis populus sanctus domini dei
tui sicut locutus est. xxvij
Precepit autē moyses et seniores
populo israhel dicentes. Custo-
dite omne mandatum quod precipio
vobis hodie. Cūqꝫ transieritis iordanen
in terrā quā dñs deus tuus dabit
tibi · eriges ingentes lapides et calce
leuigabis eos ut possis in eis scribere
oīa verba legis huꝰ iordane trans-
misso:ut introeas terrā quā dñs deus
tuus dabit tibi : terram lacte et melle
manantem sicut iurauit patribꝫ tuis.
Quādo ergo transieritis iordanen eri-
gite lapides quos ego hodie p̄cipio
vobis in monte hebal : et leuigabis
eos calce·⁊ edificabis ibi altare domi-
no deo tuo de lapidibꝫ quos ferrum
non tetigit·et de saxis informibus et
impolitis:et offeres sup eo holocaustа
domino deo tuo ⁊ immolabis hostias
pacificas : comedesqꝫ ibi ⁊ epulaberis
coram domino deo tuo. Et scribes super
lapides oīa verba legis huius plane
et luculenter. Dixeruntqꝫ moyses et sa-
cerdotes leuitici generis ad omnē israhelem. Attende et audi israhel. Hodie
factus es populus domini dei tui. Au-
dies vocem eius : et facies mandata
atqꝫ iustitias quas ego precipio tibi.
Precepitqꝫ moyses populo in die illo
dicens. Hi stabunt ad benedicendum
dño super montem garizim iordane
trāsmisso: symeon leui iudas yssachar
ioseph et beniamin . Et ex regione isti
stabunt ad maledicendum in monte
hebal:ruben gad et aser zabulon dan
et neptalim. Et pronūciabunt leuite:
dicentqꝫ ad omnes viros israhel excel-
sa voce . Maledict⁹ homo q̄ facit sculp-
tile ⁊ conflatile abominationē dñi·
opus manuū artificū: ponetqꝫ illud
in abscondito. Et respondebit omnis
populus:⁊ dicet amen . Maledictus
qui non honorat patrē suum et matrē.
Et dicet oīs populus amen. Male-
dictus qui trāsferet terminos proximi
sui. Et dicet oīs popul⁹ amen. Ma-
ledictus qui errare facit cecum i itinere.
Et dicit omnis pplus amen. Maledi-
ctus qui pverterit iudicium aduene pupil-
li et vidue. Et dicet omnis populus a-
men. Maledictus qui dormit cū vxore
patris sui:et revelat operimentū lecti
ei⁹. Et dicet oīs pplus amen. Ma-
ledictus qui dormit cū oī iumento.
Et dicet oīs populus amen . Male-
dictus qui dormit cū sorore sua filia
patris sui uel mātis sue. Et dicet oīs
pplus amen. Maledictus q̄ dormit cū
socru sua. Et dicet oīs pplus amē. Ma-
ledictus qui clam p̄cusserit proximū
suum. Et dicet omnis populus amē.
Maledictus q̄ accipit munera·ut per-
cuciat animā sanguinis innocentis.
Et dicet omnis populus amen. Ma-
ledictus qui non permanet in sermo-
nibꝫ legis huius:nec eos opere perficit.
Et dicet oīs pplus amen. xxvij
Si autem audieris vocem domi-
ni dei tui ut facias atqꝫ custodi-
as oīa mādata eius que ego precī-
pio tibi hodie:faciet te dominus deus
tuus excelsiorem cūctis gentibus que
versant in terra. Venientqꝫ sup te oī-
nes istе benedictiones istе et apprehendent
te:si tamen p̄cepta eius audieris . Be-
nedictus tu in ciuitate:⁊ benedictus in

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0199
powered by DWork • Heidelberg University Library

agro. Benedictus fructus ventris tui ⁊ fruct⁹ terre tue: fructusq; numentoꝝ tuoꝝ greges armentorū tuoꝝ et caule ouiū tuaꝝ. Benedicta horrea tua: ⁊ benedicte reliquie tue. Benedict⁹ eris ingrediēs et egrediens. Dabit dom⁹ inimicos tuos q̄ cōsurgent aduersum te corruere⁹ in cōspectu tuo. Per viam vnā venient contra te: ⁊ p septem fugiēt a facie tua. Emittet dñs benedictionē sup cellaria tua et super omnia opera manuū tuaꝝ: benedicetq; tibi in terra quā acceperis. Suscitabit te dñs sibi in pplm sanctū sicut iurauit tibi: si custodieris mādata domini dei tui ⁊ ambulaueris i viis eius. Videbuntq; omnes terraꝝ populi p nomen dñi inuocatum sit super te: et timebunt te. Abundare te faciet dominus omnibus bonis: fructu ventri tui et fructu iumentoꝝ tuoꝝ fructu terre tue quā iurauit dominus patribꝫ tuis ut daret tibi. Aperiet dñs thesaurū suum optimū celum: ut tribuat pluuiā terre tue in tempore suo. Benedicetq; cūctis operibꝫ manuū tuaꝝ: ⁊ fenerabis gentibus multis: ⁊ ipe a nullo fenus accipies. Constituet te dñs deus tuus in caput ⁊ non in caudam: ⁊ eris semper supra et nō subter: si tamen audieris mandata domini dei tui que ego precipio tibi hodie ⁊ custodieris ⁊ feceris: ac nō declinaueris ab eis nec ad dextrā nec ad sinistram: nec secutus fueris deos alienos neq; colueris eos. Quod si audire nolueris vocem dñi dei tui ut custodias ⁊ facias oīa mādata eius ⁊ cerimonias quas ego precipio tibi hodie: venient sup te omnes maledictiones iste ⁊ apphendent te. Maledictus eris in ciuitate: maledictus in agro. Maledictū horreū tuum: et maledicte reliquie tue. Maledict⁹ fructus ventris tui et fructus terre tue: armenta boum tuoꝝ ⁊ greges ouiū tuaꝝ. Maledictus eris ingrediēs: ⁊ maledictus egrediens. Mittet dñs super te famem et esurie et increpationē in oīa opera tua que tu facies: donec conterat te et perdat velociter propter adinuentiones tuas pessimas in quibꝫ reliquisti me. Adhūgat tibi dñs pestilentiā: donec consumat te de terra ad quā ingredieris possidendā. Percutiat te dñs egestate ⁊ febri et frigore ardore et estu ⁊ aere corrupto ac rubigine: ⁊ psequatur donec pereas. Sit celum qđ supra te est eneum: ⁊ terra quā calcas ferrea. Det dñs ymbrem terre tue pulueren: et de celo descendat super te cinis donec conterearis. Tradat te dñs corruendum ante hostes tuos: ⁊ per vnam viam egrediaris contra eos: ⁊ p septē fugias: et dispergaris p omnia regna terre. Sit q̄ cadauer tuum i escam cūctis volatilibꝫ celi ⁊ bestijs terre: ⁊ nō sit q̄ abigat. Percutiat te dominus vlcere egipti: et partem corporis p quā stercora digerunt: scabie quoq; ⁊ prurigine: ita ut curari nequeas. Percutiat te domin⁹ amentia et cecitate ac furore mentis: et palpes in meridie sicut palpare solet cecus in tenebris: ⁊ nō dirigas vias tuas. Omniꝫ tempore calumniā sustineas: ⁊ opprimaris violētia nec habeas qui liberet te. Uxorem accipias et alius dormiat cū ea. Domū edifices: ⁊ nō habites in ea. Plātes vineam: ⁊ non vindemies eam. Bos tuus immoletur coram te: ⁊ nō comedas ex eo. Asinus tuus rapiatur in cōspectu tuo: ⁊ nō reddatur tibi. Oues tue dentur inimicis tuis: ⁊ non sit qui te adiuuet. Filij tui ⁊ filie tue tradantur alteri populo videntibus oculis tuis

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0200
powered by DWork • Heidelberg University Library

et deficientibz ad conspectū eorū tota die: z nō sit formidō ī manu tua. Fructus ire tue et oñes labores tuos comedat ppls quē ignoras: z sis semper calumniā sustinēs. et oppressus cūctis diebus: z stupens ad terrorē eorū que videbunt oculi tui. Percutiat te dñs vlcere pessimo in genibz et in suris: sanariq; nō possis a planta pedis usq; ad verticē tuū. Ducetq; te dominus et regem tuū quē cōstitues sup te ī gentē quā ignoras tu z patres tui: z seruies ibi dijs alienis ligno et lapidi: et eris perditus in proverbiū ac fabulā oñibus ppulis ad quos te introduxerit dominus. Sementem multam iacies in terrā et modicū cōgregabis: quia locuste devorabūt oñia. Vineā plantabis et fodies z vinū non bibes nec colliges ex ea quippiam: quū vastabit̄ vermibz. Oliuas habebis in oñibus terminis tuis z nō ungeris oleo: quia defluent z deperibunt. Filios generabis et filias z non fruēris eis: quoniā ducent̄ in captiuitatē. Oñes arbores tuas z fruges terre tue rubigo consumet. Aduena q̄ tecū versat̄ ī terra ascendet sup te ex eq; sublimior: tu aūt descendes et eris inferior. Ipe fenerabit tibi: et tu non fenerabis ei. Ipe erit in caput: et tu eris in caudam. Et venient sup te omnes maledictiones iste. et psequēs apphendent te donec intereas: quia nō audisti vocē domini dei tui: nec custodisti mādata eius z cerimonias quas precepit tibi. Erūt in te signa atq; prodigia z in semine tuo usq; in sempiternum: eo q̄ seruieris domino deo tuo in gaudio cordisq; letitia ꝓpter rerum omniū abundātiā. Seruies inimico tuo quē immittet tibi dñs in fame et siti et nuditate z oñi penuria: z ponet iugū ferreū super ceruicem tuā donec te conterat. Adducet dñs sup te gentem de longinquo z de extremis terre finibus in similitudinē aquile volantis cum impetu cuius linguā intelligere non possis: gentem procacissimā que non deferat senī nec misereat̄ parvuli: et devoret fructum iumentoz tuoz ac fruges terre tue. donec intereas: z non relinquat tibi triticum vinū et oleum armenta boum et greges ouiū donec te dissipdat z conterat in cūctis urbibz tuis: z destruantur muri tui firmi atq; sublimes. ī quibz habebas fiduciam in omni terra tua. Obsidebēris intra portas tuas in oñi terra tua quā dabit tibi dñs deus tuus: z comedes fructum ventri tui et carnes filioz tuorū z filiarū tuarū quas dederit tibi dominꝰ deus tuus. ī angustia et vastitate qua opprimet te hostis tuus. Homo delicat⁹ in te z luxuriosus valde invidebit fratri suo et vxori q̄ cubat in sinu suo ne det eis de carnibus filiorū suorū quas comedet: eo q̄ nichil aliud habeat in obsidione z penuria qua vastauerint te inimici tui intra oñes portas tuas. Tenera mulier et delicata q̄ supra terram ingredi non valebat nec pedis vestigiū figere ꝓpter mollitiem et teneritudinem nimiā: invidebit viro suo qui cubat in sinu eius super filij z filie carnibz z illuuie secundinaz q̄ egrediuntur de medio feminū eius: et super liberis qui eadem hora nati sūt. Comedent enī eos clam propter rerū oñiū penuriam: in obsidione et vastitate qua opprimet te inimicus tuus intra portas tuas. Si non custodieris z feceris omnia verba legis huius que scripta sunt in hoc volumine. z timueris nomen eius gloriosū et terribile

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0201
powered by DWork • Heidelberg University Library

hoc est dominū deum tuū: augebit dominus plagas tuas · ↄ plagas seminis tui plagas magnas ↄ perpetuas: ↄ infirmitates pessimas ↄ pertuas: ↄ convertet in te omnes afflictiones egipti quas timuisti ↄ adherebūt tibi. Insuper et uniuersos languores et plagas que nō sunt scripte i volumine legis huius inducet dominus sup te: donec te conterat. Et remanebitis pauci numero q̄ prius eratis sicut astra celi pre multitudine: quoniā non audisti vocem domini dei tui. Et sicut ātea letatus est dominus sup vos · bene vobis faciens vobq; multiplicans: sic letabit disperdens vos atq; subuertens: ut auferamini de terra ad quam ingredieris possidendā. Dispergет te dominus in omnes pplos a summitate terre usq; ad terminos eius: ↄ seruies ibi dijs alienis quos et tu ignoras ↄ patres tui ligna et lapidibs. In gentibs quoq; illis nō quiesces: neq; erit requies vestigio pedis tui. Dabit tibi dñs ibi cor pauidum et deficientes oculos · et animā consumptā merore: ↄ erit vita tua quasi pendens āte te. Timebis nocte et die: et non credes vite tue. Mane dices quis michi det vespertū: ↄ vespere quis michi det mane · ꝓpter cordis tui formidinē qua terreberis et ꝓpter ea q̄ tuis videbis oculis. Reducet te dñs classibs in egiptū per viā de qua dixit tibi ut eam āplius nō videres. Ibi venderis inimicis tuis in seruos et ancillas: et non erit qui emat.

Hec sunt verba federis q̄d precepit dominus moysi ut ferret cum filijs israhel in terra moab: ꝓter illud fedus quod cū eis ppigit in oreb. Vocauitq; moyses omnē israhel: ↄ dixit ad eos. Vos vidistis vniuersa q̄ fecit dominus coram vobis in terra egipti pharaoni et oīibs seruis ei⁹ vniuerse q̄ terre illi⁹: temptationes magnas quas viderunt oculi tui: signa illa portentaq; ingentia: ↄ nō dedit vobis dominus cor intelligens et oculos videntes: et aures que possint audire usq; in presentē diem. Adduxit vos quadraginta ānis p desertum: non sunt attrita vestimenta vra: nec calciamēta pedum vestrorū vetustate consumpta sunt. Panē non comedistis vinum ↄ sicerā nō bibistis: ut sciretis quia ipse est dominus deus vester. Et venistis ad hunc locum: egressusq; est seon rex esebon et og rex basan occurrentes nobis ad pugnā · ↄ percussimus eos et tulimus terrā eoꝝ: ac tradidimus possidendam ruben et gad ↄ dimidie tribui manasse. Custodite ergo verba pacti huius et implete ea: ut intelligatis vniuersa que facitis. Vos statis hodie cuncti coram domino deo vro · principes vestri ↄ tribus ac maiores natu atq; doctores oīis populus israhel liberi et uxores vestre et aduene q̄ tecū morantur in castris exceptis lignorū cesoribs · ↄ hijs q̄ comportant aquas: ut transeas in federe dñi dei tui · et in iureiurando quod hodie dominus deus tuus percutit tecum: ut suscitet te sibi in populū et ipse sit dominus deus tuus sicut locutus est tibi · ↄ sicut iurauit patribs tuis abrahā ysaac ↄ iacob. Nec vobis solus ego hoc fedus ferio et hec iuramenta confirmo: sed cūctis presentibs et absentibus. Vos enim nostis quomodo habitauerimus in terra egipti · ↄ quomodo trāsierimus per mediū nationū: quas trāseuntes vidistis abominationes et sordes id est ydola eoꝝ ligni et lapidē argentū

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0202
powered by DWork • Heidelberg University Library

et aurū que colebāt. Ne forte sit inter
vos vir aut mulier familia aut tribꝰ
quōꝫ cor auersum ē hodie a domino
deo vr̄o ut vadat et seruiat diis illarū
gentiū: ⁊ sit inter vos radix germinās
fel et amaritudinem. Cumq; audierit
verba iuramenti huius benedicat sibi
in corde suo dicens pax erit michi · et
ambulabo ī prauitate cordis mei: et
assumat ebria sitiente ē et dominus nō
ignoscat ei: sed tunc ꝛ̄ maxime furor
eius fumet et zelus contra hominem
illum · et sedeant sup eum oīa male-
dicta q̄ scripta sunt ī hoc volumine: et
deleat dominus nomen eiꝰ sub celo et
consumat eū in perditione ex oīnibus
tribubꝰ israhel: iuxta maledictiones q̄
in libro legis huius ac federis ponun-
tur. Dicetq; sequens generatio et filij
qui nascentur deinceps · ⁊ pegrini qui
de longe venerūt videntes plagas terre
illiꝰ et infirmitates quibꝰ eā afflixerit
dominꝰ sulphure et salis ardore com-
burens ita ut ultra non seratur nec vi-
rens quippiā germinet ī exemplū sub-
uersionis sodome ⁊ gomorre adame
et seboim quas subuertit dñs in ira
et in furore suo: ⁊ dicent oēs gentes.
Quare sic fecit dñs terre huic ? Que ē
hec ira furoris eius immensa ? Et re-
spondebūt. Quia dereliquerunt pactum
dñi nō pepigit cū patribꝰ eorū quādo
eduxit eos de terra egipti et seruierunt
diis alienis · ⁊ adorauerūt eos quos
nesciebant ⁊ quibus nō fuerunt attri-
buti: idcirco iratus est furor dñi cōtra
terram istā ut induceret sup eā oīa
maledicta que ī hoc volumine scripta
rauit eos de manibus filiorũ isrl': ut
nõ occiderentur. Decreuitq; in illo die
eos esse i ministerio cunctĩ populi et al-
taris domini cedentes ligna et aquas
comportantes: usq; in presens temp⁹
in loco quem dominus elegisset.

Que cũ audisset adonisedech rex
iherusalẽ q; scilicet cepisset iosue
hay et subuertisset eã: sicut enim fecerat
iericho et regi eius sic fecit hay et regi
illius: et q; trãsfugissent gabaonite ad
israhel et essent federati eor: timuit val-
de. Vrbs enĩ magna erat gabaon z
una ciuitatũ regaliũ: z maior oppido
hay: omnesq; bellatores eius fortissimi.
Misit ergo adonisedech rex iherusalẽ

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0218
powered by DWork • Heidelberg University Library

ad oham regē hebron et ad pharam
regem ierimoth: ad iaphie quoq; re-
gem lachis et ad dabir regē eglon di-
cens. Ad me ascendite et ferte ꝓsidiū
ut expugnemus gabaon: quare trans-
fugerit ad iosue z ad filios isrl'. Con-
gregati igit ascenderūt quinq; reges
amorreoꝝ: rex ierusalē rex hebron rex
ierimoth rex lachis rex eglon simul
cū exercitibus suis: z castra metati sūt
circa gabaon oppugnantes eam. Ha-
bitatores aūt gabaon urbis obsessē
miserūt ad iosue qui tūc morabatur
in castris apud galgalā: et dixerūt ei.
Ne retrahas manus tuas ab auxilio
seruoꝝ tuorum. Ascende cito et libera
nos: ferq; ꝓsidiū. Conuenerūt enī ad-
uersum nos oēs reges amorreoꝝ:
q̄ habitāt in mōtanis. Ascenditq; io-
sue de galgalis et omnis exercit⁹ bel-
latorū cum eo viri fortissimi. Dixitq;
dñs ad iosue. Ne timeas eos. In ma-
nus enim tuas tradidi illos. Nullꝰ
enim ex eis tibi resistere poterit. Irruit
itaq; iosue sup eos repente. Tota no-
cte ascendens de galgalis. Et conter-
bauit eos dñs a facie israhel: concisiq;
q; plaga magna in gabaon: ac perse-
cut⁹ est eos per viam ascensus bethо-
ron: et percussit usq; azecha et maceda.
Cumq; fugerent filios israhel et essent
in descensu bethoron: dñs misit sup
eos lapides magnos de celo usq; ad
azecha. Et mortui sunt multo plures
lapidibus grādinis: q̄ quos gladio
peremerāt filij israhel. Tunc locut⁹ est
iosue dño in die qua tradidit amorre-
um in conspectu filioꝝ israhel: dixitq;
coram eis. Sol contra gabaon ne mo-
uearis: et luna contra vallem aialon.
Stetitq; sol et luna: donec ultiscerē
se gens de inimicis suis. Nōne scriptū
est hoc in libro iustorū? Stetit itaq;
sol in medio celi: et non festinauit oc-
cumbere spacio vnius diei. Non fuit
ante et postea tam longa dies obedi-
ente dño voci hois: et pugnāte pro is-
rahel. Reuersusq; est iosue cū omī isrl'
in castra galgale. Fugerāt enī quinq;
reges: et se absconderāt in spelunca ur-
bis maceda. Nunciatūq; est iosue q;
inuenti essent quinq; reges: latētes in
spelunca urbis maceda. Qui precepit
sociis et ait. Voluite saxa ingētia ad
os spelunce: et ponite viros industri-
os qui clausos custodiant. Vos aūt
nolite stare: sed ꝓsequimini hostes: z
extremos quosq; fugientiū cedite. Ne
dimittatis eos urbiū suarum intrare
presidia: quos tradidit dñs deus in
manus vestras. Celis ergo adūsariis
plaga magna z usq; ad internecionē
pene consumptis: hij qui israhel effu-
gere potuerunt ingressi sunt ciuitates
munitas. Reuersusq; est oīus exercit⁹
ad iosue in maceda vbi tunc erant ca-
stra: sani z integro numero. Nullusq;
cōtra filios isrl' mutire ausus est. Pre-
cepitq; iosue dicens. Aperite os spe-
lunce: et ꝓducite ad me quinq; reges
qui in ea latitāt. Feceruntq; ministri ut
sibi fuerat imperatū: et adduxerūt ad
eum quinq; reges de spelunca: regem
ierusalem regem hebron regem ieri-
moth regē lachis regem eglon. Cūq;
educti essent ad eū vocauit omnes vi-
ros israhel: et ait ad principes exercit⁹
qui secum erāt. Ite et ponite pedes sup
colla regū istoꝝ. Qui cū perexissent et
subiectorū colla pedibus calcarēt: rur-
sum ait ad eos. Nolite timere nec pa-
uescatis: confortamini et estote robusti.
Sic enim faciet dñs cūctis hostibus
vestris: aduersum quos dimicabitis.

RESERVED © Biblioteca Apostolica Vaticana

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0219
powered by DWork • Heidelberg University Library

Percussitq; iosue ⁊ interfecit eos: atq;
suspendit sup quinq; stipites: fuerunt
q; suspensi usq; ad vesperū. Cumq; oc-
cumberet sol p̄cepit socijs ut depone-
rent eos de patibulis: qui depositos
proiecerūt in spelunc̄ in qua latuerāt:
et posuerūt super os eius saxa ingen-
tia que ꝓmanent usq; in presens. Eo-
dem die macedā quoq; cepit iosue et
percussit in ore gladij: regēq; illius in-
terfecit: ⁊ omnes habitatores ei⁹. Nō
dimisit in ea saltem p̄uas reliquias.
Feceq; regi mareda: sicut fecerat regi
iericho. Transiuit cū omni isrl de ma-
reda in lebna et pugnabat ꝺra eam:
quā tradidit dñs cum rege suo i ma-
nus israhel. Percussitq; urbē in ore
gladij: et omnes habitatores ei⁹. Nō
dimiserunt in ea vllas reliquias. Fe-
ceruntq; regi lebna: sicut fecerant regi
iericho. De lebna transiuit in lachis
cū omni israhel: et exercitu per girum
disposito oppugnabat eā: tradiditq;
dñs lachis in manus filioꝝ isrl et ce-
pit eā de altero: atq; percussit in ore gla-
dij omnēq; animā que fuerat in ea si-
cut fecerat lebna. Eo tēpore ascendit
iram rex gazer ut auxiliarē lachis:
quē percussit iosue cū omni ꝓplo eius
usq; ad interneciōnē. Transiuitq; de
lachis i eglon: et circūdedit atq; expu-
gnauit eā in eadē die: percussitq; in ore
gladij omnes animas que erāt in ea
iuxta oīa que fecerat lachis. Ascen-
dit quoq; cū oī isrl de eglon i ebron
et pugnauit ꝺra eā: cepitq; et percussit
in ore gladij: regē quoq; eius ⁊ oīa
oppida regionis illius vniuersaq; a-
nimas que in ea fuerant commorare.
Nō reliquit i ea vllas reliquias. Si-
cut fecerat eglon sic fecit et ebron: cun-
cta que in ea reperit consumēs gladio.

Inde reuersus in dabir cepit eā atq;
vastauit: regē quoq; eius atq; oīa
per circuitū oppida percussit in ore gla-
dij. Nō dimisit in ea vllas reliquias.
Sicut fecerat ebron ⁊ lebna ⁊ regibus
eaꝝ: sic fecit dabir et regi illi⁹. Percus-
sit itaq; iosue omnem terrā montanā
et meridianā atq; campestrem: et asse-
doth cū regibus suis. Nō dimisit in
ea vllas reliquias: sed oīe qđ spira-
re poterat interfecit sicut preceperat ei
domin⁹ deus israhel: a cades barne
usq; ad gazam. Omnē terram gosen
usq; gabaon vniuersosq; reges et re-
giones eoꝝ vno impetu cepit atq; va-
stauit. Dominus enī deus isrl pugna-
uit p eo. Reuersusq; est cū oī isrl
ad locum castrorū in galgala.

Que cū audisset iabin rex asor mi-
sit ad iobab regem madon et ad
regem semeron atq; ad regē achaph:
ad reges q̄s aquilonis qui habitabāt
in montanis et in planicie ꝺra meri-
diem cenereth: in campestribꝰ quoq;
et regionibus doꝝ iuxta mare: chana-
neum quoq; ab oriente et occidente ⁊
amorreū atq; etheum ac pherezeum ⁊
iebuseū in mōtanis: euteū quoq; qui
habitabat ad radices hermon in terra
masphe. Egressiq; sūt oīes cū turmis
suis: ꝓlis multus nimis sicut harena
que est in litore maris: equi quoq; et
curꝰus immense misericordie. Conue-
nerūtq; omnes reges isti in vnū ad a-
quas meron: ut pugnarent cōtra isrl.
Dixitq; dñs ad iosue. Ne timeas eos.
Cras enim hac eadē hora ego tradā
omnes istos vulnerādos in cōspectu
israhel. Equos eorū subneruabis: et
curꝰ igne combures. Venitq; iosue ⁊
oīis exercit⁹ eius cū eo adūsus illos
ad aquas meron subito. ⁊ irruerunt

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0220
powered by DWork • Heidelberg University Library

sup eos: tradiditq; illos dñs in manus israhel. Qui percusserunt eos et persecuti sūt usq; ad sydonem magnā: et aquas masserephot: campūq; maspe qui est ad orientalem illius partē. Istaq; percussit omnes: ut nullas dimitteret ex eis reliquias. Fecitq; sicut preceperat ei dñs. Equos eorū subnervauit: currusq; combussit igni. Reversusq; statim cepit asor: et regē eius percussit gladio. Asor enim antiquit⁹ inter omnia regna hec principatū tenebat. Percussitq; omnes animas que ibidē morabātur. Nō dimisit in ea ullas reliquias sed usq; ad interitionē omnia vastauit: ipsamq; urbē peremit incendio: et omnes per circuitū ciuitates. Reges quoq; earū cepit percussit atq; deleuit: sicut preceperat ei moyses famulus dñi. Absq; urbibus qui erāt in collibus et in tumulis suis exceptis incendit israhel: una tantū asor munitissimā flāma cōsumpsit. Omnēq; predā istarū urbium ac iumenta diuisērunt sibi filij israhel: cūctis hominibus interfectis. Sicut preceperat dñs moysi seruo suo: ita precepit moyses iosue: et ille universa compleuit. Nō pretermisit de universis mandatis: nec unū quidē verbū qđ iusserat dñs moysi. Cepit itaq; iosue omnem terrā montanā et meridianā terrāq; gosen et planitiē et occidentalem plagam montemq; israhel et campestria eius et partē montis que ascendit seir usq; baalgath per planitiē libani subter montem hermon: omnes reges eorū cepit percussit et occidit. Multo tempore pugnauit iosue contra reges illos. Non fuit ciuitas que se nō tradederet filijs israhel: preter eueum qui habitabat in gabaon. Omnes enim bellando cepit. Dominī enī sententia fuerat: ut indurarentur corda eorū et pugnarēt contra israhel et caderēt et non mererentur ullā clementiā: ac perirēt sicut preceperat dñs moysi. In tempore illo venit iosue et interfecit enachim de montanis ebron et dabir et anab et de omni monte iuda et israhel: urbesq; eorū deleuit. Nō reliquit ullū de stirpe enachim in terra filiorū israhel: absq; ciuitatibus gaza et geth et azoto in quibus solū relicti sūt. Cepit ergo iosue omnem terrā sicut locut⁹ est dñs ad moysen: et tradidit eam in possessionē filijs israhel secūdum partes et tribus suas: quiescēq; terra a prelijs. Hij sunt reges quos percusserunt filij israhel et possederūt terrā eorū trans iordanen ad solis ortum a torrente arnon usq; ad montem hermō: et omnem orientalem plagā que respicit solitudinē. Seon rex amorreorū qui habitauit in esebon dominat⁹ est ab aroer que sita est sup ripā torrentis arnon: et medie partis ī valle: dimidieq; galaad usq; ad torrentem iabor: qui est terminus filiorū ammon: et a solitudine usq; ad mare cenereth ad orientē: et usq; ad mare deserti qđ est mare salsissimum: ad orientalem plagā per viā que ducit bethsimoth et ab australi parte q̄ subiacet asedoth. Phasga terminus og regis basan de reliquijs raphaim qui habitauit in astaroth et in edrai: et dominat⁹ est ī mōte hermon et in salacha atq; ī universa basan usq; ad terminos gessuri et machati et dimidie partis galaad terminos seon regis esebon. Moyses famul⁹ dñi et filij israhel percusserūt eos: tradiditq; terrā eorū moyses in possessionem rubenitis et gaditis et dimidie tribui manasse.

Hij sunt reges terre quos percussit iosue et filij israhel trans iordanen

ad occidentalem plagã abaalgad în
campo libani usq; ad montẽ libani:
cuius pars ascendit in seir. Tradidit
q; eam iosue în possessionẽ tribubus
isrl' singulis partes suas · tam ī mon-
tanis q̃ in planis atq; cãpestribs. In
ascroth et in solitudîne ac în meridîe
ethеus fuit ⁊ amorreus chananeus et
pherezeus euеus et iebuseꝰ. Rex îericho
unus. Rex hay que est ẽ latere bethel
unus. Rex îherusalẽ unꝰ. Rex ebron u-
nus. Rex iherimoth unꝰ. Rex lachis u-
nus. Rex eglon unꝰ. Rex gazer unus.
Rex dabir unꝰ. Rex gader unꝰ. Rex her-
ma unus. Rex hereth unꝰ. Rex lebna
unus Rex odollam unꝰ. Rex maceda
unus. Rex bethel unꝰ. Rex raphna unꝰ.
Rex ofer unus. Rex affec unus. Rex la-
ron unꝰ. Rex madan unus. Rex afor
unus. Rex sameron unꝰ. Rex asaph
unus Rex thenath unꝰ. Rex mageddo
unꝰ Rex cedes unꝰ. Rex iarhanen car-
meli unꝰ. Rex dor et puincie dor unus.
Rex gentiũ galgal unꝰ. Rex thersa unꝰ.
Omnes reges triginta unꝰ. ¶m

Iosue vero senẽ prouectoq; etatis erat:
et dixit dñs ad eũ. Senuisti et longe-
uus es et terra latissima derelicta est ñ
necdum sorte diuisa est: ⁊ oñis vide-
licet galilea philistiim ⁊ uniuersa gessu-
ri · a fluuio turbido qui irrigat egiptũ
usq; ad terminos accaron ꝺra aqui-
lonem: terra chanaan que în quiq; re-
gulos philistiim diuidit · gazeos et
azotos ascalonitas getheos ⁊ accaro-
nitas. Ad meridiem vero sunt euehi
oñis terra chanaan ⁊ maara sidoni-
orum usq; afeca · ⁊ terminos amorrei
eusq; cõfinia libani quoq; regio con-
tra orientem abaalgad sub monte
hermon donec ingrediaris emath · u-
niuersi qui habitabant în monte a
libano usq; ad aquas massephot uni-
uersiq; sidonii: ego sum qui delebo eos
a facie filioꝝ isrl'. Veniat ergo in partẽ
hereditatis isrl' sicut p̃cepi tibi. Et nũc
diuide terrã în possessionẽ noueꝫ tribu-
bus ⁊ dimidie tribui manasse: cũ qua
ruben ⁊ gad possiderũt terrã quã tradi-
dit eis moyses famulꝰ dñi · trans
fluenta iordanis ad orientalẽ plagã.
ab aroer que sita est in ripa torrentis
arnon · ⁊ in vallis medio: uniuersaq;
cãpestria medaba usq; dibon · et cun-
tas ciuitates seon regis amorrei · qui
regnauit in esebon usq; ad terminos
filioꝝ ammon: ⁊ galaad ad finium
gessuri et machati et omnẽ montem
hermon et uniuersam basan usq; sa-
lacha · oñe regnũ og in basan qui re-
gnauit ī astaroth ⁊ edrai ipe fuit de re-
liquiis raphaim: percussitq; eos moyseꝰ
atq; deleuit. Habitauerũtq; dispersos fi-
lii isrl' gessuri et machati: et habitaue-
runt in medio isrl' usq; in p̃sentem diẽ.
Tribui aũt leui nõ dedit possessionem:
sed sacrificia et victime dñi dei israhel
ipa est eius hereditas · sicut locutꝰ est
illi. Dedit ergo moyses possessionem
tribui filioꝝ ruben iuxta cognationes
suas. Fuitq; terminus eorũ ab aroer
que sita est in ripa torrentis arnon · et
in valle eiusdem torrentis media · uni-
uersam planitiem que ducit medaba
et esebon · cũctosq; viculos eaꝝ qui sũt
in campestribus: dibon quoq; et aba-
mothbaal et oppidũ baalmaon ⁊ ges-
sa et cedimoth et mephet · et cariath-
aim et sabama ⁊ sarathsar · in mõte
cõuallis bethfogor et asedoth phasga
et bethasimoth oñes urbes campe-
stres · uniuersaq; regna seon regis a-
morrei · qui regnauit ī esebon · quẽ per-
cussit moyses cũ principibus madian:

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0222
powered by DWork • Heidelberg University Library

cuctū et cecen et sur et ur et rebee duces seon habitatores terre: ⁊ balaam filiū beor ariolū occiderūt filij isrl gladio cū ceteris interfectis: factusq; est terminꝰ filioꝝ ruben iordanis fluuius. hec est possessio rubenitaꝝ per cognationes suas urbiū ⁊ viculoꝝ. Deditq; moyses tribui gad et filijs eius per cognationes suas possessionē. cuiꝰ hec diuisio est. Terminꝰ gazer et omnes ciuitates galaad et dimidiā partem terre filioꝝ ammon. usq; ad aroer que est contra rabbā. et ab esebon usq; ad ramoth. malphe ⁊ bathanim ⁊ amanaim usq; ad terminos dabir. In valle quoq; betharan et bethnemra et socoth et saphon reliqꝫ partē regni seon regis esebon. Iuxꝫ quoq; finis iordanis ē usq; ad extremā partē maris cenereth. trāsiordanen ad orientalem plagā. Hec est possessio filioꝝ gad ꝑ familias suas et ciuitates ⁊ ville earum. Dedit q; dimidie tribui manasse filijsq; eius iuxta cognationes suas possessionē. cuiꝰ hoc principiū est. Amanaim. universam basan et cūcta regna og regis basan. omnesq; vicos abir qui sūt in basan sexaginta oppida. ⁊ dimidiam partē galaad et astaroth ⁊ edray urbes regni og i basan filijs machir filij manasse dimidie parti filiorum machir iuxta cognatōnes suas. Hāc possessionē diuisit moyses in campestribus moab trans iordanen cōtra iericho ad orientalē plagam. Tribui aūt leui nō dedit possessionem: quoniam dominus deus israhel ipse est possessio eiꝰ. ut locutus ē illi. xviij

Hec est quod possederūt filij isrl in terra chanaan. quā dederūt eis eleazar sacerdos et iosue filiꝰ nun et principes familiaꝝ per tribus isrl: sorte omnia diuidentes sicut ꝓceperat dñs in manu moysi. nouem tribubꝫ ⁊ dimidie tribui. Duabus enī tribubꝫ et dimidie dederat moyses trans iordanen possessionem absq; leuitis. qui nichil terre acceperūt inter fratres suos: sed in eoꝝ successerant locū filij ioseph. in duas diuisi tribus manasse ⁊ effraim. Nec acceperūt leuite aliam in terra partē nisi urbes ad habitandū et sub urbana eaꝝ ad alenda iumēta et pecora sua. Sicut ꝓceperat dñs moysi. ita fecerunt filij israhel et diuiserūt terram. Accesserūt itaq; filij iuda ad iosue in galgala: locutusq; ē ad eū caleph filiꝰ iephone cenezeus. Nosti quid locutus sit dñs ad moysen hominē dei de me et te in cadesbarne. Quadragesima annorum eram quādo misit me moyses famulus dñi de cadesbarne ut considerarē terrā: nunciauiq; ei qđ michi verum videbatur. Fratres aūt mei qui ascenderāt mecū dissoluerūt cor ꝑpli: ⁊ nichilominus ego secutus sum dñm deum meum. Iurauitq; moyses in die illo dicens. Terra quā calcauit pes tuus erit possessio tua et filioꝝ tuorū in eternū: quia secutꝰ es dñm deum tuū. Concessit ergo dñs vitam michi sicut pollicitꝰ est usq; in ꝑsentem diē. Quadraginta et quinq; annī sunt ex quo locutus ē dñs verbum istud ad moysen. quando ambulabat israhel per solitudinem: hodie octoginta quinq; annorū sum sic valens ut eo valebā ꝙquādo ad explorādū missus sū: illius in me ēporis fortitudo usq; hodie ꝑseverat. tam ad bellandū qꝫ ad gradiendum. Da ergo michi montem istum quē pollicitus ē dominus te quoq; audiente. i quo enachim sūt et urbes magne atq; munite: si forte sit dominus

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0223
powered by DWork • Heidelberg University Library

mecū et poterō delere eos · sicut prō-
mīsit mihi. Benedixitq; ei iosue ⁊ tra-
didit ei ebron ī possessionē: atq; ex eo
fuit ebron caleph filio iephone cene-
zeo usq; in p̄sentem diem: quia secut⁹
est dominum deum israhel. Nomen
ebron antea vocabatur cariatharbe.
Adam maxim⁹ ibi inter enachim fir⁹
est: et terra requieuit a prelijs. vo

Egressa est sors filiorū iuda p̄ cognationes
suas ista fuit: a finibus edom usq; ad
desertū syn contra meridiem · ⁊ usq; ad
extremā partē australis plage. Initiū
eius a summitate maris salsissimi · et
a lingua eius que respicit meridiē: e-
grediturq; ꝺ̄ra ascensum scorpionis
et ptransit in syna · ascenditq; in cades-
barne · et pueniet in esrom · ascendens
ad aram · et circuies cariachaa atq;
inde pertransiens in asemona · et pe-
ueniens ad torrentē egipti: eruntq; ter-
mini eius mare magnū. Hic erit finis
meridiane plage. Ab oriēte uero erit
initiū mare salsissimum usq; ad extre-
ma iordanis · et ea que respiciunt ad
aquilonē a lingua maris usq; ad e-
undem iordanis fluuium: ascenditq;
terminus in bethagla · et transit ab a-
quilone in betharaba · ascendens ad
lapidem boem filij ruben · et tendens
usq; ad montes debera · de valle achor
contra aquilonē respiciens galgala-
q̄ est ex aduso ascensionis adommim
ab australi parte torrentis · transitq;
aquas que uocātur fons solis · ⁊ erūt
exitus ei⁹ ad fontē rogel: ascenditq; p
conuallem filij ennon ex latere iebusei
ad meridiē · hec est iherusalē: et inde se
erigens ad uerticē montis qui est ꝺ̄ra
iehennon ad occidentē · in summitate
uallis raphaim contra aquilonē: pe-
rtransitq; a uertice montis usq; ad fontē
aque nephtoa · et exeunt usq; ad uicos
montis ephron: inclinaturq; in bala
que est cariathiarim · id est urbs silua-
rum: et circuit de bala cōtra occidentē
usq; ad montem seir: transitq; iuxta la-
tus montis iarim ad aquilonem in
chesalon ⁊ descendit in bethsames · tran-
sitq; in thamna ⁊ pueniet contra aqui-
lonē partis accaron ex latere: inclina-
turq; secrona et trānsit montem baala
pueniensq; in gebneel · et magni maris
cōtra occidentē fine concludit. Hec sūt
termini filiorū iuda per circuitū in co-
gnationibus suis. Caleph uero filio
iephone dedit partē in medio filiorū
iuda sicut p̄ceperat ei dñs · cariatharbe
patris enach ipa est ebron: deleuitq;
ex ea caleph tres filios enach · sesai et
hayman ⁊ tholmai de stirpe enach: atq;
inde cōscendēs uenit ad habitatores da-
bir q̄ prius uocabat cariathsepher · id est
ciuitas litterarū. Dixitq; caleph. Qui
percusserit cariathsepher · ⁊ ceperit ea dabo
ei axam filiā meā uxorem. Cepitq; ea
othonihel filius cenez frater caleph iu-
nior: deditq; ei axam filiā suā uxorem.
Qui cū pergeret simul suasit ei uir eius
ut peteret a patre suo agrū: suspirauit
q; ut sedebat ī asino. Cui caleph quid
habes inquit? At illa respondit. Da
mihi benedictionē. Terrā australem
et arentē dedisti mihi · unde ⁊ irriguā.
Dedit itaq; ei caleph irriguū superiu⁹
et inferius. Hec est possessio tribus filio-
rum iuda p̄ cognationes suas: erāt
q; ciuitates ab extremis partibus filio⁹
iuda · iuxta terminos edom a meridie
cabseel et eder ⁊ iagur et cina ⁊ dimo-
na ⁊ adada et cedes ⁊ asor et iethan zif
⁊ telē et baloth asor noua ⁊ carioth iesl-
rom hec ē asoromā same ⁊ melocha et
aser gadda et assemoth et bethfeleth et

aſeelual et berlabee ⁊ baziothia ⁊ abs-
la et hum eſem et heltholad et ezul et
zarma et ſiceleth ⁊ medemena ⁊ ſenſen-
na lebaoth et ſelim et ahem rēnon: o-
mnes ciuitates viginti nouem et ville
earum. In cāpeſtribus vero eſtaol et
ſarea et aſena et azone et enganim
et thaphua ⁊ enaym ⁊ iethmoth ⁊ adu-
lam ſocho et azecha et ſarim et adi-
thaym et gedera et giderothaym: urbes
quatuordecim et ville earū. Banan ⁊
adaſa ⁊ magdalgad delean et maſe-
pha ⁊ iecel lachis ⁊ baſchat et eglon
cebbon et leemas ⁊ cethis et gideroth
et bethdagon et neama et maceda: ci-
uitates ſedecim et ville earū. Labana ⁊
ether et aſan iepta et eſna et neſib ⁊ re-
yla ⁊ achzib ⁊ mareſa: ciuitates nouē
et ville earū. Accaron cū vicis et villu-
lis ſuis. Ab accaron uſq; ad mare: o-
mnia que vergūt ad azotum et vicu-
los eius. Azotus cū vicis et villulis
ſuis gaſa cū vicis et villulis ſuis uſq;
ad torrentem egipti: et mare magnū
terminus eius ⁊ in monte ſamir ⁊ iec-
ther et ſocchoth et edenna cariathſen-
na hec eſt dabir: anab et hiſthemo et
anym goſen ⁊ olon et gylo: ciuitates
undecim et ville earū. Arab ⁊ roma et
eſaan ⁊ ianum ⁊ bethafua ⁊ afeca ath-
macha et chariatharbe hec eſt ebron
et ſior: ciuitates nouem ⁊ ville earum.
Maon ⁊ chermel ⁊ ziph et loche iefra-
hel et iucadam et zanoe accayn ga-
baa et thamna: ciuitates decē et ville
earū. Aliul ⁊ bethſor et iheder mareth ⁊
bethanoth et helthecem: ciuitates ſex ⁊
ville earū. Cariathbaal hec eſt chari-
athiarim urbs ſiluaꝝ ⁊ arebba: ciuita-
tes due et ville earū. In deſerto betha-
raba meddyn et ſacha et nebſan: ciui-
tates ſalis et engaddi ciuitates ſex et
ville earū. Fuit ſimul cetū quindecim.
Jebuſeum aūt habitatorem iheruſalē
nō potuerūt filij iuda delere: habitauit
q; iebuſeus cum filijs iuda in iheruſa-
lem uſq; in preſentem diem. xvi

Cecidit quoq; ſors filioꝝ ioſeph
ab iordane ꝛra iericho. et aquaꝝ
eius ab oriente ſolitudo que aſcendit
de iericho ad montē bethel. et egreditꝝ
de bethel luzam: trāſitq; terminū archi-
atharoth. et deſcendit ad occidentem
iuxta terminū iefleti. uſq; ad terminos
bethoron inferioris ⁊ gazer: finiuntq;
regiones eius mari magno. poſſede-
runtq; filij ioſeph manaſſes et ephra-
im. Et factus eſt terminus filioꝝ effra-
im p cognationes ſuas: et poſſeſſio eo-
rum ꝛra orientē ataroth addar uſq;
bethoron ſuperiorē: egrediūturq; con-
finia ī mare. Machmerath vero aqui-
lonē reſpicit et circuit terminos cōtra
orientem in thanatſelo: et ptranſit a
torrente ianoe. deſcendinq; de ianoe ī
atharoth et noaratha. ⁊ puenit in ie
richo: egrediturq; ad iordanen de taphua
ptrāſitq; cōtra mare in vallē harundi-
neti: ſuntq; egreſſus eius in mare ſa-
liſſimū. Hec eſt poſſeſſio tribꝰ filiorum
ephraim per familias ſuas: urbeſq;
ſeperate ſunt filijs ephraim in medio
poſſeſſionis filioꝝ manaſſe ⁊ ville earū.
Et nō interfecerūt filij ephraim chanane-
um qui habitabat in gazer: habita-
uitq; chananeus in medio ephraim
uſq; in diē hāc tributarius. xvii

Cecidit autē ſors tribui manaſſe.
Ipſe enim eſt primogenitus io-
ſeph. machir primogenito manaſſe
patri galaad q; fuit vir pugnator: ha-
buitq; poſſeſſionem galaad ⁊ baſan ⁊
reliquis filioꝝ manaſſe iuxta famili
as ſuas. filijs abyezer et filijs helech

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0225
powered by DWork • Heidelberg University Library

et filijs helchihel et filijs sychem et filijs epher et filijs semida. Isti sūt filij manasse. Filij ioseph mares p cognationes suas. Salphaat uero filio epher filij galaad filij machir filij manasse nō erant filij sed sole filie: quarū ista sunt nomina. mahala et noha et egla et melcha et thersa. Venerūq; in conspectu eleazari sacerdotis z iosue filij nun et principū dicentes: dñs p̄cepit p manum moysi ut daret nobis possessio in medio fratrū nostroz: deditq; iuxta imperium dñi possessionem in medio fratrū patris eaz. et ceciderūt funiculi manasse decem absq; terra galaad et basan trans iordanem. Filie enī manasse possederunt hereditatē in medio filioz eius. Terra aūt galaad cecidit in sortem filiorū manasse qui reliqui erant. Fuitq; terminus manasse ab aser machmatat qui respicit sychem. et egredit ad dextrā iuxta habitatores fontis taphue. Terrā in sorte manasse ceciderat terra thaphue. que est iuxta finiuos manasse filioz ephraim. Descenditq; terminus vallis harundineti in meridiē torrentis ciuitatū ephraim. que i medio sunt urbiū manasse. Terminus manasse ab aquilone torrentis z exit9 eius pergit ad mare: ita ut possessio ephraim sit ab austro et ab aquilone manasse. et uerāq; claudat mare: et cōiungantur sibi i tribu aser ab aquilone et in tribu ysachar ab oriente. Fuitq; hereditas manasse in ysachar et in aser. bethsan et viculi eius. z iebbleam cū viculis suis. z habitatores dor cū oppidis suis. habitatores quoq; endor cū viculis suis: similiterq; habitatores thenath cum viculis suis. et habitatores mageddo cum viculis suis. et tercia pars urbis nopheth. Nec potuerūt filij manasse has ciuitates subuertere. sed cepit chananeus habitare in terra sua. Postq; aūt cōualuerūt filij isrl subiecerūt chananeos et fecerūt sibi tributarios. nec interfecerunt eos. Locutiq; sunt filij ioseph ad iosue et dixerūt. Quare dedisti michi terrā in possessionē sortis et funiculi unius. cū sim tāte multitudinis. et benedixit michi dñs? Ad quos iosue ait. Si ipse multus es ascende in siluam et succide tibi spacia i terra pherezei et raphaim: qa angusta est tibi possessio montis ephraim. Cui respondert filij ioseph. Non potterimus ad montana conscendere. cū ferreis curribz utantur chananei qui habitāt in terra campestri: in qua sita sūt bethsan cū viculis suis et iezrahel mediā possidens vallem. Dixitq; iosue ad domum ioseph et ephraim et manasse. Populꝰ multus es et magne fortitudinis. nō habes sortem unam sed transibis ad montē. et succides tibi atq; purgabis ad habitandum spacia: et poteris ultra procedere cum subuerteris chananeum quem dicis ferreos habere curtus et esse fortissimum.

XVIII

Congregatiq; sūt omnes filij isrl in silo. ibiq; fixerūt tabernaculū testimonij: et fuit eis terra subiecta. Remanserant aūt filioz isrl septem tribz. q̄ nec dū acceperāt possessiones suas. Ad quos iosue ait. Usq; quo marcetis ignauia. z non ingreditis ad possidēdā terram. quā dñs deus patrū vestrorum dedit vobis? Eligite de singulis tribubus ternos viros. ut mittā eos et pergant atq; circueant terrā. et describāt eam iuxta numerū unius cuiusq; multitudinis: referantq; ad me qd descripserint. Dividite uobis terrā in septē

partes: iudas sit in terminis suis ab
australi plaga. et domus ioseph ab
aquilone: mediā inter hos terram in
septē partes describite: et huc venietis
ad me. ut corā dño deo vestro mittā
vobis hic sortē: quia nō est inter vos
pars leuitarū. sed sacerdotiū dñi est e-
orum hereditas. Gad aūt et ruben et
dimidia tribus manasse iam acceper-
ant possessiones suas. trans iordā-
nem ad orientalem plagā. quas dedit
eis moyses famulus dñi. Cumq; sur-
rexissent viri ut pergerent ad describen-
dam terrā. precepit eis iosue dicens. Cir-
cuite terrā et describite eam. ac reuerti-
mini ad me ut hic corā dño deo vro
in silo mittā vobis sortem. Itaq; per-
rexerūt et lustrātes eam in septem par-
tes diuiserūt. scribentes i uolumine: re-
uersiq; sūt ad iosue i castra silo. Qui
misit sortes corā dño in silo: diuisit
q; terrā filijs israhel in septem partes.
Et ascendit sors prima filiorū beniā-
min p familias suas. ut possiderent
terrā inter filios iuda et filios ioseph.
Fuitq; terminus eor; contra aquilonē.
a iordane pergens iuxta latus iericho
septentrionalis plage. et inde contra
occidentē ad montana conscendens. et
peruenies ad solitudinem bethauen.
atq; pertransiens iuxta lusam ad meri-
diem ipsa ē bethel: descendit; in ataro
oth addar in montem qui est ad meri-
diem bethoron inferioris. i inclinatur
circuiens contra mare ad meridiē mon-
tis qui respicit bethoron contra affricū.
Exitusq; eius in cariathbaal. q;
vocatur i cariathiarim urbē filiorū
iuda. Hec est plaga contra mare ad oc-
identem. A meridie aūt ex parte cari-
athiarim egreditur terminus contra
mare. et puenit usq; ad fontē aquarū
nepthoa. Descendit; in partem mon-
tis qui respicit vallem filiorū ennon. i
est contra septentrionalem plagā in ex-
trema parte vallis raphaim: descen-
dit; in iehennon id est vallis ennon.
iuxta latus iebusei ad austrū. et perue-
nit ad fontem rogel trāsiens ad aqui-
lonem. et egrediens ad ensemes id est
fontē solis. i pertrānsit ad usq; tumulo
q; sunt eregione ascensus adommin:
descendit; ad habenboen id est lapi-
dem boen filij ruben. i pertransit ex la-
tere aquilonis ad campestria: descen-
dit; in planitiem et pergredit contra
aquilonē bethagla: suntq; exitus
eius contra linguā maris salsissimi ab
aquilone in fine iordanis. ad austra-
lem plagam qui est terminus illi ab
oriēte. Hec ē possessio filiorū beniamin
per terminos suos in circuitu et fami-
lias suas. Fuerunt; ciuitates eius. ie-
richo et bethagla et vallis casis betha-
rabā et samaraim i bethel et auim et
affara i ophora villa hemona i ophni
et gabee: ciuitates duodecim et ville
earum. Gabaon et rama et beroth et
mesphe caphara i amosa et recem ia-
rephel et tharela et sela heleph et ie-
bus que est ihrusalem. gabaad et
cariath: ciuitates quatuordecim i vil-
le earum. Fiunt omnes ciuitates vi-
gintiseptē. Hec est possessio filiorum ben
iamin iuxta familias suas. xvi

Et egressa ē sors secūda filiorū symē-
on p cognationes suas: fuitq;
hereditas eor; i medio possessionis fili-
orū iuda. bersabee i sabee et molada et
asersua hsala i asem i heltholad bethu-
larma et siceleg et beth marchaboth et
asersua i beth lepaboth i sarohem: ciui-
tates tredecim i ville ear;. Ayn i remm-
mon i athar i asan: ciuitates q;tuor;

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0227
powered by DWork • Heidelberg University Library

et ville eaꝝ. Omnes uiculi q circuitum
urbiū istarum usq; ad balaad berra-
meth ꝺra australem plagā. Fuerūtq;
omnes ciuitates decem et septē. Hec est
hereditas filiorꝝ symeon iuxta posses-
siones suas in possessione ꝛ funiculo
filiorꝝ iuda: quia maior erat: et ideirco
filij symeon possederūt in medio here-
ditatis eorū. Cecidit q; sors tercia filiorꝝ za-
bulon q cognationes suas: ꝛ factus ē
termin⁹ possessionis filiorū zabulon
usq; sarith. Ascenditq; de mari et me-
dalaa: et puenit in debbaseth usq; ad
torrentem qui est contra ieconan: et re-
uertitur de sarith cōtra orientem in fine
seleleth thabor et egreditur ad daberet:
ascenditq; contra iasie: et inde pertran-
it usq; ad orientalē plagā gethefer et
thachasin: et egredit in remmon am-
phar et noa: et circuit ad aquilonem
et nathon. Exitusq; egressus eius uallis
ieptahel ꝛ cathetheth naalol et semron ꝛ
iedala ꝛ bethleem: ciuitates duodecim
et ville eaꝝ. Hec est hereditas tribꝰ filio-
rum zabulon per cognationes suas:
urbes et uiculi eaꝝ. Nachar egressa ē
sors quarta per cognationes suas:
fuitq; eius hereditas iezrahel et casa-
loth et sunem ꝛ aphraim ꝛ sehon ꝛ na-
arath et rabboth et selem hacmes et
rameth et hengāni ꝛ henadda et beth-
fales: et puenit terminus eius usq; tha-
bor et sesima ꝛ bethsemes: erantq; exi-
tus eius iordanis ciuitates sedecim et
ville earū. Hec est possessio filiorum
nachar per cognationes suas: urbes
et uiculi earū. Cecidit q; sors quinta tri-
bui filiorꝝ aser per cognationes suas:
fuitq; terminus eorꝝ alchat ꝛ cali et be-
then et azab et elmelech et amaad et
messal: et putauit usq; ad carmelū ma-
ris et sihor et labanath: ac reuertit̄ ꝺrta
orientem bethdagon: et pertransit usq;
zabulon et uallem iephtael contra aqui-
lonem in bethemeth et neiel: egreditur
q; ad leuam cabul et accaron et roob et
amon et thana usq; ad sydonem ma-
gnam: reuertiturq; in orma usq; ad
ciuitatem munitissimā tyrum et usq;
osam: erūtq; exitus eius in mare de fu-
niculo arziba et āma et aseg et roob:
ciuitates uiginti due et ville earū. Hec
est possessio filiorū aser per cognatio-
nes suas: urbes q; et uiculi eaꝝ. Filiorꝝ
neptalim sexta pars cecidit q familias
suas: et erat finis eorum de beleb et helon
sannanim: et adami que est neceb et
iebnahel: usq; lecum: et egressus eius usq;
ad iordanem: reuertiturq; terminus
contra occidentē et azanoth thabor:
atq; inde egreditur i ucuca et pertrans-
it in zabulon ꝺrta meridiē ꝛ i aser con-
tra occidentem: et in iuda ad iordanem
contra orientem solis ciuitates munitis-
sime: aselēdim ser ꝛ ammad et rechath
et remereth ꝛ edema et arama asor et re
des ꝛ edrai nasor ꝛ iaron et magdiel
horem et bechanaat et bethsemes: ciui-
tates decē et nouem et ville earū. Hec
est possessio tribus filiorū neptalim q
cognationes suas: urbes et uiculi eaꝝ.
Tribui filiorū dan per familias suas
egressa est sors septima: et fuit termin⁹
possessionis eius saraa et hesthaul ꝛ hair
semes: id est ciuitas solis: selebin et a-
hialon ꝛ iethela helon ꝛ themna ꝛ ach-
ron helchezem ebron et baalad iud et
bane et barach et iechrēmon atq; iher-
con ꝛ arechon: cū finibꝰ q respicit iop-
pen ꝛ ipō fine cōcludit̄. Ascenderūtq;
filij dan et pugnauerūt ꝺrta lesem: et
perunerūq; eam: et percusserūt eam in ore
gladij: et possiderūt ꝛ habitauerūt in
ea: uocātes nomen eius lesem dan ex

nomine dan patris sui. Hec est possessio tribus filiorum dan p cognationes suas·urbes et uiculi eaꝝ. Cumq; complesset sorte terram diuidere singulis per tribus suas·dederũt filij isrl possessionem iosue filio nun ī medio suī iuxta preceptū dñi·urbem quā postulauit tannathsaraa in mõte ephraim. Et edificauit ciuitatẽ·habitauitq; in ea. Hec sunt possessiones quas sorte diuiserũt eleazar sacerdos ⁊ iosue filius nun et principes familiaꝝ ac tribuum filiorum isrl in silo·coram domino ad hostium tabernaculi testimonij: partitiq; sunt terrã. xx

Et locut⁹ est dñs ad iosue dicens. Loquere filijs isrl et dic eis. Separate urbes fugitiuorũ·de quibus locut⁹ sum ad uos per manũ moysi: ut confugiat ad eas quicũq; animã percussent nesciꝰ·et possit euadere irã proximi·qui ultor est sanguinis·cũ ad unam harũ cõfugerit ciuitatum: stabitq; ante portã ciuitatis·et loquetur senioribus urbis illius·ea que se comprobent innocentem: sicq; suscipient eum·et dabũt ei locũ ad habitandum. Cumq; ultor sãguinis eũ fuerit persecut⁹ nõ tradent in manus eius· quia ignorãs occidit pximum eius· nec ante biduũ triduumue eius pbat inimicus. Et habitabit ī ciuitate illa donec stet ãte iudicũ causam reddens facti sui: et moriat sacerdos magnus qui fuerit in illo tempore. Tũc reuertetur homicida et ingredietur ciuitatẽ et domũ suam de qua fugerat. Decreuerũtq; urbes in galilea montis neptalim·et sychem in mõte ephraim·et cariatharbe ipa est ebron in mõte iuda: et trans iordanen contra orientalem plagam iericho statuerunt bosor que sita est in campestri solitudine de tribu ruben·⁊ ramoth galaad de tribu gad· et gaulon in basan de tribu manasse. Hec ciuitates cõstitute sunt cũctis filijs israhel et aduenis qui habitabãt inter eos·ut fugeret ad eas q̃ animã nesciꝰ percussisset: et nõ moreretur in manu proximi·effusum sãguinem uindicare cupientis: donec staret ante populũ eposituruꝰ causam suam. xxi

Accesserunt q; principes familiaꝝ leui ad eleazar sacerdotem·⁊ iosue filiũ nun:⁊ ad duces cognationũ per singulas tribꝰ filiorꝫ isrl: locutiq; sunt ad eos in silo terre chanaan atq; dixerũt. Dominus pcepit per manũ moysi ut darent nobis urbes ad habitandum et suburbana eaꝝ ad alenda iumenta. Dederũtq; filij isrl de possessionibus suis iuxta imperiũ dñi·ciuitates et suburbana eaꝝ. Egressaq; ẽ sors in familiam caath filiorꝫ aaron sacerdotis de tribu iuda·et symeon et beniamin ciuitates tredecim:⁊ reliquis filiorũ caath id est leuitis qui superfuerant·de tribubus ephraim et dan et dimidie tribꝰ manasse ciuitates decẽ. Porro filijs gerson egressa est sors ut acciperent de tribubꝰ yssachar et aser ⁊ neptalim·dimidiaq; tribu manasse in basan·ciuitates numero tredecim. Et filijs merari p cognationes suas de tribubꝰ ruben et gad et zabulon urbes duodecim. Dederũtq; filij israhel leuitis ciuitates et suburbana earum· sicut pcepit dñs per manũ moysi: singulis sorte tribuẽtes. De tribubꝰ filiorum iuda et symeon dedit iosue ciuitates quaꝝ ista sũt nomina·filijs aaron p familias caath leuitici generis·prima eis sors illis egressa ẽ: cariatharbe patris enach q̃ uocat ebron in mõte

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0229
powered by DWork • Heidelberg University Library

iuda · et suburbana eius per circuitū.
Agros uero et uillas eius dederat caleph
filio iephone ad possidendū. Dedit er-
go filijs aaron sacerdotis hebron con-
fugij ciuitatem ac suburbana eius · et
lobnam cum suburbanis suis · a iether
et isthimon a helon et dabir et ain a
iethan et bethsames cum suburbanis
suis ciuitates nouem · de tribubz ut dic-
tum est duabus. De tribu aūt filioz
beniamin gabaon a gabee a anatoth
et almon · cū suburbanis suis ciuita-
tes quatuor: oēs simul ciuitates fi-
liorum aaron sacerdotis tredecim cū
suburbanis suis. Reliquis uero per fa-
milias filioz caath leuitice generis hec
est data possessio. De tribu ephraim
urbes confugij sichem cū suburbanis
suis in mōte ephraim · et gazer et reh-
sam et bethoron cū suburbanis suis
ciuitates ꝑuor. De tribu quoq; dan
helteco a gabathon a haialon et geth-
remmon cū suburbanis suis ciuitates
quatuor. Porro de dimidia tribu ma-
nasse thanath a gethremmon cū subur-
banis suis ciuitates due. Oēs ciui-
tates decē et suburbana earū date sūt
filijs caath inferioris gradus. Filijs
quoq; gerson leuitice generis dedit de
dimidia tribu manasse confugij ciui-
tates · gaulon in balan et bosram cū
suburbanis suis ciuitates duas. Por-
ro de tribu yssachar reson et dabreth
et iaramoth a enganim cū suburba-
nis suis ciuitates quatuor. De tribu
aūt aser masan et abdon et elrath et
roob cum suburbanis suis ciuitates
quatuor. De tribu quoq; neptalim ci-
uitates confugij cedes in galilea et a-
mothdor et carthari cū suburbanis
suis ciuitates tres. Omnes urbes fa-
miliaꝝ gerson tredecī cū suburbanis
suis. Filijs aūt merari leuitis inferio-
ris gradus per familias suas · data
est de tribu zabulon iecnal et cartha
et damna a naalol ciuitates quatuor
cū suburbanis suis. De tribu gad ciui-
tates cōfugij ramoth i galaad · a ma-
naim et esebon et iazer ciuitates qua-
tuor cū suburbanis suis. De tribu ru-
ben ultra iordanen contra iericho ciui-
tates refugij · bosor i solitudine misor
et iazer et iethson et malpha ciuitates
quatuor cū suburbanis suis. Omnes
urbes filioz merari per familias et co-
gnationes suas duodecim. Itaq; ciui-
tates uniuse leuitaꝝ i medio possessio-
nis filioz isrl · fuerūt quadragintaocto
cū suburbanis suis singule per fami-
lias distribuē. Dedit q; dñs deꝰ israhe-
li oēm terrā quam tradituꝰ se patri-
bus eorum iurauerat: et possederunt
illam atq; habitauerūt in ea. Dataq;
est ab eo pax in omnes per circuitum
nationes · nullusq; eis hostiū resistere
ausus est: sed cūcti in eoꝝ ditionem re-
dacti sunt. Ne unū quidem uerbū qđ
illis prelicuꝝ se esse ꝓmiserat irritū fu-
it: sed rebz expleta sūt oīa. vrn

Eodem tēpore uocauit iosue rube-
nitas a gaditas · et dimidiam
tribū manasse: dixitq; ad eos. Fecistis
omnia que precepit uobis moyses fa-
mulus dñi · michi q; in oīibz obedi-
stis: nec reliquistis fratres uestros lon-
go tempore usq; i presentē diem · custo-
dientes imperium dñi dei uestri. Quia
igitur dedit dñs deus uester fratribus
uestris quietem et pacem sicut pollicit⁹
est: reuertimini et ite in tabernacla ura
et in terram possessionis · quā tradidit
uobis moyses famulus domini trās
iordanen: ita dumtaxat · ut custodia-
tis attente · et opere cōpleatis mādatū

et legem quam ꝓcepit vobis moyses
famulus dñi: ut diligatis dñm deum
vestrum & ābuletis in omnibus viis
ei⁹ · et obseruetis mādata illi⁹. Adhe-
reatisq; ei ac seruiatis in omni corde
et in omni anima vestra. Benedixitq;
eis iosue & dimisit eos. Qui reūsi sunt
in tabernacula sua. Dimidie aūt tri-
bui manasse possessionem moyses de-
derat ī balan: et idcirco medie que su-
perfuit dedit iosue sorē inter ceteros
fratres suos · trans iordanen ad occi-
dentalē ei⁹ plagā. Cumq; dimitteret
eos ī tabernacla sua & benedixisset eis ·
dixit ad eos. In multa substātia atq;
diuiciis reuertimini ad sedes vras · cū
argēto & auro ere ac ferro & veste mul-
tiplici. Dimidite predā hostium cū fra-
tribus vestris. Reuertisq; sūt et abierūt
filij ruben et filij gad · et dimidia trib⁹
manasse a filijs israhel · de silo que sita
est ī chanaan: ut intrarent galaad
terram possessionis sue · quā obtinue-
rant iuxta imperiū dñi in manu moy-
si. Cumq; venissent ad tumulos iorda-
nis in terra chanaan: edificauerunt
iuxta iordanen altare infinite magni-
tudinis. Quod cū audissent filij isrl · &
ad eos certi nūcij detulissent edificasse
filios ruben et gad et dimidie tribus
manasse altare · in terra chanaan sup
iordanis tumulos contra filios isrl:
conuenerūt omnes in silo · ut ascende-
rent et dimicarēt otra eos. Et interim
miserūt ad illos in terrā galaad phi-
nees filium eleazari sacerdotem · et decē
principes cū eo singulos de singulis
tribubs. Qui venerūt ad filios ruben
et gad et dimidie tribus manasse in
terram galaad: dixerūtq; ad eos. Hec
mandat oēs pls dñi. Que est ista
transgressio? Cur reliquistis dñm dū
israhel edificantes altare sacrilegū · et
a cultu illius recedentes? An parum
vobis est q̄ peccastis in beelphegor: &
usq; in presentem diem macula huius
sceleris in nobis ꝑmanet · multiq; de
ꝑplo corruerūt? Et vos hodie reliqui-
stis dñm: & cras ī unūsum isrl ira ei⁹
deleuiet. Nō si putatis immūdam esse
terram possessionis vestre · trāsite ad ter-
ram in qua tabernaculū dñi est · et ha-
bitate inter nos: tantum ut a dño & a
nostro cōsortio nō recedatis · edificato
altari ꝑter altare dñi dei nostri. Nonne
achan filius zare prevaricit mandā-
tum dñi: et sup omnē ꝑplm israhel ira
eius incubuit? Et ille erat un⁹ homo:
atq; utinā solus periisset in scelere suo.
Respondertūq; filij ruben et gad et di-
midie trib⁹ manasse principibs legā-
tionis isrl. Fortissim⁹ deus dominus
ipse nouit · et israhel simul intelligit: si
ꝓuaricationis animo hec altare con-
struximus · non custodiat nos sed pu-
niat nos in ꝑsenti. Et si ea mente feci-
mus ut holocausta & sacrificium · et pa-
cificas victimas sup eo imponeremus ·
ipse querat et iudicet: et nō ea magis
cogitatione atq; tractatu · ut diceremus
cras dicent filij vestri filijs nr̄is. Quid
vobis et dño deo israhel? Terminum
posuit dñs inter nos et vos o filij ru-
ben et filij gad iordanen fluuiū: et id-
circo partem nō habetis in domino ·
et per hanc occasionē auertent filij ve-
stri filios nr̄os a timore dñi. Putaui-
mus itaq; melius et diximus. Extrua-
mus nobis altare nō in holocausta
neq; ad victimas offerendas · sed in
testimoniū inter nos et vos · et sobolē
nostram posterāq; progeniem ut seruia-
mus dño: et iuris nostri sit offerre
et holocausta et victimas et pacificas

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0231
powered by DWork • Heidelberg University Library

hostias: et nequaq̃ dicant eras filij
vestri filijs nostris-nō est vobis pars
in dñō. Quod si voluerint dicere. Re-
spondebūt eis. Ecce altare dñi qđ fece-
runt patres nostri-non in holocausta
neq; in sacrificium sed in testimoniū
nostrū ac vestrū. Absit a nobis hoc
scelus ut recedamus a dño et eius ve-
stigia relinquam⁹ · et ędificato altari ad
holocausta ⁊ sacrificia ⁊ victimas offe-
rendas: p̃ter altare dñi dei nostri qđ
ędificatum est ante tabernaculum eius.
Quibus audītis phinees sacerdos et
principes legationis isrl qui erant cū
eo placati sunt: et verba filiorū ruben
et gad ⁊ dimidie tribꝰ manasse liben-
tissime susceperūt. Dixitq; phinees filij
eleazari sacerdos ad eos. Nūc scimus
quod nobiscū sit dñs · quoniā alienī
estis a preuaricatione hac: et liberastis
filios israhel de manu dñi. Reuersusq;
est cū principibus a filijs ruben ⁊ gad
de terra galaad finium chanaan ad
filios israhel: et retulit eis. Placuitq;
sermo cunctis audientibꝰ. Et laudaue-
runt deū filij isrl: et nequaq̃ ultra dixe-
runt ut ascenderent cōtra eos atq; pu-
gnarent · et delerēt terram possessionis
eorū. Vocauerunt⁹q; filij ruben et filij
gad altare qđ extruxerant testimoniū
nūm · qđ dominꝰ ipse sit deꝰ. vrm

Euoluto aūt multo tempore post-
q̃ pacē dederat dñs israheli-hu-
iectis in gyro nationibus uniuersis:
et iosue iam longeuo et perfectis eta-
tis: vocauit iosue omnē israhelē · ma-
iores⁹q; natu ⁊ principes ac duces ⁊ ma-
gistros: dixitq; ad eos. Ego senui et
progressionis etatis sum: vosq; cerni-
tis oīa que fecerit dñs deꝰ vester cun-
ctis per circuitū nationibꝰ · quomodo
pro vobis ipse pugnauerit. Et nunc
q̃a vobis sorte diuisit oīem terrā · ab
orientali parte iordanis usq; ad mare
magnū · multeq; ad huc supsunt na-
tiones: dñs deus vester disperdet eas
et auferet a facie vestra · et possidebitis
terram sicut vobis pollicitus est. Tan-
tum confortamini et estote solliciti ut
custodiatis cuncta que scripta sunt in
volumine legis moysi: et nō declinetis
ab eis nec ad dextram neq; ad sinistrā:
ne postq̃ increpueritis ad gentes que
inter vos future sunt · iuretis in nomi-
ne deorū earū et seruiatis eis et adore-
tis illos sed adhereatis dño deo vō-
qđ fecistis usq; in diem hanc. Et tunc
auferet dñs deꝰ in cōspectu vestro gen-
tes magnas ⁊ robustissimas: ⁊ nullꝰ
vobis resistere poterit. Vnus e vobis
persequetur hostiū mille viros: quia
dominus deus vester pro vobis ipse
pugnabit sicut pollicitus est: hoc tan-
tum diligentissime p̃cauete ut diliga-
tis dñm deū vestrū. Quod si volueritis
gentiū harum que inter vos habitāt
erroribꝰ adhęrere · et cū eis misere con-
nubia atq; amicicias copulare: iam
nunc scitote q̃ dñs deus vester nō eas
deleat ante faciem vestram · sed sint vo-
bis in foueam ac laqueum et offendi-
culum et latere vestro · et sudes in ocu-
lis vīs: donec vos auferat atq; disper-
dat de terra hac optima quā tradidit
vobis. Et ego hodie ingrediar viam
vniuerse terre · ⁊ toto animo cognosce-
tis q̃ de oīnibꝰ verbis que locutꝰ est
dominꝰ pollicitus vobis esse pollicitus ē · vnū
nō pretereriit incassū. Sicut ergo im-
pleuit opere quod promisit et prospera
cuncta uenerunt: sic adducet sup vos
quicquid malorꝰ cōminatus ē · donec
vos auferat atq; disperdat de terra hac
optima quam tradidit vobis: eo q̃

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0232
powered by DWork • Heidelberg University Library

preteriteritis pactum domini dei vestri quod pepigit vobiscum: et seruietis dijs alienis et adorauerit eos. Cito atq; velociter consurget in vos furor domini: et auferemini ab hac terra optima quā tradidit vobis.

xxiij.

Congregauitq; iosue omnes tribus israhel in sychem: et vocauit maiores natu ac principes et iudices et magistros: stetereūtq; in conspectu dñi: et ad ptm sic locutus est. Hec dicit dominus deus israhel. Transfluuiū habitauerunt patres vestri ab initio: thare pater abrahā et nachor: seruieruntq; dijs alienis. Tuli ego patrem vestrū abraham de mesopotamie finibus: et adduxi eū in terra chanaan: multiplicauiq; semen ei⁹ et dedi ei ysaac. illiq; rursum dedi iacob et esau quibus esau dedi montem seir ad possidendū: iacob vero et filij eius descenderūt in egiptū. Misiq; moysen et aaron: et percussi egiptum multis signis atq; portentis: eduxiq; vos et patres vros de egipto et venistis ad mare: persecutiq; sunt egipcij patres vestros cū curribus et equitatu vsq; ad mare rubrū. Clamauerunt aūt ad dñm filij israhel: qui posuit tenebras inter vos et egiptios: et adduxit super eos mare et operuit eos. Viderunt oculi vestri cuncta que in egipto fecerim: et habitastis i solitudine multo tempore: et introduxi vos in terrā amorrei qui habitabat trans iordanem. Cumq; pugnarēt ctra vos: tradidi eos in manus vras: et possedistis terram eor⁹ atq; interfecistis eos. Surrexit aūt balach filius sephor rex moabi et pugnauit ctra israhelem. Misitq; et vocauit balaam filiū beor ut malediceret vobis: et ego nolui audire eū: sed econtrario pro illo benedixi vobis: et liberaui vos de manu eius. Transistisq; iordanem et venistis ad iericho: pugnauerūtq; contra vos viri ciuitatis eius. amorreus et pherezeus et chananeus et ethеus et gergeseus et eueus et iebuseus: et tradidi illos in manus vestras. misiq; ante vos crabrones et eieci eos de locis suis. duos reges amorreor⁹ nō in gladio tuo et in arcu tuo: dediq; vobis terram in qua non laborastis. et urbes quas non edificastis: ut habitaretis in eis: vineas et oliueta que nō plātastis. Nunc ergo timete dñm et seruite ei pfecto corde atq; verissimo: et auferte deos quibus seruierūt patres vestri in mesopotamia et in egipto: ac seruite dño. Sin autē malū vobis videtur ut dño seruiatis. optio vobis datur. Eligite hodie quod placet. cui seruire potissimum debeatis: vtrum dijs quibus seruierunt patres vestri in mesopotamia. an dijs amorreorum in quorū terra habitatis. Ego aūt et domus mea seruiemus domino. Respōditq; pplus et ait. Absit a nobis ut relinquam⁹ dñm: et seruiam⁹ dijs alienis. Dominus de⁹ noster ipe eduxit nos et pres nostros de terra egipti et de domo seruitutis: fecitq; videntibus nobis signa ingētia: et custodiuit nos in omni via per quam ambulauim⁹. et in cūctis pplis per quos transiuim⁹: et eiecit vniuersas gentes. amorreum habitatorem terre quā nos intrauim⁹. Seruiemus igit dño: quia ipse est de⁹ noster. Dixitq; iosue ad ppm. Nō poteritis seruire dño: deus enim sanctus et fortis emulator est. nec ignoscet sceleribus vestris atq; peccatis. Si dimiseritis dñm et seruieritis dijs alienis: conuertet se et affliget vos atq; subuertet. postq; vobis prestiterit bona. Dixitq;

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0233
powered by DWork • Heidelberg University Library

ppls ad ioſue nequaq̃ ita ut loquerẽ
retur: ſed dño ſeruirent. Et ioſue ad po-
pulum teſtes inquit vos eſtis: qđ ipſi
elegeritis vobis dominũ ut ſeruiatis
ei. Reſponderũq; teſtes. Auf ergo ait
auferte deos alienos de medio veſtri:
et inclinate corda veſtra ad dñm deũ
iſrahel. Dixitq; ppls ad ioſue. Domi-
no deo nr̃o ſeruiemus: z obedientes e-
rimus p̃ceptis eius. Percuſſit ergo io-
ſue in die illo fedus: et propoſuit ppło
precepta aq; iudicia in ſychem. Scri-
ſit quoq; oñia verba hec in volumi-
ne legis dñi: et tulit lapidem peregran-
dem · poſuitq; eum ſubter quercũ que
erat in ſanctuario domini: et dixit ad
omnem populum. Ecce lapis iſte erit
vobis in teſtimonium · qui audierit is
omnia verba domini que locutus eſt
vobis: ne forte poſtea negare velitis
et mentiri domino deo veſtro. Dimi-
ſitq; populum ſingulos in poſſeſſio-
nem ſuam. Et poſt hec mortuus eſt io-
ſue filius nun ſeruus dñi · centũ decem
annorũ: ſepelieruntq; eum in finibus
poſſeſſionis ſue in thamnathſare: que
ſita eſt in monte ephraim · a ſeptentri-
onali parte mõs gaas. Seruitq;
iſrahel dño cũctis diebus ioſue et ſeni-
orum · qui longo vixerãt tempore poſt
ioſue: et qui nouerant omnia opera
dñi que fecerat in iſrl'. Oſſa quoq; io-
ſeph que tulerant filij iſrl' de egipto · ſe-
pelierũt in ſychem i parte agri quẽ eme-
rat iacob a filijs emmor p̃ris ſychem
centum nouellis ouibs: et fuit in poſ-
ſeſſionem filiorum ioſeph. Eleazar
quoq; filius aaron mortuus eſt: et
ſepelierunt eum in gabaath phinees
filij eius: que data ẽ ei i mõte ephraim.
Explicit Ioſue Incipit liber Iudi
cum Capitulum primum:

Post mortem ioſue con-
ſuluerunt filij iſrl' dñm
dicẽtes. Quis aſcender
ante nos cõtra chana-
neum · et erit dux belli:
Dixitq; dñs. Judas aſcender.
Ecce tradidi terã in manu ei⁹.
Et ait iudas ſymeoni fratri ſuo.
Aſcende mecũ in ſorte mea · et pugna
cõtra chananeũ: ut et ego pugnem tecũ
in ſorte tua. Et abiit cũ eo ſymeon. Aſ-
cendit iudas · et tradidit dñs chana-
neum ac pherezeum in manus eorũ:
et percuſſerunt in bezech decem milia vi-
rorum. Inuenerũq; adonibezech: et
in bezech: et pugnauerũt ctra eum: ac
percuſſerũt chananeũ et pherezeũ. Fu-
git aũt adonibezech: quẽ ꝓſecuti com-
prehenderũt · cęſis ſummitatibs manu-
um eius ac pedum. Dixitq; adonibe-
zech. Septuaginta reges amputatis
manuũ ac pedum ſummitatibs colli-
gebant ſub menſa mea cibꝝ reliqui-
as: ſicut feci ita reddidit michi de⁹. Ad-
duxeruntq; eũ in iheruſalem: z ibi mor-
tuus eſt. Oppugnantes ergo filij iuda
iheruſalẽ ceperũt eam · et percuſſerunt in
ore gladij: tradẽtes cũctam incendio
ciuitatem. Et poſtea deſcendentes pu-
gnauerunt ctra chananeũ qui habita-
bat in mõtanis · et ad meridiẽ in cam-
peſtribus. Pergensq; iudas cõtra cha-
naneũ qui habitabat in hebron · cui⁹
nomẽ fuit ãtiquus cariatharbe · per-
cuſſit ſyſai et haymam et tholmai: atq;
inde profectus abiit ad habitatores
dabir · cui⁹ nomen vetus erat cariath-
ſepher id eſt ciuitas litterarũ. Dixitq;
caleph. Qui percuſſerit cariathſepher et
vaſtauerit eã: dabo ei axam filiã meã
vxorem. Cumq; cepiſſet eam othoniel
filius cenez frater caleph minor: dedit

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0234
powered by DWork • Heidelberg University Library

ei axam filiã suã coniugem. Quã pergentem in itinere monuit vir suus ut peteret a patre suo agrũ. Que cũ suspirasset sedens in asino dixit ei caleph. Quid habes? At illa respondit. Da mihi benedictionẽ: quia terrã arentẽ dedisti mihi. da & irriguã aquis. Dedit ergo ei caleph irriguũ superius et irriguũ inferius. Filij aũt cinei cognati moysi ascenderũt de ciuitate palmarum cũ filijs iuda in desertũ sortis eius quod est ad meridiẽ arath: et habitauerunt cũ eo. Abijt aũt iudas cũ symeone fratre suo: et percusserũt simul chananeum qui habitabat in sephat. et interfecerunt eũ. Vocatũq; est nomen urbis horma id est anathema. Cepitq; iudas gazam cum finibus suis: et ascalonẽ atq; accaron cum terminis suis. Fuitq; dñs cum iuda et montana possedit. Nec potuit delere habitatores vallis: quia falcatis curribus habundabãt. Dederũtq; caleph hebron sicut dixerat moyses: qui deleuit ex ea tres filios enach. Iebuseum aũt habitatorem ierusalem non deleuerũt filij beniamin: habitauitq; iebuseus cũ filijs beniamin in ierusalẽ usq; in presentem diem. Domus quoq; ioseph ascendit in bethel: fuitq; dñs cum eis nam cum obsiderẽt urbem que prius luza vocabatur. viderũt hominẽ egredientem de ciuitate: dixerũtq; ad eum. Ostende nobis introitũ ciuitatis: et faciemus tecũ misericordiã. Qui cum ostendisset eis percusserunt urbem in ore gladij: hominẽ autẽ illũ et oẽm cognationẽ eius dimiserũt. Qui dimissus abijt in terrã cethim: et edificauit ibi ciuitatem. Vocauitq; eã luzam: que ita appellatur usq; in presentem diẽ. Manasses quoq; non deleuit bethsan et thanach cũ viculis suis et habitatores dor. et ieblaam & mageddo cũ viculis suis: cepitq; chananeus habitare cum eis. Postq; autem confortatus est israel fecit eos tributarios: et delere noluit. Ephraim eciã non interfecit chananeum qui habitabat in gazer: sed habitauit cũ eo. Zabulon nõ deleuit habitatores cethron et naalon: sed habitauit chananeus in medio eius. factusq; est ei tributarius. Aser quoq; nõ deleuit habitatores accho et sydonis alab et achazib & amma & aphech et roob: habitauitq; in medio chananei habitatoris illius terre: nec interfecit eum. Neptalim quoq; nõ deleuit habitatores bethsemes: bethanath: & habitauit inter chananeũ habitatorẽ terre: fuerũtq; ei bethsemite et bethanite tributarij. Arrauitq; amorreus filios dan in montem: nec dedit ei locum ut ad planiora descenderẽt: habitauitq; in monte hares qui in petra falcato in hailon et salabim. Et aggrauata est manus domus ioseph: factusq; est ei tributarius. Fuit autẽ terminus amorrei ab ascensu scorpionis petra et superiora loca.

Ascenditq; angelus dñi de galgala ad locum flentium & ait. Eduxi vos de egipto. et introduxi in terram pro qua iuraui patribus vestris: et pollicitus sum ut nõ facerem irritum pactum meum vobiscum in sempiternum: ita dumtaxat ut non feriretis fedus cum habitatoribus terre huius. et aras eorum subuerteretis: & noluistis audire vocem meam. Cur hoc fecistis? Quamobrem nolui delere eos a facie vestra: ut habeatis hostes. et dii eorum sint vobis in ruinam. Cumq; loqueretur angelus dñi hec verba ad omnes filios israhel: extollentesq; vocem suam et fleuerunt.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0235
powered by DWork • Heidelberg University Library

Et vocatū ethnomē loci illius fletuū
siue lacrimarū: immolauerūtq; ibi hō-
stias dño. Dimisit ergo iosue ppm: et
abierūt filij israhel unusquisq; in pos-
sessionem suā: et obtinerent eam: seruie-
runtq; dño cunctis diebꝫ eius et senio-
rum qui longo pst eum vixerūt tpe: et
nouerant oīa opa dñi que fecerat
cū israhel. Mortuus est aūt iosue filꝫ
nun famulꝫ dñi centum et decē annō-
rum: et sepelierunt ū in finibꝫ possessi-
onis sue in thamnathsare in monte
ephraim a septērionali plaga mon-
tis gaas. Omnisq; illa generatō con-
gregata est ad patres suos: et surrexe-
runt alij qui nō nouerūt dñm: et opa
que fecerat cū israhel. Fecerūtq; filij isrl
malū in conspectu dñi et seruierūt ba-
alim: ac dimiserūt dñm deum patrū
suoꝝ qui eduxerat eos de terra egipti:
et secuti sūt deos alienos de eos quoq;
populorū qui habitabāt in circuitu e-
orum et adorauerūt eos: et ad iracun-
diam cōcitauerunt dñm. dimittentes
eum et seruientes baal et astaroth. Ira-
tusq; dñs contra israhel tradidit eos
in manus diripientiū: qui depōt eos
et vendiderūt hostibus qui habitabāt
per gyrū: nec potuerūt resistere aduer-
sarijs suis: sed quocūq; pergere volu-
erant manꝫ dñi super eos erat sicut lo-
cutus est et iurauit eis: et vehementer
afflicti sunt. Suscitauitq; dñs iudices
qui liberarent eos de vastantiū ma-
nibus: sed nec eos audire voluerunt fo-
nicantes cū diis alienis et adorātes
eos. Cito deseruerūt viā per quam in-
gressi fuerant patres eoꝝ: et audientes
mandata dominī. oīa fecere contra-
ria. Cūq; dñs iudices suscitaret in di-
ebus eoꝝ flectebatur misericordia: et au-
diebat afflictorū gemitus et liberabat
eos de rede vastantiū. Postq̄ autem
mortuꝰ esset iudex reuertebant et multo
faciebāt maiora quā fecerant patres
eoꝝ: sequētes deos alienos seruientes
eis et adorantes illos. Nō dimiserūt
adinuentiones suas: et viam durissi-
mam per quā ambulare consueuerāt.
Iratusq; est furor dñi in israhel et ait.
Quia irritū fecit gens ista pactū meū
quod pepigeram cū patribus eorū et
vocem meā audire contempsit: et ego
non delebo gētes quas dimisit iosue
et moriens est: ut in ipsis experiar isrl
utrum custodiant viā dñi: et ambulēt
in ea sicut custodierūt patres eorū an
non. Dimisit ergo dominus omnes
has nationes: et cito subuertere nolu-
it. nec tradidit in manibꝫ iosue.

Hee sunt gentes quas dñs dereli-
quit ut erudiret in eis israhelem
et omes qui nō nouerāt bella chana-
neorum: et postea discerent filij eorum
certare cū hostibus et habere consuetu-
dinem preliandi. quinq; satrapas phi-
listinorum omnēq; chananeū et sydo-
niū atq; eueum. qui habitabat in mon-
te libano de monte baalhermon usq;
ad introitū emath. Dimisitq; eos ut
in ipsis experiretur israhelē: utrū audi-
rent mandata dñi que ꝓceperat patri-
bus eoꝝ per manū moysi an nō. Ita-
q; filij israhel habitauerunt in medio
chananei et ethei et amorrei et pherezei
et euei et iebusei: et duxerunt uxores fi-
lias eoꝝ. ipīq; filias suas filijs eorum
tradiderūt: et seruierunt diis eoꝝ. Fece-
runtq; malū in conspectu dñi: et obliti
sunt dei sui seruientes baalim et astha-
roth. Iratusq; dñs cōtra isrl tradidit
eos in manꝰ chusan rasathaim regis
mesopotamie: seruieruntq; ei octo ānis.
Et clamauerunt ad dominum: qui

Biblioteca Apostolica Vaticana © RESERVED

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0236
powered by DWork • Heidelberg University Library

suscitauit eis saluatorem et liberauit
eos·othoniel videlicet filium cenez fra-
trem caleph minorem: fuitq; in eo spi-
ritus dñi et iudicauit israel. Egressusq;
est ad pugnã: et tradidit dominus in
manus eius chusaimrasathaim regẽ
syrie·et oppressit eum. Quieuitq; terra
quadraginta annis: et mortuus est
othoniel filius cenez. Addiderũt aũt
filij israhel facere malũ in cõspectu do-
mini· qui confortauit aduersum eos
eglon regem moab·qa fecerunt malũ
in cõspectu eius. Et copulauit ei filios
ammon et amelech: abiitq; et percussit
israhel·atq; possedit urbem palmarũ.
Seruierũtq; filij israel eglon regi moab
decẽ et octo annis: et postea clamaue-
runt ad dominũ. Qui suscitauit eis
saluatorem vocabulo aoth inclitum
filium gera filij iemini: qui utraq; ma-
nu pro dextera utebatur. Miserũtq; fi-
lij israhel per illũ munera eglon regi
moab. Qui fecit sibi gladiũ ancipitẽ
habẽtem i medio capulũ lõgitudinis
palme manus: et accinctus est eo sub
ter lagum i dextro femore. Obtulitq;
munera eglon regi moab. Erat autẽ
eglon crassus nimis. Cũq; obtulisset
ei munera persecutus est socios qui cũ
eo uenerant: et reuersus de galgalis
ubi erãt ydola dixit ad regẽ. Verbum
secretũ habeo ad te o rex. Et ille impe-
rauit silentiũ. Egressisq; omnibus qui
circa eũ erant ingressus est aoth ad eũ.
Sedebat aũt in estiuo cenaculo solus.
Dixitq;. Verbũ dei habeo ad te. Qui sta-
tim surrexit de throno. Extẽditq; aoth
sinistrã manũ et tulit sicã de dextro fe-
more suo: infixitq; in ventrem eius tam
valide ut capulus sequeretur ferum
in vulnere: ac pinguissimo adipe stren-
gerentur. Nec eduxit gladiũ sed ita ut
percusserat reliquit in corpore: statimq;
per secreta nature alui stercora proru-
pũt. Aoth aũt clausis diligentissime
hostijs cenaculi et obseratis: p posti-
cam egressus ẽ. Seruiq; regis ingressi
uiderunt clausas fores cenaculi: atq;
dixerũt. Forsitã purgat aluum in est-
uo cubiculo. Expectantesq; diu donec
erubescerent et uidentes q nullus ape-
riret·tulerũt clauẽ: et aperientes inuene-
runt dñm suũ in terra iacentẽ mortuũ.
Aoth aũt dũ illi turbarentur effugit:
et pertransijt locũ ydolorũ unde reuersus
fuerat. Venitq; in seyrath et statim in-
sonuit bucina in monte ephraim: de-
scenderuntq; cũ eo filij israel ipe in fronte
gradiẽte. Qui dixit ad eos. Sequimini
me. Tradidit enim dñs inimicos nros
moabitas in manꝰ nras. Descenderũt
q; post eũ et occupauerũt vada iordanis
que transmittũt in moab ⁊ non dimi-
serunt transire quẽq;: sed percusserunt
moabitas in tempore illo circiter decẽ
milia omnes robustos ⁊ fortes uiros.
Nullus eoꝝ euadere potuit. Humiliatus
q; ẽ moab i die illo sub manu israel:
et quieuit terra octoginta ãnis a pl̃is.
Post hunc fuit samgar filiꝰ anath: q
percussit de philistijm sexcẽtos uiros uo-
mere. Et ipe quoq; iudicauit israel. ⁊

Addiderũtq; filij israel facere malũ
in cõspectu dñi post mortẽ aoth:
⁊ tradidit illos dñs in manus iabin
regis chanan qui regnauit in asor habu-
itq; ducem exercitꝰ sui nomine sisa-
ram. Ipse aũt habitabat in arozeth
gentiũ. Clamauerunt q; filij israel ad do-
minũ. Nongentos enim habebat falca-
tos curtus: et per uiginti annos uehe-
menter oppresserat eos. Erat aũt deb-
bora pphetes uxor lapidoth que iudi-
cabat pl̃m in illo tempore: ⁊ sedebat

sub palma que nomine illi⁹ vocabatur·inter rama et bethel i mõte ephraim: ascendebãtq; ad eam filij israhel in oñe iudiciũ. Que misit et vocauit barach filiũ abinoem de cedes neptalim: dixitq; ad eum. Precepit tibi dñs deus isrl. Vade descende: et duc ecercitum in mõtem thabor: tollesq; tecum decem milia pugnatoꝝ de filijs neptalim ⁊ de filijs zabulon. Ego aũt adducam ad te in loco torrentis cyson sisaram principẽ ecercitꝰ iabin et curruꝫ eius atq; omnẽ multitudinẽ: et tradã eos in manu tua. Dixitq; ad eam barach. Si venis mecũ vadã: si nolueris venire mecum nõ pergam. Que dixit ad eum. Ibo quidẽ tecũ: sed i hac vice victoria non reputabitur tibi: quia in manu mulieris tradetur sisara. Surrexit itaq; debbora et perexit cum barach in cedes. Qui accitis zabulon et neptalim ascendit cũ decẽ milibus pugnatorũ: habens debborã in comitatu suo. Aber aũt cineꝰ recesserat quondam a ceteris cineis fratribus suis filijs obab cognati moysi et tetenderat tabernacula usq; ad vallẽ que vocatur sennim: ⁊ erat iuxta cedes. Nũciatum q; est sisare q; ascendisset barach filiꝰ abinoem i montẽ thabor. Et congregauit nongentos falcatos curcus: et omnem ecercitũ de aroseth gentiũ ad torrentem cyson. Dixitq; debbora ad barach. Surge: hec est enim dies in qua tradidit dñs sisarã in manus tuas. Ecce ipse dux est tuus. Descendit itaq; barach de mõte thabor: et decẽ milia pugnatoꝝ cum eo. Perterruitq; dñs sisaram et omnes curꝰ eius uniuersamq; multitudinẽ in ore gladij ad conspectũ barach: intantũ ut sisara de curru desiliens pedibus fugeret: et barach psequeretur fugientes curcus et ecercitũ usq; ad aroseth gentium: et omnis hostiũ multitudo usq; ad internitionem caderet. Sisara aũt fugiens peruenit ad tentoriũ iahel uxoris aber cynei. Erat aũt pax inter iabin regem asor et domũ aber cynei. Egressa igit iahel in occursum sisare dixit ad eum. Intra ad me dñe mi: ne timeas. Qui ingressus tabernaculũ eius et opertus ab ea pallio: dixit ad eã. Da michi obsecro paululũ aque: quia sitio valde. Que aperuit utrem lactis et dedit ei bibere: et operuit illũ. Dixitq; sisara ad eam. Sta ante hostiũ tabernacli: et cũ venerit aliquis interrogãs te·⁊ dicẽs nunquid hic est aliquis: respondebis. Nullus est. Tulit itaq; iahel uxor aber clauum tabernacli assumens pariter et malleũ: et ingressa abscondite et cũ silentio posuit sup timpus capitis eiꝰ clauum prullumq; malleo defixit in cerebrũ usq; ad terrã: qui soporẽ morti socians defecit et mortuus est. Et ecce barach sequens sisarã veniebat: egressaq; iahel in occursũ eius dixit ei. Veni: et ostendam tibi virum quem queris. Qui cũ intrasset ad eã·vidit sisaram iacentem mortuũ: et clauum infixum i timpore eius. Humiliauit ergo deꝰ in die illo iabin regem chanaan coram filijs israhel: qui crescebãt quotidie et forti manu opprimebãt iabin regem chanaan donec deleret eũ. VI

Cecinerũq; debbora et barach filius abinoem in die illo dicẽtes. Qui sponte obtulistis de israhel animas vestras ad periculum: benedicite dño. Audite reges: auribus percipite principes. Ego sum qui dño canam: psallam dño deo israhel. Domine cũ exires de seir·⁊ transires per regiones

edom · terra mota est: celiq; ac nubes distillauerũt aquis. Montes fluxerũt a facie dñi: et synai a facie dñi dei isrl'. In diebus samgar filij anath in diebus iahel quieuerunt semite: et qui ingrediebãtur p eas ambulauerunt per calles deuios. Cessauerũt fortes in isrl: et quieuerunt donec surgeret debbora surgeret mater in israhel. Noua bella elegit dñs: et portas hostium ipe subuertit. Clipeus et hasta si apparuerũt in quadraginta milibus israhel. Cor meũ diligit principes isrl'. Qui ꝓpria voluntate obtulistis vos discriminî benedicite dño: qui ascenditis sup nitentes asinas · z sedetis sup iudicium · et ambulatis in via loquiminî. Vbi collisi sunt currꝰ et hostiũ suffocatus est exercitus: ibi narrẽtur iusticie dñi: clemẽcie fortis isrl'. Tũc descendit ꝑpls domini ad portas: et obtinuit principatũ. Surge surge debbora surge: loquere canticum. Surge barach: et apprehende captiuos tuos fili abinoem. Saluate sũt reliquie ꝑpli. Dominus in fortibus dimicauit: ex ephraim deleuit eos in amelech: et post eũ ex beniamin in ꝑplos tuos o amalech. De machir principes descenderunt: et de zabulon qui exercitum ducerẽt ad bellandum. Duces yssachar fuere cũ debbora: barach vestigia sunt secuti: qui quasi in preceps ac barathrũ se discriminî dedit. Diuiso contra se ruben: magnanimorũ reperta cõtentio est. Quare habitas inter duos terminos: ut audias sibilos gregũ? Diuiso contra se ruben: magnanimoꝝ reperta cõtentio est. Galaad trãs iordanem quieuerat: et dan vacabat nauibus. Aser habitabat i littore maris: et in portibz morabatur. Zabulon vero et neptalim obtulerunt animas suas morti in regione morome. Venerunt reges z pugnauerunt: pugnauerũt reges thanaan i thanac iuxta aquas mageddon: et tamẽ nichil tulere predãtes. De celo dimicatũ est contra eos: stelle manentes in ordine et cursu suo aduersus sisaram pugnauerunt. Torrens cison traxit cadauera eoꝝ: torrens cadumim torrens cison. Conculta anima mea robustos. Vngule equorũ ceciderunt: fugientibus impetu · et per precipes ruentibus fortissimis hostiũ. Maledicite terre merozꝫ dixit angelus dñi: maledicite habitatoribz eius: quia non venerunt ad auxiliũ dñi z adiutoriũ fortissimorũ eius. Benedicta inter mulieres iahel vxor aber cinei: z benedicat in tabernaculo. Aquã petẽti lac dedit: et in phiala principũ obtulit butirum. Sinistram manũ misit ad clauum: et dextram ad fabrorũ malleos · percussitq; sisarã querens in capite vulneri locũ: et tempus valide perforãs. Inter pedes eius ruit: defecit et mortuus est volubatur ante pedes eius: et iacebat exanimis z miserabilis. Per fenestram respiciens ululabat mater eius: et de cenaculo loquebatur. Cur moratur regredi currus eiꝰ: quare tardauerũt pedes quadrigarũ illius? Una sapientiores procerũ vxoribz eius hec sorcui verba respondit. Forsitan nunc diuidit spolia et pulcerrima feminarũ eligitur ei. Vestes diuersoꝝ colorꝝ sisare traduntur i predã: z supellex varia ad ornanda colla cõgeritur. Sic pereant omnes inimici tui dñe: q̃ aut̃ diligũt te sicut sol i ortu suo splendet ita rutilent. Quieuit terra per quadraginta ãnos. VI

Fecerũt aũt filij israhel malum in conspectu dñi: qui tradidit illos

in manu madian septem ānis:et op-
pressi sunt valde ab eis. Fecerūq; sibi
antra et speluncas in mōtibus:z mu-
nitissima ad repugnandū loca. Cūq;
seuisset israhel ascendebat madian et
amalech et ceteri orientaliū nationū:
et apud eos figentes tēcoria-sicut erāt
in herbis cūcta vastabant usq; ad in-
troitū gaze-nichilq; omnino ad vitā
pertinens relinquebāt in isrl:nō oues
non boues non asinos. Ipsi enim et
uniūsi greges eoz veniebant cū taber-
naculis suis:et instar locustarū uni-
uersa complebāt-innumera multitu-
do hominū z cameloz-quicquid tetī-
gerant deuastantes. Humiliatusq; est
isrl valde in cōspectu madian. Et cla-
mauit ad dñm postulans auxilium
cōtra madianitas. Qui misit ad eos
virum pphetam:z locut9 est. Hec dicit
dñs deus isrl. Ego feci vos conscende-
re de egipto z eduxi vos de domo seru-
tutis:et liberaui de manu egiptioz et
omniū inimicorū qui affligebāt vos.
Eiecīq; eos ad introitū vestrū:et tradi-
di vobis terrā eorū:et dixi. Ego dñs
deus vester. Ne timeatis deos amor-
reorum in quorū terra habitatis. Et
noluistis audire vocem meā. Venit
autē angelus dñi et sedit sub quercu
qui erat in ephra:et pertinebat ad ioas
patrem familie ezdri. Cumq; gedeon
filius eius ptereret atq; purgaret fru-
menta i turculari ut fugeret madian:
apparuit ei angel9 dñi et ait. Dominus
tecū vir9 fortissime. Dixitq; ei gedeon.
Obsecro dñe mi si dñs nobiscum est-
cur ergo apphenderūt nos hec oīa?
Ubi sunt mirabilia eius que narra-
uerunt patres nostri:atq; dixerunt de
egipto eduxit nos dñs? Nūc autem
dereliquit nos domin9:et tradidit in
manu madian. Respexitq; ad eum do-
minus-et ait. Vade i hac fortitudine
tua:z liberabis isrl de manu madian.
Scito ego misericm te. Qui respondens
ait. Obsecro dñe mi in quo liberabo
israhel? Ecce familia mea infima est
in manasse:et ego minim9 in domo
patris mei. Dixitq; ei dñs. Ego ero te-
cum:et percties madian quasi unum
virum. Et ille:si inueni inquit gratiā
coram te da michi signū ego tu sis qui
loqueris ad me:nec recedas hinc do-
nec reuertar ad te portās sacrificium
et offerens tibi. Qui respondit. Ego
prestolabor aduentū tuū. Ingressus ē
itaq; gedeon et coxit hedum et de fari-
ne modio azimas panes:carnesq;
ponens in canistro et ius carnū mit-
tens in ollā-tulit oīa sub quercu:et
obtulit ei. Cui dixit angel9 dñi. Tolle
carnes et azimos panes et pone sup
petram illā:et ius desup funde. Cūq;
fecisset ita-extendit angelus dñi sum-
mitatem virge quā tenebat in manu
et tetigit carnes et azimos panes:a-
scenditq; ignis de petra et carnes azi-
mosq; panes cōsumpsit:angelus aūt
dñi euanuit ex oculis ei9. Vidensq; ge-
deon q esset angelus dñi ait. Heu mi
dñe deus:quia vidi angelū dñi facie
ad faciem. Dixitq; ei dñs. Pax tecum.
Ne timeas:nō morieris. Edificauit
ergo ibi gedeon altare domino:voca-
uitq; illud dñi pax usq; in presentem
diem. Cumq; adhuc esset in ephra que ē
familie ezdri:nocte illa dixit dñs ad
eum. Tolle thaurū patris tui et alterū
thaurum annorum septem-destrueq;
aram baal que est patris tui-et nem9
quō circa aram est succide:z edificabis
altare dño deo tuo in summitate pe-
tre huj9 supe quā ante sacrificiū posuisti:

Biblioteca Apostolica Vaticana © RESERVED

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0240
powered by DWork • Heidelberg University Library

tollesq; thaurū secūm ⁊ offeres holocaustum sup structem lignoꝝ que de nemore succideris. Assumptis ergo gedeon decē viris de seruis suis: fecit sicut preceperat ei dñs. Timens aūt domum patris sui et homines illius ciuitatis ꝑ diem noluit facere: sed oīa nocte compleuit. Cumq; surrexissent viri oppidi eius mane: viderunt destructam aram baal lucūq; succisum: ⁊ thaurū alterum impositū sup altare: qđ tunc edificatū erat: dixerunt q; ad inuicem. Quis hoc fecit? Cumq; requirerēt autorem facti: dictum est. Gedeon filius ioas fecit hec omnia. Et dixerunt ad ioas. Produc filiū tuū huc ut moriatur: quia destruxit arā baal: et succidit nemus. Quibus ille respondit. Si ūquid ultores estis baal: ut pugnetis pro eo? Qui aduersarius est eius moriatur: anteqū lux crastina veniat. Si deus est: vindicet se de eo qui suffodit aram eius. Et illo die vocatus est gedeon ierobaal: eo qđ dixisset ioas vlciscatē se de eo baal: qui suffodit altare ei⁹. Congregati sunt ergo oēs madian et amalech ⁊ orientales ꝑ simul: et transeuntes iordanen castrametati sunt in valle iezrahel. Spūs aūt dñi indutus gedeon: qui clangens buccina cōuocauit domū abiezer ut sequerentur se. Missisq; nūcios in vniuersum manassen: qui et ipse secutus est eum. Et alios nūcios in aser et zabulon ⁊ nepthalim: qui occurrerunt ei. Dixitq; gedeon ad dñm. Si saluū facis per manū meā ꝑ sicut locutus es: ponā hoc vellus lane in area. Si ros in solo vellere fuerit et in oī terra siccitas: sciam qđ per manū meā sicut locut⁹ es liberabis isrl. Factumq; est ita. Et de nocte cōsurgens: expresso vellere concam rore impleuit. Dixitq; rursus ad dñm. Ne irascatur furor tuus cōtra me: si adhuc semel temptauero signū queres in vellere. oro ut solū vellus siccum sit: et omnis terra rore madens. Fecitq; dominus nocte illa ut postulauerat: et fuit siccitas in solo vellere: et ros in omni terra.

VII

Igitur ierobaal qui et gedeon de nocte consurgens et oēs ꝑ⁹ cū eo venit ad fontem qui vocatur arad. Erant aūt castra madian in valle ad septentrionalem plagā collis excelsi. Dixitq; dñs ad gedeon. Multꝰ tecū est ꝑ⁹: nec tradetur madian in manꝰ eius: ne gloriet cōtra me israhel et dicat meis viribus liberatus sum. Loquere ad populum: et cunctis audientibꝫ predica. Qui formidolosus et timidꝰ est reuertatur. Recesserūtq; de monte galaad: et reuersi sūt ex ꝑ⁹ viginti duo milia virorū: et centū decē milia remanserūt. Dixitq; dñs ad gedeon. Adhuc ꝑ⁹ multus est. Duc eos ad aquas et ibi probabo illos: et de quo dixero tibi ut tecū vadat ipe pergat quē ire prohibuero reuertatur. Cumq; descendisset ꝑ⁹ ad aquas: dixit dñs ad gedeon. Qui manu ⁊ lingua lambuerint aquas sicut solent canes lambere seperabis eos seorsum: qui aūt curuatis genibus biberint in altera parte erūt. Fuit itaq; numerus eorū qui manu ad os proiciente lambuerūt aquas trecenti viri: omnis aūt reliqua multitudo. flexo poplite biberat. Et ait dñs ad gedeon. In trecentis viris qui lambuerūt aquas liberabo vos ⁊ tradam in manu tua madian: omnis aūt reliqua multitudo reuertatur in locum suum. Sumptis itaq; pro numero cibariis et tubis: omnem reliquam multitudinem abire

precepit ad tabernacula sua: et ipse cū
trecentis viris se certamini dedit. Ca-
stra aūt madian erant subter in valle.
Eadem nocte dixit dñs ad eum. Sur-
ge et descende in castra: quia tradidi
eos in manu tua. Si autem sol⁹ ire
formidas: descendat tecū phara puer
tuus. Et cū audieris quid loquantur
tunc cōfortabūtur manus tue: et secu-
rior ad hostium castra descendes. De-
scendit ergo ipse et phara puer eius in
partem castrorū: ubi erant armatorū
vigilie. Madian aūt et amalech et o-
mnes orientales ppli fuli iacebāt in val-
le ut locustarū multitudo: camelī aūt
innumerabiles erāt sicut harena que
iacet in litore maris. Cūq; venisset ge-
deon narrabat aliquis somniū pro-
ximo suo: et in hūc modū referebat qđ
viderat. Vidi somniū: et videbatur
mihi quasi subcinericius panis et or-
deo voluī: et in castra madian descen-
dere. Cumq; peruenisset ad tabernacu-
lum percussit illud atq; subuertit: et ter-
re fundit⁹ coequauit. Respōdit is cui
loquebat. Nō est hoc aliud: nisi gla-
dius gedeonis filij ioas viri israelite.
Tradidit enim dñs in man⁹ eius ma-
dian: et omnia castra eius. Cumq; au-
disset gedeon somniū et interpretatio-
nem eius adorauit: et reuersus est ad
castra isrl et ait. Surgite: tradidit enī
dominus in man⁹ nostras castra ma-
dian. Diuisitq; trecentos viros in tres
partes: et dedit tubas in manibz eor:
lagenasq; vacuas ac lāpades in me-
dio lagenarū. Et dixit ad eos. Quod
me facere videritis hec facite. Ingredi-
ar partem castrorū: et quod fecero sec-
mini. Quādo personuerit tuba in ma-
nu mea: vos quoq; p castrorū circuitū
clangite et cōclamate dño et gedeoni.

Ingressusq; est gedeon et trecenti viri q̄
erant cū eo in partem castrorū incipien-
tibus vigilijs nocte media: et custodi-
bus suscitatis reperūt bucinis clāgere:
et complodere inter se lagenas. Cūq;
per girū castrorū in tribz personarent
locis et ydrias contegillent: tenuerūt
sinistris manibz lampades: et dextris
sonātes tubas: clamauerūtq; gladi⁹
dñi et gedeonis: stantes singuli in lo-
co suo per circuitū castrorū hostilium.
Omnia itaq; castra turbata sūt: et vo-
ciferātes ululāteq; fugerūt. Et nichilo-
minus insistebant trecenti viri bucinis
personantes. Immisitq; dñs gladiū
in omnibz castris: et mutua se cede trun-
cabāt fugientes usq; ad bethsecha et crepi-
dinem abel meula in thebbath. Con-
clamantes aūt viri isrl de neptali et a-
ser et omni manasse persequebātur ma-
dian. Et dedit dñs victoriā pplo israhel in die illa. Misitq; gedeon nūcios
in omnē montem ephraim dicēs. De-
scendite in occursum madian: et occu-
pate aquas usq; bethbera atq; iordanem.
Clamauitq; omnis ephraim: et preoc-
cupauit aquas atq; iordanem usq; beth-
bera. Apprehēsisq; duos viros madi-
an oreb et zeb: interfecit oreb i petra oreb:
zeb vero i torcular zeb. Et persecuti sūt
madian: capita oreb et zeb portāte ad
gedeon trāns fluenta iordanis. VIII

Dixerunt ad eum viri ephraim.
Quid est hoc qđ facere voluisti:
ut non nos vocares cū ad pugnam
pergeres cōtra madian? Iurgantes
fortiter: et prope vim inferentes. Quibz
ille respondit. Quid enī tale facere po-
tui: quale vos fecistis? Nōne melior
est racemus ephraim vindemijs abie-
zer? In manus vestras dñs tradidit
principes madian oreb et zeb. Quid

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0242
powered by DWork • Heidelberg University Library

rale facere potui: quale vos fecistis?
Quod cū locutus esset: requieuit spiritus eoꝝ quo timebant cōtra eū. Cūq; venisset gedeon ad iordanem transiuit eum cū trecentis viris qui secū erāt: et pre lassitudine fugientes psequi non poterāt. Dixitq; ad viros soccoth. Date obsecro panes plō qui mecum est quia valde defecerūt: ut possim⁹ persequi zebee et salmana reges madian. Respondernnt principes soccoth. Forsitan palme manuum zebee ⁊ salmana in manu tua sūt: et idcirco postulas ut dem⁹ exercitui tuo panes. Quibus ille ait. Cum ergo tradiderit dñs zebee et salmana i manus meas: conteram carnes vestras cū spinis tribulisq; deseri. Et inde consendens venit in phanuel: locutusq; ē ad viros loci illius similia. Cui et illi responderunt sicut responderant viri soccoth. Dixit itaq; eis. Cum reuersus fuero victor i pace destruam turrim hāc. Zebee autem et salmana requiescebāt cū omni exercitu suo. Quindecim enī milia virī remanserant ex omnibus turmis orientalium populoꝝ: cesis centumq; gīnti milibus bellatoꝝ ⁊ educentū gladiū. Ascendensq; gedeon per viam eorum qui in tabernaculis morabātur ad orientalem partē nobe et iecbaa percussit castra hostium qui securi erant et nichil aduersi suspicabātur: fugerūtq; zebee et salmana: quos psequens gedeon comprehendit turbato oīi exercitu eoꝝ. Reuertensq; de bello āte solis ortū apprehēdit puerū de viris soccoth: interrogauitq; cū nomina principum et seniorū soccoth: et descripsit septuagintaseptē viros. veniteq; ad soccoth: et dixit eis. Ecce zebee et salmana super quibus exprobrastis michi dicentes

forsitan manus zebee et salmana in manibs tuis sunt: et idcirco postulas ut demus viris qui lassi sunt et deficerunt panes. Tulit ergo seniores ciuitatis et spinas deserti ac tribulos: et contriuit cū eis atq; comminuit viros soccoth. Turrim quoq; phanuel subuertit: occisis habitatoribus ciuitatis. Dixitq; ad zebee ⁊ salmana. Quales fuerūt viri quos occidistis in thabor? Qui responderūt. Similes tui: et unus ex eis quasi filius regis. Quibus ille respōdit. Fratres mei fuerūt: filii matris mee. Viuit dñs: quia si seruasseris eos nō vos occiderē. Dixitq; iether primogenito suo. Surge ⁊ interfice eos. Qui non eduxit gladiū. Timebat enī: quia adhuc puer erat. Dixerunt; zebee et salmana. Tu surge ⁊ irrue in nos: qa iuxta etatem robur est hominis. Surrexit gedeon et interfecit zebee et salmana: et tulit ornamenta ac bullas quibus colla regaliū camelorū decorari solent. Dixerunt; omnes viri israhel ad gedeon. Dominare nostri tu et filius tuus et filius filij tui: quia liberasti nos de manu madian. Cui ille ait. Non dñabor vestri: nec dominabit in vos filius meus: sed dominabit dñs. Dixitq; ad eos. Vnā petitionē postulo a vobis. Date michi inaures ex preda vestra. Inaures enī aureas ysmaelite habere cōsueuerant. Qui responderunt. Libentissime dabim⁹. Expandentesq; sup terrā pallium proiecerūt in eo inaures de preda: et fuit pond⁹ postulatarū inaurium mille septingēti auri sicli. absq; ornamentis et monilibus ⁊ veste purpurea quibs reges madian uti solīt erant: et preter torques aureas camelorū. Fecitq; ex eo gedeon ephod: et posuit illud in ciuitate sua

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0243
powered by DWork • Heidelberg University Library

ephra. Fornicatusq; est omnis israhel in eo: et factum est gedeoni et domui eius in ruinã. Humiliat⁹ est aũt madian corã filijs isrl' nec potuerunt ultra cervices eleuare: sed quieuit terra per quadraginta annos quibꝫ gedeon prefuit. Abijt itaq; ierobaal filius ioas et habitauit in domo sua: habuitq; septuaginta filios qui egressi sunt de femore eius: eo qũ plures haberet uxores. Cõcubina aũt illius quã habebat in sichem genuit ei filiũ nomine abimelech. Morruusq; est gedeon filij ioas in senectute bona: et sepult⁹ est in sepulcro ioas pris sui i ephra de familia ezdri. Postq; aũt mortuus est gedeon auersi sunt filij israhel: et fornicati sunt in baalim. Percusserũtq; cũ baal fedus ut esset eis in deũ: nec recordati sunt dñi dei sui qui eruit eos de manibus inimicorum suorum omnium per circuitum: nec fecerũt misericordiã cum domo ierobaal gedeon iuxta omnia bona que fecerat israheli.

Abijt aũt abimelech filius ierobaal in sichem ad fratres matris sue: et locutus est ad eos ꝛ ad omnem cognationem domus patris matrisq; sue dicẽs. Loquimini ad oẽs uiros sichem. Quid uobis est melius: ut dominentur uri septuaginta uiri oẽs filij ierobaal: an ut dominet̃ uobis unus uir? Simulq; considerate: quia os uestrũ et caro uestra sum. Locutiq; sunt fratres matris eius de eo ad oẽs uiros sichem uniuersos sermones istos: et inclinauerũt cor eor⁹ post abimelech dicentes. Frater noster est. Dederũtq; illi septuaginta pondera argenti de phano baalberith. Qui conduxit sibi et uiros inopes et uagos: secutiq; sunt eum. Et ueniẽs in domũ patris sui ephra: et occidit fratres suos filios ierobaal septuaginta uiros super lapidem unũ. Remansitq; ioathan filius ierobaal minimus: et absconditus est. Congregati sunt autem oẽs uiri sichem et uniuerse familie urbis mello: abierũtq; et cõstituerunt regem abimelech iuxta querc⁹ que stabat in sichem. Quod cũ nunciatũ esset ioathan iuit et stetit in uertice montis garizim: eleuataq; uoce clamauit et dixit. Audite me uiri sichem: ita ut audiat uos dominus. Ierũt ligna ut ungerent super se regẽ. Dixerũtq; oliue. Impera nobis. Que respondit. Nunquid possum deserere pinguedinem meam qua et dij utuntur ꝛ homines: et uenire ut inter ligna promouear? Dixeruntq; ligna ad arborem ficũ. Veni: et sup nos regnũ accipe. Que respondit eis. Nunquid possum desserere dulcedinem meã fructusq; suauissimos: ꝛ ire ut inter cetera ligna promouear? Locutaq; sũt ligna ad uitem. Veni et impera nobis. Que respondit eis. Nunquid possum deserere uinũ meum qđ lenificat deũ et hominẽs: et inter ligna cetera cõmoueri? Dixerũtq; oẽs ligna ad ramnũ. Veni et impera sup nos. Que respondit eis. Si uere me regẽ uobis constituis uenite et sub umbra mea requiescite: sin autem nõ uultis: egrediatur ignis de ramno et deuoret cedros libani. Nũc igitur si recte et absq; prec̃ cõstituistis sup uos regem abimelech et bene egistis cũ ierobaal et cũ domo eius: et reddidistis uicem tenebrosis ei⁹ qui pugnauit pro uobis ꝛ animam suam dedit periculis ut erueret uos de manu madian: qui nunc surrexistis contra domũ patris mei et interfecistis filios eius septuagita uiros sup unũ

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0244
powered by DWork • Heidelberg University Library

lapidem: et cōstituistis regem abimelech filiū ancille eius super habitatores sichem eo qđ frater vester sit: si ergo recte et absq; vitio egistis cū ierobaal et domo eius hodie letemini in abimelech et ille letetur in vobis. Si autem peruerse: egrediatur ignis ex eo et consumat habitatores sichem et oppidū mello: egrediaturq; ignis de viris sichem et de oppido mello et deuoret abimelech. Que cū dixisset fugit et abiit in bera: habitauitq; ibi ob metū abimelech fratris sui. Regnauit itaq; abimelech super isrl tribus annis. Misitq; dominꝰ spiritū pessimū inter abimelech et habitatores sichem: qui ceperunt eū detestari: et scelus iniectionis septuaginta filiorꝫ ierobaal et effusionē sanguinis eorū conferre in abimelech fratrem suū: et in ceteros sichimorꝫ principes qui eum adiuuerāt. Posueruntq; insidias aduersum eū in summitate montiū: et dū illiꝰ prestolabātur aduentū exercebāt latrocinia: agentes predas de pretereuntibus. Nunciatūq; est abimelech. Venit aūt gaal filiꝰ obed cū fratribus suis: et transiuit in sichimā. Ad cuius aduentū erecti habitatores sichem egressi sunt in agros vastātes vineas vualq; caltātes: et factis cantantiū choris ingressi sunt phanū dei sui: et inter epulas et pocula maledicebant abimelech clamāte gaal filio obed. Quis est iste abimelech et que est sichem ut seruiamꝰ ei? Nunquid non est filiꝰ ierobaal? Et constituit principem zebul seruū suū super viros emor patris sichem. Cur ergo seruiemus ei? Vtinā daret aliquis populū istū sub manu mea: ut auferrem de medio abimelech. Dicūq; est abimelech. Congrega exercitus multitudinem et veni. Zebul
eni princeps ciuitatis auditis sermonibus gaal filij obed iratꝰ est valde: et misit clam ad abimelech nuncios dicens. Ecce gaal filiꝰ obed venit in sichimam cū fratribus suis: et oppugnat aduersū te ciuitatē. Surge itaq; nocte cū populo qui tecū ē et latita in agro: et primo mane oriente sole irrue super ciuitatem. Illo aūt egrediente aduersum te cum populo suo: fac ei qđ poteris. Surrexit itaq; abimelech cū omni exercitu suo nocte: et texerūt insidias iuxta sichimam in quatuor locis. Egressusq; est gaal filiꝰ obed: et stetit in introitu portę ciuitatis. Surrexit aūt abimelech et omnis exercitꝰ cū eo de insidiarū loco. Cumq; vidisset populum gaal: dixit ad zebul. Ecce de montibus multitudo descendit. Cui ille respōdit. Umbras montium vides quasi capita hominū: et hoc errore decipieris. Rursumq; gaal ait. Ecce populus de umbilico terre descendit: et unus cuneus venit per viā que respicit quercū. Cui dixit zebul. Vbi est nūc os tuū quo loquebaris: quis est abimelech ut seruiamus ei? Nōne hic est populus quem despiciebas? Egredere et pugna cōtra eū. Abiit ergo gaal respectante sichimorꝫ populo et pugnauit contra abimelech: qui persecutus est eū fugientem in urbē compulit. Ceciderūtq; ex parte eius plurimi usq; ad portā ciuitatis: et abimelech sedit in ruma. Zebul aūt gaal et socios eius expulit de urbe: nec in ea passus est cōmorari. Sequenti ergo die egressus est populus in campū: qđ cū nunciatum esset abimelech tulit exercitū suum et diuisit in tres turmas: tendēs insidias in agris. Vidensq; q egrederetur populus de ciuitate surrexit et irruit in eā cū cuneo suo oppugnans et obsidens ciuitatē: due

aũt turme palãtes per cãpum adũsarios psequebãtur. Porro abimelech oñi die illo oppugnabat urbẽ: quã cepit interfectis habitatoribꝫ eiꝰ: ipsa qꝫ destructa ita ut sal i ea dispergeret. Qũ cũ audissent qui habitabant in turre sichimoꝝ: ingressi sunt phanũ dei sui berith ubi fedus cũ eo pepigerant et ex eo locus nomẽ acceperat: qui erat munitus valde. Abimelech quoqꝫ audiens viros turris sichimoꝝ pariter conglobatos ascendit in mõtem selmon cũ oñi pꝫto suo: et arrepta securi precidit arboris ramũ impositũqꝫ ferens humero dixit ad socios. Quod me uidistis facere cito facite. Igit̃ certatim ramos de arboribus pcidentes sequebantur ducem. Qui circundãtes presidium succenderũt: atqꝫ ita factũ est ut fumo et igne mille hominũ necarent̃ viri pariter et mlieres habitatoꝝ turris sichem. Abimelech aũt inde pfectus venit ad oppidũ thebes: qđ circũdans obsidebat exercitu. Erat aũt turris excelsa in media ciuitate: ad quã confugerant simul viri ac mulieres et oñes principes ciuitatis clausa firmissime ianua: et sup turris tecta stãtes pugnabãt. Accedẽsqꝫ abimelech iuxta turrim pugnabat fortiter: et appropinquans hostio ignẽ supponere nitebat̃. Et ecce una mulier fragmen mole desuper iaciens illisit capiti abimelech: et confregit cerebrũ eius. Qui vocauit cito armigerũ suũ: et ait ad eũ. Euagina gladiũ tuũ et interfice me: ne forte dicatur qꝫ a femina interfectus sim. Qui iussa pficiens interfecit eũ. Illoqꝫ mortuo oñes qui cũ eo erant de israhel reuersi sunt in sedes suas: et reddidit deus malũ quod fecerat abimelech contra patrem suũ interfectis septuaginta fratribꝫ suis. Sichimitis qꝫ qđ operari erant reperibilũ est: et venit super eos maledictio ioathan filij ierobaal.

Post abimelech surrexit dux in israhel thola filius phua patruus abimelech vir de issachar qui habitauit in samir mõtis ephraim: et iudicauit israhel viginti et tribꝫ ãnis: mortuusqꝫ est ac sepultus in samir. Huic successit iair galaadites qui iudicauit israhel per viginti et duos annos: habẽs triginta filios sedẽtes sup triginta pullos asinarũ et principes triginta ciuitatũ: que ex nomine eiꝰ sũt appellate auoth iair id est oppida iair usqꝫ in pñtem diem in terra galaad. Mortuusqꝫ est iair: ac sepulꝰ in loco cui est vocabulum camon. Filij aũt isrl peccatis ueteribus iungentes noua fecerũt malũ in cõspectu dñi: et seruierũt ydolis baalim et astharoth et diis syrie ac sidonis et moab et filioꝝ ãmon et philistiim: dimiserũtqꝫ dñm et nõ coluerunt eum. Contra quos iratus tradidit eos in manus philistiim et filiorum ãmon: afflictiqꝫ sunt et vehementer oppressi p annos decem et octo. oñes qui habitabant trans iordanen in terra amorrei que est in galaad. intantũ ut filij ãmon iordane transmisso pugnarent iudã et beniamin et ephraim. Afflictus qꝫ est isrl nimis. Et clamantes ad dominum dixerũt. Peccauimus tibi: qa dereliquimus dñm deũ nostrũ et seruiuimus baalim. Quibꝫ locuꝰ est dñs. Nunquid nõ egiptij et amorrei filijqꝫ ammon et philistiim sidonij quoqꝫ et amalech et chanaan oppresserunt vos et clamastis ad me et erui vos de manu eoꝝ. Et tamen reliquistis me: et coluistis deos alienos. Idcirco nõ addã ut ultra vos liberem. Ite et inuocate

deos quos elegistis. Ipsi vos liberẽ in tempore angustie. Dixerunt̃q; filij israhel ad dñm. Peccauim⁹:redde tu nobis quicquid placet tibi:tantũ nũc libera nos. Que dicentes oĩa de finibus suis alienor̃q deorũ ydola proiecerunt:et seruierũt dño deo:qui doluit sup miserijs eor̃. Itaq; filij ammon cõclamantes in galaad fixere tẽtoria: contra quos congregati filij israhel. in maspha castrametati sunt. Dixerunt̃q; principes galaad singuli ad proximos suos. Qui primus ex nobis cõtra filios ammon repetit dimicare: erit dux populi galaad.

Fuit itaq; illo in tempore iepthe galaadites vir fortissimus atq; pugnator filius mulieris meretricis: qui nat⁹ est de galaad. Habuit aut̃ galaad uxorem de qua suscepit filios: qui postq; creuerant eiecerũt iepthe dicentes. Heres in domo patris nri esse nõ poteris: quia de adultera matre nat⁹ es. Quos ille fugiens atq; deuitans habitauit in terra thob. Congregatiq; sunt ad eũ viri inopes et latrocinantes:et quasi principẽ sequebãtur. In illis diebus pugnabãt filij ammon contra israhel:quibꝫ acriter instantibus. petierũt maiores natu de galaad ut tollerent in auxiliũ sui iepthe de terra thob. Dixerũt̃q; ad eum. Veni et esto princeps noster: et pugna ꝺra filios ammon. Quibꝫ ille respondit. Nõne vos estis qui odistis me et eiecistis de domo pris mei:et nũc venistis ad me necessitate rõpulsi. Dixerũt̃q; principes galaad ad iepthe. Ob hãc igitur causam nũc ad te venim⁹ ut proficiscaris nobiscũ:et pugnes ꝺra filios ammon: sisq; dux omniũ qui habitant in galaad. Iepthe quoq; dixit eis. Si vere venistis ad me ut pugnem pro vobis contra filios ammon. tradideritq; eos dñs in man⁹ meas:ego ero vester princeps? Qui respondetũt ei. Dominus qui hec audit ipse mediator ac testis est:q; nostra pmissa faciam⁹. Abijt itaq; iepthe cũ principibꝫ galaad:fecit q; eũ oĩbus ꝑs principẽ sui. Locutus q; est iepthe omnes sermones suos coram dño in maspha. Et misit nũcios ad regẽ filior̃q ammon: qui ex ꝑsona sua dicerent. Quid michi et tibi est q̃a venisti contra me ut vastares terram meam? Quibus ille respondit. Quia tulit israhel terrã meam quãdo ascendit de egipto:a finibus arnon usq; iaboc atq; iordanen. Nunc ergo cũ pace redde michi eam. Per quos rursum mandauit iepthe:et imperauit eis ut dicerẽt regi ammon. Hec dicit iepthe. Nõ tulit israhel terrã moab nec terrã filior̃q ammon:sed quãdo de egipto conscenderunt ambulauit per solitudinẽ usq; ad mare rubrũ:et venit in cades. Misitq; nũcios ad regem edom dicẽs. Dimitte me ut trãseam terram tuam. Qui noluit acquiescere precibus eius. Misit quoq; ad regem moab: qui et ipse transitũ prebere nõrempsit. Mansit itaq; i cades:et circuiuit ex latere terrã edom et terrã moab. Venitq; ad orientalem plagã terre moab et castrametat⁹ est trans arnon nec voluit intrare terminos moab. Arnon quippe confinium est terre moab. Misit itaq; israhel nuncios ad seon regẽ amorreor̃q qui habitabat in esebon:et dixerũt ei. Dimitte ut transeam ꝑ terram tuã usq; ad fluuium. Qui et ipse israhel verba despiciens nõ dimisit eum transire ꝑ terminos suos: sed infinita multitudine congregata egressus est cõtra eum

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0247
powered by DWork • Heidelberg University Library

in ialla:& fortiter resistebat. Tradiditq; eum dñs in manu isrl cum oñi exercitu suo et percussit eū: et possedit oñem terram amorrei habitatoris regionis illius et uniuersos fines ei⁹ de arnon usq; iaboc:& de solitudine usq; ad iordanem. Dominus ergo deus israhel subuertit amorreū pugnāte cōtra illū plō suo isrl. Et tu nunc uis possidere terrā eius? Nonne ea que possedit chamos de⁹ tuus tibi iure debetur? Que aūt dominus deus noster uictor obtinuit:in nostrā cedent possessionē. Nisi forte melior es balac filio sephor rege moab:aut docere potes q̄ iurgarū sit cōtra israhel et pugnauerit contra eū quādo habitauit in esebon et uiculis eius et in aroer et uillis illius: uel in cūctis ciuitatibꝫ iuxta iordanem per trecentos annos? Quare tanto tempore nichil super hac repetitione temptastis? Igitur nō ego peccō in te:sed tu contra me male agis:iudicēs michi bella nō iusta. Iudicet dñs arbiter huius diei inter isrl et inter filios ammon. Noluitq; acquiescere rex filiorꝫ ām̄on uerbis iepthe que per nūcios mādauerat. Factus est ergo super iepthe spiritus domini:et circuiens galaad et manasse maspha quoq; galaad:et inde transiens ad filios ammon votum uouit dño dicens. Si tradideris filios ammon in manus meas:quicūq; primꝰ fuerit egressus de foribus domus mee michiq; occurrerit reuertenti cū pace a filijs ammon:eū holocaustū offerā dño. Trāsiuitq; iepthe ad filios ammon ut pugnaret contra eos: quos tradidit dñs in manꝰ eius:percussitq; ab aroer usq; dū uenias in mennith uiginti ciuitates: et usq; ad abel que ē uineis cōsita plaga magna nimis: humiliatiq; sunt filij ammon a filijs israhel. Reuertēti aūt iepthe i maspha domū suā occurrit ei unigenita filia cū tympanis et choris. Non enī habebat alios liberos. Qua uisa:scidit uestimenta sua et ait. Heu me filia mi:decepisti me:et ipa decepta es. Aperui enim os meū ad dñm: et aliud facere non potero. Cui ille respondit. Pater mi:si aperuisti os tuum ad dñm: fac michi quod cūq; pollicit⁹ es:concessa tibi ultione atq; uictoria de hostibus tuis. Dixitq; ad patrem. Hoc solum michi precta q̄ deprecor. Dimitte me ut duobus mensibꝫ circueam mōtes: et plāgam uirginitatē meā cū sodalibus meis. Cui ille respōdit. Vade. Et dimisit eā duobus mensibus. Cunq; abisset cū sociis et sodalibus suis: flebat uirginitatem suā in mōtibus. Expletisq; duobus mensibus reuersa est ad patrem suū: et fecit ei sicut uouerat. Que ignorabat uirū. Exinde mos increuit in isrl et consuetudo seruata est: ut post anni circulū conueniant in unum filie israhel et plangant filiā iepthe galaaditē diebꝫ quatuor.

Ecce autē in ephraim orta est seditio. Nam transeuntes contra aquilonem:dixerunt ad iepthe. Quare uadens ad pugnā cōtra filios ām̄on uocare nos noluisti:ut pergeremus tecum? Igitur incendem⁹ domū tuam. Quibꝫ ille respondit. Disceptatio erat michi & plo meo contra filios ām̄on uehementis:uosq; uocaui ut prelaremini michi auxiliū:et facere noluistis. Qū cernens posui animā meā in manibꝫ meis:trāsiuiq; ad filios ām̄on: et tradidit eos dñs in manus meas. Quid cōmeruisti:ut aduersum me consurgatis in preliū? Vocatis itaq; ad se cunctis

viris de galaad pugnabat contra ephraim. Perculleruntq; viri galaad ephraim: quia dixerat fugitiui est galaad de ephraim & habitat in medio ephraim et manasse. Occupauerunt galaadite vada iordanis per que ephraim reuersurus erat. Cumq; venisset ad ea de ephraim numero fugiens. atq; dixisset obsecro ut me transire permittas: dicebant ei galaadite. Numquid ephrateus es? Quo dicente non sum: interrogabāt eū. Dic ergo sebboleth: qđ interpretat̃ spica. Qui respondebat thebboleth: eadē littera spicam exprimere non valens: statimq; apprehensum iugulabāt in ipso iordanis transitu. Et ceciderūt in illo tēpore de ephraim quadraginta duo milia. Iudicauit itaq; iepthe galaadites israhel sex annis: & mortuus est ac sepult9 in ciuitate sua galaad. Post hunc iudicauit israhel abessan de bethleem: qui habuit triginta filios et totidem filias. Quas emittēs foras maritis dedit: & eiusdem numeri filijs suis accepit uxores: introducens in domū suā. Qui septem annis iudicauit israhel: mortuus q; est ac sepult9 in bethleem. Cui successit abialon zabulonites: et iudicauit israhel decem ānis: mortuusq; est ac sepultus in zabulon. Post hūc iudicauit isrl' abdon filius hellel pharatonites qui habuit quadraginta filios & triginta ex eis nepotes ascendentes super septuaginta pullos asinarum: et iudicauit israhel octo annis: mortuusq; est ac sepultus in pharaton terre ephraim in monte amalech. xiii

ad deprationē serui tui et pli tui isrl: ⁊ exaudies eos in uniūsis p quibz inuocauerint te. Tu enī seperasti eos tibi in hereditatē de uniūsis plis terre: sicut locutus es per moysen seruū tuū: quādo eduxisti patres nros de egipto dne de⁹. Factū ē autē cū cōpleret salomon orans dnm omnē orationē et deprationē hāc: surrexit de cōspectu altaris dnī. Utrūq; enī genu in terrā fixerat: et man⁹ expāderat ad celū. Stetit ergo et bndixit omni ecclesie isrl: uoce magna dicēs. Bndictus dns q dedit requiē plo suo isrl: iuxta oia que locutus ē. Nō recidit ne un⁹ quidē ex omnib bonis q locut⁹ est p moysen seruū suū. Sit dns de⁹ noster nobiscū sicut fuit cum patribz nris: nō derelinquens nos neq; proicies: sed inclinet corda nra ad se: ut ambulem⁹ in uniuersis uijs ei⁹: et custodiam⁹ mādata eius: ⁊ cerimonias ⁊ iudicia que cūq; mādauit patribz nris: ⁊ sint hmonē mei isti quibz deprcatus sum corā dno appropinquātes corā dno deo nro: die ac nocte: ut faciat iudiciū serui sui ⁊ plo suo isrl: per singlos dies: et sciāt oēs plī terre qa dns ipe ē de⁹: et nō est ultra absq; eo: sit q; cor nrm pfectū cū dno deo nro: ut ambulem⁹ in decretis ei⁹ ⁊ custodiam⁹ mādata ei⁹ sicut et hodie. Igitur rex ⁊ oīs isrl cū eo immolabāt victimas corā dno. Mactauitq; salomō hostias pacificas quas immolauit dno: boū uigīti duo milia et ouiū centū uigīti milia. Et dedicauerunt templū dni rex et filij isrl. In die illa sanctificauit rex medium atrij: qd erat ante domū dni. Fecit quippe holocaustū ibi ⁊ sacrificiū ⁊ adipē pacificorum: qm altare ereū qd erat corā dno min⁹ erat: ⁊ cape nō poterat holocaustū et sacrificiū et adipē pacificorū. Fecit ergo salomon i que illo festiuitatē celebrem: ⁊ oīs isrl cū eo mltitudo magna ab introitu emath usq; ad riuū egipti corā dno deo nro septē diebz ⁊ septē diebus: id est q̄uordecim diebz: et in die octauo dimisit plos. Qui bndicētes regi: pfecti sūt i tabernacla sua: lētātes ⁊ alacres corde sup oīb bonis q fecerat dns dauid seruo suo ⁊ isrl plo suo.

Factū est autē cū perfecisset re salomō edificiū dom⁹ dni ⁊ edificiū regis: et omne quod optauerat et voluerat facere: apparuit ei dns secundo sicut apparuerat ei in gabaon. Dixitq; dns ad eū. Exaudiui orationem tuā et deprationē tuā: quā deprcatus es corā me. Sanctificaui domū hāc quā edificasti: ut ponerē nomen meū ibi i sempiternū: et erūt oculi mei et cor meū ibi cūctis diebz. Tu q; si ambulaueris corā me sicut ambulauit pater tu⁹ in simplicitate cordis: ⁊ in equitate et feceris oīa que prcpi tibi ⁊ iudicia mea seruaueris ⁊ legitima mea: ponam thronū regni tui super isrl in sempiternū sicut locut⁹ sum dauid patri tuo dicēs: nō auferet vir de genere tuo de solio isrl. Si autē auersione auersi fueritis vos et filij vestri nō sequentes me: nec custodientes mādata mea: et cerimonias quas ꝓposui vobis: sed abieritis et colueritis deos alienos et adoraueritis eos: auferam isrl de superficie terre quā dedi eis: ⁊ templū qd sanctificaui nomini meo ꝓiciā a cōspectu meo: eritq; isrl in prouerbiū ⁊ i fabulam cūctis plīs: et dom⁹ hec erit i exemplum. Omnis q trānierit p ea stupebit: ⁊ sibilabit ⁊ dicet. Quare fecit dns sic terre huic et domui huic? Et rādebūt. Quia dereliquerunt dnm deū suū qui

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0341
powered by DWork • Heidelberg University Library

eduxit patres eoꝝ de terra egipti·et secuti sunt deos alienos et coluerũt eos ⁊ adorauerũt eos: idcirco induxit dñs sup eos omne malũ hoc. Expletis autem annis viginti postq̃ edificauerat salomon duas domos id est domũ dñi ⁊ domũ regis·hiram rege tyri prebente salomoni ligna cedrina ⁊ abiegna et aurũ iuxta omne qđ opus habuerat: tũc dedit salomõ hirã viginti opida in terra galilee. Et egressus est hiram de tyro·ut videret opida q̃ dederat ei salomon: et nõ placuerũt ei. Et ait. Quecine sunt ciuitates quas dedisti michi frater? Et appellauit eas terrã chabul usq; in diẽ hãc. Misit ergo hiram ad regẽ salomonẽ centũ viginti talenta auri. Hec est summa expensarũ quã obtulit salomon rex ad edificandum domũ dñi ⁊ domũ suã ⁊ mello· et murũ ihrlim: et asor et magedo et gazer. Pharao rex egipti ascendit·et cepit gazer succendit q̃ eã igni: et chananeum q̃ habitabat in ciuitate interfecit: et dedit eã i dotem filie sue uxori salomonis. Edificauit ergo salomõ gazer·⁊ bethoron inferiorẽ·et balath· ⁊ palmirã i terra solitudinis: et omnes vicos q̃ ad se pertinebãt·et eãr absq; muro munitas: et ciuitates curruũ·et ciuitates equitũ ⁊ qcũque ei placuit· ut edificaret in ihrlim ⁊ in libano·et i omni terra potestatis sue. Vniũsum pplm q̃ remanserat·de amorreis et hetheis et pherezeis·et eueis et iebuseis· q̃ nõ sunt de filijs isrl: horũ filios qui remanserant i terra quos scilicet nõ potuerãt filij isrl exterminare fecit salomõ tributarios·usq; in diẽ hãc. De filijs aut isrl nõ cõstituit salomon seruire quẽquã: sed erant viri bellatores ⁊ ministri ei⁹ et principes et duces et pfecti curruũ ⁊ equoꝝ. Erant aut principes sup opa ope salomonis ꝯpleti quingenti quinquaginta: q̃ habebãt subiectũ pplm·et factoris operibꝰ imperabant. Filia aut pharaonis ascẽdit de ciuitate dauid i domũ suã: quã edificauerat ei salomõ. Tunc edificauit mello. Offerebat aut salomõ tribꝰ vicibꝰ p annos singulos holocausta et pacificas victimas sup altare qđ edificauerat dño: et adolebat thimiama coram domino. Perfectũq; est templũ. Classem quoq; fecit rex salomon in asion gaber que ẽ iuxta aylam in litore maris rubri: in terra ydumee. Misitq; hiram i classe illa suos seruos nauticos et gnaros maris·cũ seruis salomonis: qui cũ venissent i ophir: sumptũ inde auri quadringentoꝝ viginti talentoꝝ detulerũt ad regẽ salomonem.

Xed et regina saba audita fama salomonis in nomine dñi: venit temptare eũ i enigmatibꝰ. Et ingressa ihrlim multo cũ comitatu ⁊ diuitijs·camelis portantibꝰ aromata et auꝝ infinitũ nimis ⁊ gemmas preciosas venit ad regẽ salomonẽ: et locuta est ei vniuersa que habebat in corde suo. Et docuit eã salomon oĩa verba q̃ proposuit. Nõ fuit sermo q̃ regẽ posset latere: et nõ rẽderet ei. Videns aut regina saba omnẽ sapientiã salomonis et domũ quã edificauerat ⁊ cibos mense ei⁹·et habitacla seruoꝝ et ordines ministrantiũ vestesq; eoꝝ et pincernas·⁊ holocausta q̃ offerebat i domo dñi nõ habebat ultra spiritũ: dixitq; ad regẽ. Verus est sermo quem audiui i terra mea sup sermonibꝰ tuis et sup sapientia tua: et nõ credebã narrãtibꝰ michi donec ipsa veni et vidi oculis meis: et probaui quod media pars michi

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0342
powered by DWork • Heidelberg University Library

nūciata nō fuerit. Maior est sapiētia et opera tua: ñ rumor quem audiui. Beati viri tui et beati serui tui hij qui stant corā te semp: et audiūt sapiētiā tuā. Sit dñs deus tuꝰ benedictus qui cōplacuit ti: ꝛ posuit te sup thronū isrl eo quod dilexerit dñs isrl in sempiternum: et cōstituit te regē ut faceres iudiciū ꝛ iustitiam. Dedit ergo regi centumuiginti talenta auri: et aromata multa nimis: et gēmas pciosas. Non fuit allata ultra aromata tam multa: quam ea q̄ dedit regina saba regi salomoni. Sed ꝛ classis hiram que portabat aurū de ophir: attulit ex ophir ligna thyina multa nimis: et gemmas pciosas. Fecitq; rex de lignis thyinis fulcra domꝰ dñi et domꝰ regine: et citharas liraſq; cantoribus. Nō sunt allata huiusmodi ligna thyina: neq; visa usq; in presentē diē. Rex autē salomon dedit regine saba oīa que voluit et petiit ab eo: exceptis hijs que ultro obtulerat ei munere regio. Que reūsa ē: ꝛ abiit i terrā suā cū suis suis. Erat autē pondꝰ auri quod offerebat salomoni per annos singulos: sexcentorum sexagintaseptē talentoꝝ auri: exceptis eis quod offerebāt viri q̄ super vectigalia erāt et negociatores: omnesq; institores vendētes: et oēs reges arabie ducesq; terre. Fecit q̄q; rex salomon ducenta scuta de auro purissimo. Sexcentos auri siclos dedit i laminas scuti vni: et trecentas petras ex auro pbato. Trecentaq; mine auri: unā petrā vehiebāt. Posuitq; eas rex i domo saltus libani. Fecit eciā rex salomon thronū de ebore grandē: ꝛ vestiuit eū auro fulvo nimis: q̄ habebat sex gradꝰ. Et summitas throni rotūda erat i parte posteriori: et due manus hinc atque inde tenentes sedile: et duo leones stabant iuxta manus singulas: ꝛ duodecim leunculi stantes sup sex gradus hinc atq; inde. Non est factū tale opus i vniuersis regnis. Sed et oīa vasa de quibus potabat rex salomō erāt aurea: et vniūsa supellex domꝰ saltꝰ libani de auro purissimo. Non erat argentū nec alicui⁹ pcij putabat in diebꝰ salomonis: quia classis regis p mare cū classe hiram semel per tres annos ibat in tharsis: deferēs inde aurū et argentum: et dentes elephantoꝝ ꝛ simias et pauos. Magnificatꝰ est rex rex salomon sup oēs reges terre diuitijs et sapientia: et vniūsa terra desiderabat vultū salomonis: ut audiret sapientiam eius quā dederat deꝰ i corde eiꝰ: et singuli deferebant ei munera: vasa argentea et aurea: vestes et arma bellica: aromata q̄q; et equos et mulos per annos singulos. Cōgregauitq; salomon currus et equites et facti sunt ei millequadringēti curꝰ et duodecim milia equitū: ꝛ disposuit eos p ciuitates munitas: ꝛ cū rege in ihrlm. Fecitq; ut tanta esset abundantia argenti in ihrlm quāta et lapidū: et cedroꝝ pbuit multitudinē: quasi sicomoros que nascunt in campestribꝰ. Et deducebantur equi salomoni de egipto ꝛ de choa. Negociatores enī regis emebāt de choa: et statuto precio perducebāt. Egrediebat autē quadriga ex egipto sexcētis siclis argenti: et equus cēntum quinquaginta. Atq; in hūc modū cūcti reges hetheoꝝ ꝛ syrie equos venūdabāt.

Rex autē salomō amauit ꝛ mulieres alienigenas multas: filiā q̄q; pharaonis: et moabitidas ꝛ ammonitidas: idumeas et sydonias: et hetheas: de gentibꝰ sup quibꝰ dixit

dñs filijs isrl. Non ingredientur ad eas: neq; de illis ingredient ad vras. Certissime enī auertent corda vra: ut sequamini deos eaz. Hijs itaq; copulatus ē salomon ardentissimo amore. Fuerūnq; ei uxores ñsi regine sepāgente: et cōcubine trecēte. Et auerterūt mlieres cor ei9. Cūq; iam esset senex deprauatū ē cor eius p mlieres ut sequeretur deos alienos: nec erat cor ei9 perfectum cū dño deo suo sicut cor dauid pris ei9: sed colebat salomon astharthen deam sydoniox. et chamos deū moabitarū et moloch ydolū ammonitarū. Feciq; salomō quod nō placuerat cora dño: et nō adimpleuit ut sequeret dñm sicut dauid pater eius. Tūc edificauit salomō fanū chamos ydolo moab in monte q̄ est cōtra ihrusalem: et moloch ydolo filioz ammon. Atq; i hūc modū fecit uniūsis uxoribz suis alienigenis: q̄ adolebāt thura et immolabant dijs suis. Igit̄ iratus ē dñs salomoni. quod auersa esset mens ei9 a dño deo isrl q̄ apparuerat ei bis: et preceperat de verbo hoc ne sequeret deos alienos: et nō custodiuit q̄ mandauit ei dñs. Dixit itaq; dñs salomoni. Quia habuisti hoc apud te et non custodisti pactū meū et p̄cepta mea q̄ mādaui tibi: dilcrūpens scindam regnū tuū. et dabo illud seruo tuo: uerūtamen in diebz tuis nō faciā propter dauid patrē tuū. De manu filij tui scindā illud: nec totū regnū auferam sed tribū unā dabo filio tuo: propter dauid serui mei et ihrlm quam elegi. Suscitauit aut̄ dñs adūsariū salomoni adad ydumeū de semine regio: qui erat i edom. Cū enī esset dauid in ydumea et accēdisset ioab princeps milicie ad sepeliendū eos qui fuerant interfecti. et occidisset omne masculinū i ydumea: sex enī mensibz ibi moratus est ioab. et oīs isrl donec interimeret omne masculinū in ydumea: fugit adad ipe et viri ydumei de seruis pris ei9 cū eo. ut ingrederet egiptū. Erat autem adad puer paruul9. Cūq; surrexissent de madian: uenerūt in pharan. Tulerūtq; secū viros de pharan: et introierūt egiptū. ad pharaonē regē egipti. Qui dedit ei domū: et cibos cōstituit: et terram delegauit. Et inuenit adad gratiā cora pharaone valde: intantū ut daret ei uxorē sororē uxoris sue germanā tafnes regine. Genuitq; ei soror tafnes genebath filiū: et nutriuit eū tafnes i domo pharaonis. Erat q; genebath habitans apud pharaonem cū filijs ei9. Cūq; audisset adad in egipto dormisse dauid cū patribus suis: et mortuū esse ioab principē milicie: dixit pharaoni. Dimitte me: ut vadā in terrā meā. Dixitq; ei pharao. Qua em̄ re apud me indiges: ut queras ire ad terrā tuā? At ille respondit. Nulla. Sed obsecro te: ut dimittas me. Suscitauit quoq; ei de9 adūsariū razon filiū eliadan qui fugerat adadezer regē soba dñm suū: et cōgregauit cōtra eū viros et factus est princeps latronū cū interfecit eos dauid: abieruntq; damascū et habitauerūt ibi: et cōstituerūt eū regē i damasco: eratq; adūsari9 isrl cūctis diebz salomonis. Et hoc est malū adad et odiū contra isrl: regnauitq; in syria. Jheroboam q̄ fili9 nabath ephrateus de sareda. seruus salomonis cui9 mater erat nomine sua mulier vidua: leuauit manum cōtra regē. Et hec causa rebellionis aduersus eū: quia salomon edificauit mello: et coequauit voraginem

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0344
powered by DWork • Heidelberg University Library

ciuitatis dauid patris sui. Erat autē
iheroboā vir fortis et potens. Vidēsq;
salomon adolescentē bone indolis ⁊
industrii cōstituerat eū p̄fectū super tri-
buta domꝰ ioseph. Factum est
igit̄ in tp̄e illo ut iheroboā egrederet de
ihrlim: ⁊ inueniret eū ahias silonites
prophet̄a in via opertꝰ pallio nouo.
Erāt autē duo tantū i agro. Apprehen-
densq; ahias pallium suū nouū quo
coopertꝰ erat scidit in duodecim par-
tes: et ait ad iheroboā. Tolle tibi decē
scissuras. Hec enī dicit dñs deus isra-
hel. Ego scindā regnū de manu salo-
monis: et dabo tibi decē tribus. Por-
ro una tribus remanebit ei p̄ter lum
meū dauid ⁊ ihrlim ciuitatē quā elegi
ex omnibꝫ tribubꝫ isrl: eo q̄ dereliq̄rit
me: et adorauerit astharthen deam sy-
donioꝝ et chamos deū moab: et mo-
loch deū filioꝝ ammon: et nō ambu-
lauerit in viis meis ut faceret iustitiā
corā me: et p̄cepta mea et iudicia sicut
dauid pater ei⁹. Nec auferā omne re-
gnum de manu ei⁹: sed ducē ponā eū
cūctis diebꝫ vite sue p̄ter dauid seruū
meū quē elegi: q̄ custodiuit mādata
mea ⁊ p̄cepta mea. Auferā autē regnū
de manu filij ei⁹ ⁊ dabo tibi decē tribus:
filio autē ei⁹ dabo tribū vnā: ut rema-
neat lucerna dauid seruo meo cūctis die-
bus corā me in ihrlim ciuitate quam
elegi: ut esset nomē meū ibi. Te autē as-
sumam: et regnabis sup oīa q̄ deside-
rat anima tua: eritq; rex super isrl. Si
igit̄ audieris oīa que precepero tibi et
ambulaueris in viis meis: ⁊ feceris q̄
rectū est corā me custodiēs mandata
mea et p̄cepta mea: sicut fecit dauid ser-
uus meꝰ ero tecū: et edificabo tibi do-
mum fidelē: quō edificaui dauid do-
mum et tradā tibi isrl: et affligā semen
dauid sup hoc: verūtamen nō cūctis
diebꝫ. Voluit ergo salomon interfice-
re iheroboam. Qui surrexit et affugit
in egiptū ad sesac regē egipti: ⁊ fuit in
egipto usq; ad mortē salomonis. Re-
liquū autē verboꝝ salomonis et oīa
que fecit et sapientia ei⁹: ecce vniuersa
scripta sunt in libro verboꝝ dierū salo-
monis. Dies autē quos regnauit sa-
lomon in ihrlim super omnē isrl: qua-
draginta anni sunt. Dormiuitq; sa-
lomon cū patribꝫ suis: et sepultꝰ est i
ciuitate dauid patris sui: regnauitq;
roboam filius eius pro eo. xii

Ierit autē roboā in sichem. Illuc
enī cōgregatus erat oīs populꝰ
isrl ad cōstituendū eū regem. At vero
iheroboam filius nabath cū adhuc
esset in egipto profugus a facie salo-
monis regis: audita morte eiꝰ reuer-
sus est de egipto. Misitq; ⁊ vocaue-
runt eū. Venit ergo iheroboā et oīs
multitudo isrl: et locuti sunt ad roboā
dicentes. Pater tuus durissimū iugū
imposuit nobis: tu itaq; nunc imminu-
ue paululū de imperio patris tui du-
rissimo et de iugo grauissimo q̄ impo-
suit nobis: et seruiemus tibi. Qui ait
eis. Ite usq; ad tertiū diem: et reuertimi-
ni ad me. Cūq; abisset pꝰs: iniit cōsi-
lium cū roboam cum seniorib⁹ qui
assistebāt corā salomone patre eius
cū adhuc viueret: et ait. Quod datis
cōsiliū ut rēdeam pꝰlo? Qui dixerunt
ei. Si hodie obedieris pꝰlo huic: et ser-
uieris et petitioni eoꝝ responderis: locutus
q; fueris ad eos verba lenia: erūt tibi
cūctis diebꝫ. Qui dereliquit cōsiliū
senum quod dederāt ei: et adhibuit
adolescētes qui nutriti fuerant cū eo ⁊
assistebant illi: dixitq; ad eos. Quod
michi datis consiliū ut rēdeam pꝰlo

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0345
powered by DWork • Heidelberg University Library

huic. qui dixerũt mihi ḷeuiꝰ fac iugũ
quod imposuit pater tuꝰ sup nos?
Et dixerũt ei iuuenes q̃ nutriti fuerant
cũ eo. Sic loquere pl̃o huic: qui locu-
ti sunt ad te dicẽs. Pater tuꝰ aggra-
uauit iugũ nr̃m: tu releua nos. Sic
loq̃ris ad eos. Minimus digitꝰ meꝰ
grossior est dorso p̃ris mei. Et nũc pa-
ter meus posuit sup vos iugũ graue:
ego autẽ addã sup iugũ vr̃m. Pater
meꝰ cecidit vos flagellis: ego autẽ ce-
dam vos scorpionibꝫ. Venit ergo ihe-
roboam. & oĩs pl̃s ad roboã die ter-
cia: sicut locutꝰ fuerat rex dicẽs. reuerti-
mini ad me die tercia. Rñditq; rex po-
pulo dura. derelicto cõsilio senioꝝ qđ
ei dederãt: & locutꝰ est eis scm̃ cõsiliũ
iuuenũ dicens. Pater meꝰ aggrauauit
iugũ vr̃m: ego autẽ addam iugo vr̃o.
Pater meꝰ cecidit vos flagellis: ego
autẽ cedã vos scorpionibꝫ. Et nõ acq̃e-
uit rex pl̃o quĩ auersaꝝ fuerat eum
dñs: ut suscitaret verbũ suũ qđ locutꝰ
fuerat ī manu ahie silonite ad ihero-
boam filiũ nabath. Videns itaq; po-
pulus quod noluisset eos audire rex:
rñdit ei dicens. Que nobis pars ī da-
uid. uel que hereditas ī filio ysai? Va-
de in tabernacla tua isrl. Nũc vide do-
mum tuã dauid. Et abiit isrl ī taberna-
cula sua. Sup filios autẽ isrl. quicũq;
habitabãt in ciuitatibus iuda. regnauit roboã. Misit ergo rex roboã aduram q̃ erat sup̃ tributa: et lapidauit
eũ oĩs isrl: et mortuꝰ est. Porro rex ro-
boam festinus ascendit currũ et fugit
in ihrlm: recessitq; isrl a domo dauid
usq; ī presentẽ diẽ. Factũ est autẽ cũ au-
disset oĩs isrl quod reũsus esset iheroboam miserũt et vocauerũt eũ congre-
gato cetu: et cõstituerũt eũ regem sup̃
omnẽ isrl: nec secutꝰ ẽ quisquã domũ
dauid p̃ter tribũ iuda solam. Venit
autẽ roboã ihrlm & congregauit uni-
uersam domũ iuda et tribũ beniamin
centũ octoginta milia electoꝝ virorũ et
bellatorũ: ut pugnarẽt contra domũ
isrl: et reducerent regnũ roboam filio
salomonis. Factũ est autẽ sermo dñi
ad semeiã virũ dei dicẽs. Loquere ad
roboã filiũ salomonis regẽ iuda. & ad
omnẽ domũ iuda & beniamin et reli-
quos de pl̃o dicẽs. Hec dicit dominꝰ.
Nõ ascendetis: nec bellabitis contra
fratres vr̃os filios isrl. Reũtatur vir ī
domũ suã. A me enĩ factũ ẽ verbũ hoc.
Audierũt sermonẽ dñi: & reuersi sunt
de itinere sicut eis preceperat dñs. Edi-
ficauit autẽ iheroboã sychem ī mõte
effraim: & habitauit ibi. Et egressus in-
de edificauit phanuel. Dixitq; iheobo-
am ī corde suo. Nũc reũertetur regnũ ad
domũ dauid. si ascenderit pl̃s iste ut
faciat sacrificia in domo dñi ī ihrlm:
et conuertet̃ cor pl̃i hui ad dñm suũ
roboam regẽ iuda: interficientq; me &
reuertent̃ ad eũ. Et rex cogitato cõsilio
fecit duos vitulos aureos: & dixit eis.
Nolite vltra ascendere ihrlm. Ecce dii
tui isrl: qui te eduxerunt de terra egipti.
Posuitq; vnũ ī bethel. & alterũ in dan:
et factũ est verbũ hoc in peccatũ. Ibat
enĩ pl̃s ad adorandũ vitulũ usq; in
dan. Et fecit phana ī excelsis: et sacer-
dotes de extremis pl̃i qui nõ erãt de
filijs leui. Constituitq; diẽ solẽnem in
mẽse octauo. quintadecima die mẽsis:
ī similitudinẽ solẽnitatis q̃ celebrabat̃
ī iuda. Et ascendẽs altare similiter fe-
cit ī bethel: ut ĩmolaret vitulis quos
fabricatus fuerat. Cõstituitq; ī bethel
sacerdotes excelsoꝝ q̃ fecerat: et ascẽdit
super altare quod extruxerat in bethel:
quintadecima die mensis octaui quẽ

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0346
powered by DWork • Heidelberg University Library

fumerat de corde suo. Et fecit solemnitatem filijs israhel: et ascendit super altare ut adoleret incensum. xiij

Et ecce vir dei venit de iuda in sermone dñi in bethel thero boam stante sup altare: et thus iaciente. Et exclamauit contra altare in sermone dñi: et ait. Altare altare: hec dicit dñs. Ecce filius nascet domui dauid iosias nomine: et immolabit sup te sacerdotes excelsoz q nunc i te thura succendunt: et ossa hominu sup te incendet. Dedit quoz in illa die signu dicens. Hoc erit signum quod locut9 est dñs. Ecce altare scindet: et effundet cinis qui in eo e. Cumq audisset rex sermonem hois dei que inclamauerat contra altare in bethel: extendit manu suam de altari dicens. Apprehendite eu. Et exaruit man9 eius qua extenderat contra eu: nec valuit retrahere ea ad se. Altare q3 scissum est: et effusus e cinis de altari: iuxta signu quod pdixerat vir dei in sermone dñi. Et ait rex ad virum dei. Deprecare faciem dñi dei tui et ora p me: ut restituatur man9 mea michi. Orauit vir dei faciem dñi: et reuersa e man9 regis ad eu: et facta est sicut prius fuerat. Locut9 e aute rex ad virum dei. Veni mecu domu ut prandeas: et dabo tibi munera. Respondit quoz vir dei ad regem. Si dederis michi media partem dom9 tue nõ veniam tecu: nec comedã panem neq3 bibã aquã in loco isto. Sic enim mandatum est michi in sermone dñi pcipiens. Nõ comedes panem neq3 bibes aquã: nec reuerteris p viam qua venisti. Abiit ergo per aliam viam: et nõ e reuersus per iter quo venerat in bethel. Propheta autem quidã senex habitabat in bethel: ad que venerunt filij sui: et narrauerunt ei opa q fecerat vir dei illa die in bethel. Et verba q locut9 fuerat ad regem narrauerunt patri suo. Et dixit eis pater eorum. Per quam viam abiit? Ostenderunt ei filij sui viam per quam abierat vir dei q venerat de iuda. Et ait filijs suis. Sternite michi asinum. Qui cu strauissent: ascendit et abiit post virum dei: et inuenit eu sedentem subter therebinthum. Et ait illi. Tu ne es vir dei qui venisti de iuda? Rndit ille. Ego sum. Dixitq ad eum. Veni mecu domum: ut comedas panem. Qui ait. Nõ possum reuerti neq3 venire tecum: nec comedã panem nec bibã aquã in loco isto: qa locut9 est dñs ad me in sermone dñi dicens. Nõ comedes panem et nõ bibes aquã ibi: nec reuerteris p viam qua ieris. Qui ait illi. Et ego propheta sum similis tui: et angelus locut9 e michi in sermone dñi dicens. Reduc eum tecum in domum tuam: ut comedat panem et bibat aquam. Fefellit eum: et reduxit secum. Comedit ergo panem in domo eius: et bibit aquam. Cumq sederent ad mensam: factus est sermo dñi ad propheta q reduxerat eum. Et exclamauit ad virum dei q venerat de iuda dicens. Hec dicit dñs. Quia nõ obedisti ori dñi: et nõ custodisti mandatum quod precepit tibi dñs deus tuus et reuersus es et comedisti panem et bibisti aquam in loco in quo pcepit tibi ne comederes panem neq3 biberes aquam: nõ inferet cadauer tuum in sepulcrum patrum tuoz. Cumq comedisset et bibisset: strauit asinum suum propheta que reduxerat. Qui cu abisset inuenit eum leo in via: et occidit: et erat cadauer eius proiectum in itinere. Asinus autem stabat iuxta illum: et leo stabat iuxta cadauer. Et ecce viri transeuntes viderunt cadauer proiectum in via: et leonem stantem iuxta cadauer. Et venerunt et diuulgauerunt in ciuitate: in qua propheta ille senex habitabat. Quod cum

audiller ꝓpheta ille qui reduxerat eū de via ait. Vir dei ē qui inobediēs fuit ori domini: ⁊ tradidit eū dñs leoni et cōfregit eū: et occidit iuxta verbū domini qđ locut⁹ ē ei. Dixitq; ad filios suos. Sternite michi asinū. Qui cū stravissent et ille ascidisset: invenit cadaver eius ꝓiectū in via: ⁊ asinū ⁊ leonē stantes iuxta cadaver. Non comedit leo de cadavere: nec lesit asinū. Tulit ergo ꝓphēs cadaver viri dei et posuit illud super asinū: et reūsus intulit i ciuitatē ꝓphē senis ut plangeret eū: et posuit cadaver ei⁹ i sepulcro suo. Et planxerūt eū: heu heu mi frater. Cūq; planxissent eū: dixit ad filios suos. Cum mortuus fuero sepelite me i sepulcro i quo vir dei sepult⁹ ē: iuxta ossa ei⁹ ponite ossa mea. Profecto eni veniet sermo quē pdixit in sermone dñi contra altaē quod ē i bethel: ⁊ contra oīa phana excelsorū que sūt i urbibꝫ samarie. Post verba hec nō ē reūsus iheroboam de via sua pessima: sed ecōtrario fecit de nouissimis ꝑplis sacerdotes excelsorū. Quicūq; volebat implebat manū suam: et fiebat sacerdos excelsoꝝ. Et ꝓpter hāc causam peccauit dom⁹ iheroboā: et euersa ē: ⁊ deleta de superficie ēre. xiiij

In tempore illo egrotauit abia filius iheroboā. Dixitq; iheroboam uxori sue. Surge et cōmuta habitū ne cognoscaris quod sis uxor iheroboam: ⁊ vade i silo ubi ē ahias ꝓpha qui locutus est michi qđ regnatur⁹ essem super ꝑplm hūc. Tolle quoq; i manu tua decē panes et crustulam et vas mellis: ⁊ vade ad illū. Ipe enim indicabit tibi: quid eventurꝰ sit puero huic. Fecit ut dixerat uxor iheroboā: et cōsurgens abiit i silo: ⁊ venit i domū ahie. At ille non poterat videre: quia caligauerūt oculi eius ꝑ senectute. Dixit aut̄ dñs ad ahiam. Ecce uxor iheroboam ingredit̄ ut cōsulat te sup filio suo quia egrotat. Ihec ⁊ hec loquēris ei. Cū ergo illa intraret ⁊ dissimularet se esse que erat: audiuit ahias sonitū pedum eius introeuntis per ostium: et ait. Ingredere uxor iheroboam. Quare aliā te esse simulas? Ego autem missus sum ad te durus nūcius. Vade et dic iheroboā. Ihec dicit dñs deus isrl. Quia exaltaui te de medio ꝑpli ⁊ dedi te ducē sup ꝑplm meum isrl: ⁊ scidi regnū domus dauid ⁊ dedi illud tibi: et non fuisti sicut seruꝰ meus dauid qui custodiuit mandata mea: et secutus est me i toto corde suo faciens quod placitū esset in cōspectu meo: sed operatus es male sup omnes qui fuerūt ante te: ⁊ feciſti tibi deos alienos ⁊ cōflatiles: ut me ad iracundiā prouocares: me aut̄ ꝓiecisti post corpus tuū: id circo ecce ego inducā mala sup domū iheroboā: ⁊ percutiā de iheroboam: mingentem ad parietē ⁊ clausum et nouissimū in isrl: et mundabo reliquias dom⁹ iheroboā sicut mūdari solet fimus usq; ad purū. Qui mortui fuerit de iheroboā i ciuitate comedent eos canes: qui aut̄ mortui fuerint in agro vorabunt eos aues celi: qꝛa dñs locut⁹ est. Tu igit̄ surge et vade in domū tuam: et i ipo introitu pedum tuarum in urbem morietꝰ puer: et plangent eum oēs isrl et sepelient. Iste enim solus intrabit̄ de iheroboam i sepulcrū: quia in ueniens est sup eo sermo bonꝰ a dño deo isrl in domo iheroboam. Constituet autem sibi dñs regem sup israhel: qui percutiet domū iheroboā i hac die: ⁊ in hoc tempe: ⁊ percutiet dñs deus israhel: sicut moueri solet harundo i aqua. Et euellet isrl de terra bona

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0348
powered by DWork • Heidelberg University Library

hat quã dedit patribus eorũ: et vexabit eos tranſſlumẽ: quia fecerũt ſibi lucos ut irritarẽt dñm. Et tradet dñs deus iſrl ꝓpter peccata iheroboam: qui peccauit et peccare fecit iſrl. Surrexit itaq; uxor iheroboam: et abiit: et uenit i tharſa. Cũq; illa ingrederet limen dom⁹ puer mortuus eſt: et ſepelierunt eum et planxit eũ omnis iſrl: iuxta ſermonem dñi quẽ locut⁹ ē in manu ſerui ſui ahie ꝓphe. Reliqua autẽ verboꝝ iheroboã quomõ pugnauerit: et quomodo regnauerit: ecce ſcripta ſunt in libro verboꝝ dierũ regũ iſrl: dies autẽ quibus regnauit iheroboã: viginti duo annι ſunt. Et dormiuit iheroboã cum patribꝫ ſuis: regnauitq; nadab filius eius pro eo. Porro roboam filius ſalomonis regnauit in iuda. Quadraginta et unius annι erat roboam cũ regnare cepiſſet: decẽ et ſeptẽ annis regnauit in ihrlm ciuitate quam elegit dñs ut poneret nomẽ ſuũ ibi ex omnibus tribubꝫ iſrl. Nomen autẽ matris eius naama ammanites. Et fecit iudas malũ coram dño: et irritauerunt eum ſup omnibꝫ que fecerãt patres eorum in peccatis ſuis que peccauerũt. Edificauerũt enĩ et ipſi ſibi aras et ſtatuas et lucos ſuper omnẽ collem excelſũ et ſubter omnem arborẽ frondoſam. Sed et effeminati fuerũt i ꝛa: fecerũtq; omnes abhoīationes gentiũ: quas attriuit dñs ante faciem filioꝝ iſrl. In quinto autem anno regni roboam aſcendit ſeſac rex egipti in ihrlm: et tulit theſauros domus dñi et theſauros regiꝫ et uniuerſa diripuit: ſcuta quoq; aurea que fecerat ſalomon pro quibus fecit rex roboam ſcuta erea: et tradidit ea in manu ducum ſcutariorũ et eorum qui excubabant ante oſtium dom⁹ regis.

Cumq; ingrederetur rex in domũ dñi portabant ea qui preeundi habebant officiũ: et poſtea reportabant ad armamentariũ ſcutariorũ. Reliqua autẽ ſermonum roboam et omnia que fecit: ecce ſcripta ſunt in libro ſermonũ dierum regũ iuda. Fuitq; bellũ inẽ roboam et iheroboã cũctis diebus. Dormiuitq; roboam cum patribꝫ ſuis: et ſepultus eſt cũ eis i ciuitate dauid. Nomen autẽ matris ei⁹ naama ammanites. Et regnauit abia filius ei⁹ ꝓ eo. XV

Igitur i octauodecimo ano regni iheroboam filii nabath regnauit abya ſup iudam. Tribus annis regnauit i ihrlm. Nomen matris ei⁹ maacha filia abeſſalon: ambulauitq; i omnibꝫ peccatis priꝰ ſui que fecerat ante eum: nec erat cor eius perfectum cum dño deo ſuo ſicut cor dauid patris eius. Sed propter dauid dedit ei dñs deus ſuus lucernam in ihrlm ut ſuſcitaret filiũ eius poſt eum et ſtatueret ihrlm: eo quod feciſſet dauid rectum in oculis dñi: et non declinaſſet ab omnibus que ꝓceperat ei cunctis diebꝫ vite ſue: excepto ſermone urie ethei. at tamẽ bellum fuit inter abyam et iheroboã omni tempore vite eius. Reliqua autem ſermonũ abye et omnia q̃ fecit: nonne hec ſcripta ſunt i libro verboꝝ dierum regũ iuda? Fuitq; plius inter abyam et inter iheroboam. Et dormiuit abya cum patribꝫ ſuis: et ſepelierunt eum in ciuitate dauid: regnauitq; aſa filius eius ꝓ eo. In anno vigeſimo iheroboã regis iſrahel regnauit aſa rex iuda: et quadraginta et uno anno regnauit in iheruſalem. Nomen matris eius maacha filia abeſſalõ et fecit aſa rectum ante conſpectũ dñi ſicut dauid pater ei⁹: et abſtulit effeminatos de ꝛa:

ALL RIGHTS RESERVED © Biblioteca Apostolica Vaticana

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0349
powered by DWork • Heidelberg University Library

purgauitq; uniuersas sordes ydolorū-
que fecerāt patres eius. Insuper et ma-
achā matrem suā amouit ne esset
princeps i sacris priapi· z i luco eius
quē consecrauerat: subuertitq; ignem
eius· z cōtrīuit simulacrū turpissimū:
et cōbussit in torrente cedron. Excelsa
autē non abstulit. Verūtamē cor asa
perfectum erat cum dño deo suo cūctis
diebs suis: et intulit ea que sanctificā-
uerat pater suus z vouerat in domum
dñi: argētum et aurz et vasa. Bellum
autē erat inē asa et baasa regē israhel:
cunctis diebs eorz. Ascendit quoq; ba-
asa rex israel in iudam· et edificauit ra-
ma: ut non posset quispiā egredi uel
ingredi de parte asa regis iude. Tol-
lens itaq; asa oīe argentum et aurū
quod remānserat in thesauris domus
dñi z in thesauris domus regie· dedit
illud in manus seruoz suoz: et misit
ad benadab filiū tabremmō filij ezion
regem syrie qui habitabat in damasco
dicens. Fedus est inter me et te et inter
patrē meū et patrē tuū: ideo misi tibi
munera argentū et aurz: et peto ut ve-
nias· et irritū facias fedus qđ habes
cū baasa rege israel· et recedat a me. Ac-
quiescēs benadab regi asa misit prin-
cipes exercitus sui i ciuitates israhel: et
percusserūt ahion et dan z abel· domū
maacha· et uniuersam cīneroth· oīem
terrā neptalim. Quod cū audis-
set baasa intermisit edificare rama:
et reuersus est in thersa. Rex autem asa
nunciū misit i omnem iudam dicens.
Nemo sit excusatus. Et tulerūt lapides
de rama z ligna eius quibus edifica-
uerat baasa: et extruxit de eis rex asa
gabaa beniamin· z maspha. Reliqua
autē omniū sermonū asa et uniuersa
fortitudinis eius et cuncta que fecit et
ciuitates quas extruxit: nōne hec scri-
pta sunt i libro verborū dierū regum
iuda? Verūtamen in tpore senectutis
sue doluit pedes: et dormiuit cū patri-
bus suis et sepultus est cum eis i ciui-
tate dauid patris sui: regnauitq; iosa-
phat filius eius p eo. Nadab uero fi-
lius iheroboā regnauit sup israel anno
secūdo asa regis iuda: regnauitq; super
israel duobz annis: et fecit quod malū
est i cōspectu dñi: et ambulauit i uijs
patris sui et i peccatis eius· quibz pec-
care fecit israel. Insidiatus est autem ei
baasa filius ahie de domo ysachar: z
percussit eum i gebbethon que est urbs
philistinoz. Siquidē nadab z oīis
israel obsidebant gebbethon. Interfecit
ergo illū baasa i āno tercio asa regis
iude: z regnauit p eo. Cūq; regnasset:
percussit oīem domū iheroboam. Non
dimisit nec unā quidem animam de
semine eius donec deleret eum: iuxta
verbum dñi qđ locutus fuerat in ma-
nu serui sui ahie silonitis· propter pecca-
ta iheroboam que peccauerat z quibz
peccare fecerat israhel: z propter delictum
quo irritauerat dñm deum israel. Reli-
qua autē sermonū nadab et omnia
que operatus est: nonne hec scripta sūt
i libro verboz dierum regum israhel?
Fuitq; bellū inter asa et baasa regem
israhel: cunctis diebz eorz. Anno tercio
asa regis iuda regnauit baasa filius
ahie super omnē israel in thersa viginti
quatuor annis: z fecit malū coram dño:
ambulauitq; i uijs iheroboā· z in pecca-
tis eius quibz peccare fecit israel. XVI

Factus ē autē sermo dñi ad iehu
filiū anani contra baasa dicens.
Pro eo quod exaltaui te de puluere:
et posui te ducem super populum meum israel:
tu autem ambulasti in uia iheroboā· z

Biblioteca Apostolica Vaticana © RESERVED

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0350
powered by DWork • Heidelberg University Library

peccare fecisti ꝓpl̃m meũ isrl̃ ut me irritares in peccatis eoꝝ: ecce ego demetã posteriora baasa ⁊ posteriora domus eius: et faciam domũ tuã: sicut domũ ieroboam filij nabath. Qui mortuus fuerit de baasa in ciuitate comedent eũ canes: ⁊ qui mortuus fuerit ex eo in regione: comedẽt eum volucres celi. Reliqua autẽ sermonũ baasa ⁊ quecũq; fecit et ꝓlia eius: nonne hec scripta sũt in libro verboꝝ dierũ regũ israhel? Dormiuit ergo baasa cum patribus suis sepultusq; est in thersa: et regnauit hela filius eius ꝓ eo. Cum autem in manu iehu filij anani ꝓphete verbũ dñi factũ esset contra baasa et contra domum eius et contra oñe malum qđ fecerat corã dño ad irritandũ eũ in operibus manuũ suaꝝ ut fieret sicut domus ieroboam: ob hanc causam occidit eũ. hic est iehu filiũ anani ꝓphetã. Anno vicesimo sexto asa regis iuda regnauit hela filius baasa sup isrl̃ in thersa duobus annis: et rebellauit contra eum seruus suus zambri dux medie partis equitũ. Erat autẽ hela in thersa bibens et temulentus: in domo arsa prefecti thersa. Irruens ergo zambri percussit ⁊ occidit eum anno vicesimo septimo asa regis iuda: et regnauit ꝓ eo. Cũq; regnasset et sedisset sup soliũ eius percussit omnẽ domũ baasa et non dereliquit ex ea mingentem ad parietem: et ꝓpinquos et amicos eius. Deleuitq; zambri omnẽ domũ baasa iuxta verbum dñi quod locutus fuerat ad baasa in manu iehu ꝓphete ꝓpter vniuersa peccata baasa et peccata hele filij eius: qui peccauerũt et peccare fecerũt isrl̃ ꝓuocantes dñm deũ isrl̃ in uanitatibꝫ suis. Reliqua autem sermonum hele et omnia que fecit: nonne hec scripta sunt in libro verboꝝ dierũ regũ isrl̃?

Anno vicesimo septimo asa regis iuda regnauit zambri septem diebus in thersa. Porro exercitus obsidebat gebbethon urbem philistinoꝝ. Cũq; audisset rebellasse zambri et occidisse regem: fecit sibi regem omnis isrl̃ ambri qui erat princeps militie super israhel in die illa in castris. Abscedit ergo ambri ⁊ omnis israhel cũ eo de gebbethon: et obsidebant thersa. Videns autem zambri q̃ expugnanda esset ciuitas ingressus ẽ palatiũ et succendit se cum domo regia: ⁊ mortuus est in peccatis suis que peccauerat faciens malum coram dño: et ambulans in via ieroboam et in peccato eius quo fecit peccare israhel. Reliqua autem sermonũ zambri ⁊ insidiaꝝ eius ⁊ tyrannidis: nonne hec scripta sunt in libro verboꝝ dierũ regũ isrl̃? Tunc diuisus est ꝓpls israhel in duas partes. Media pars ꝓpli sequebatur thebni filiũ ginath ut cõstitueret eum regem: et media pars amri. Preualuit autem ꝓpls qui erat cum amri ꝓpl̃o qui sequebatur thebni filiũ ginath: mortuusq; est thebni et regnauit amri. Anno vicesimo primo asa regis iuda regnauit amri sup isrl̃ duodecim annis. In thersa regnauit sex ãnis: emitq; mõtem samarie a somer duobus talentis argenti et edificauit eum: et vocauit nomẽ ciuitatis quam extruxerat nomine somer: idest montẽ dñi vel mõtem samarie. Fecit autẽ amri malũ in cõspectu domini: et operatus ẽ nequiter super omnes qui fuerunt ante eum. Ambulauitq; in omni via ieroboam filij nabath et in peccatis eius: quibꝫ peccare fecerat israhel: ut irritaret dñm deũ israhel in uanitatibꝫ suis. Reliqua autẽ sermonum

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0351
powered by DWork • Heidelberg University Library

amri·et ꝑlia eius que gessit:nõne hec
scripta sunt in libro verboꝝ dieꝝ regũ
israhel? Dormiuitqꝫ amri cũ patribꝫ
suis:⁊ sepult⁹ est i samaria:regnauit
qꝫ achab filius eius ꝓ eo. Achab uero
filius amri regnauit sup israhel·ãno
centesimooctauo asa regis iuda. Et re-
gnauit achab filius amri sup isrl in
samaria·uiginti et duobꝫ annis. Et
fecit achab filius amri malũ i conspe-
ctu dñi:sup omnes qui fuerũt ante eũ.
Nec sufficit ei ut ambularet i peccatis
ieroboam filij nabath:insup duxit
uxorem iezabel filiam methaal regis
sidoniorꝫ. Et abiit et seruiuit baal·et
adorauit eũ:et posuit aram baal in
templo baal·quod edificauerat in sa-
maria:et plantauit lucũ. Et addidit
achab in opꝰ suo irritans dñm deum
israhel:sup oẽs reges isrl qui fuerũt
ante eum. In diebus eius:edificauit
ahiel de bethel iericho. In abiram pri-
mitiuo suo fundauit eam:⁊ in segub
nouissimo suo posuit portas eius:iu-
xta uerbum dñi quod locutus fue-
rat in manu iosue filij nun. xvij

Et dixit helias thelbites de habita-
toribꝫ galaad ad achab. Uiuit
dñs deus isrl in cuius conspectu sto:
si erit annis hijs ros et pluuia nisi iu-
xta oris mei uerba. Et factum ẽ uerbũ
dñi ad eũ dicens. Recede hinc et uade
contra orientem:et abscondere in tor-
rente carith qui est contra iordanẽ et
ibi de torrente bibes:coruisqꝫ precepi
ut pascant te ibi. Abiit ergo:et fecit iu-
xta uerbum domini. Cumqꝫ abisset:
sedit in torrẽte carith qui ẽ contra ior-
danem. Corui qꝫ deferebant ei panem
et carnes mane:similiter panem ⁊ car-
nes uespere:⁊ bibebat de torrente. Post
dies autẽ aliquãtos siccat⁹ ẽ torrens:
nõ enim pluerat sup terram. Factus
est ergo sermo dñi ad eũ dicens. Sur-
ge et uade in sarepta sidoniorꝫ:et ma-
nebis ibi. Precepi enim ibi mulieri ui-
due ut pascat te. Surrexit:et abiit in
sarepta sidoniorum. Cumqꝫ uenisset
ad portã ciuitatis apparuit ei mulier ui
dua colligens ligna:⁊ uocauit eam:
dixitqꝫ ei. Da michi paululum aque
in uase ut bibam. Cumqꝫ illa ꝓgeret
ut afferret:clamauit post tergum eius
dicẽs. Affer michi obsecro et buccellã
panis in manu tua. Que respondit.
Uiuit dñs deus tuus:quia nõ habeo
panem nisi quantũ pugillus capere
potest farine i ydria:⁊ paululũ olei in
lecyto. Ecce colligo duo ligna:ut in-
grediar et faciam illud michi et filio
meo:ut comedam⁹ ⁊ moriamur. Ad
quam helias ait. Noli timere:sed ua-
de ⁊ fac sicut dixisti. Uerũtamẽ michi
primum fac de ipa farinula subcineri-
cium panem paruulũ·et affer ad me:
tibi autẽ ⁊ filio tuo facies postea. Hec
autẽ dicit dñs deus isrl. Ydria farine
non deficiet:nec lecythus olei minuet:
usqꝫ in diem in qua dñs daturus est
pluuiam sup faciem terre. Que abiit:
⁊ fecit iuxta uerbum helie. Et comedit
ipe et illa ⁊ domus eius:et ex illa die
ydria farine nõ defecit ⁊ lechithus olei
non est imminutus·iuxta uerbũ dñi
quod locutus fuerat in manu helie.
Factum est autem post uerba hec·egro-
tauit filius mulieris matrisfamilias:
et erat languor fortissimus ita ut nõ
remaneret in eo alitus. Dixit ergo ad
heliam. Quid michi et tibi uir dei? Ingressus es ad me ut rememorarentur
iniquitates mee:⁊ interficeres filium
meũ. Et ait ad eam helias. Da michi
filium tuum. Tulitqꝫ eum de sinu eius

Biblioteca Apostolica Vaticana © ALL RIGHTS RESERVED

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0352
powered by DWork • Heidelberg University Library

et portauit in cenaculū ubi ipe manebat: et posuit super lectulū suum: et clamauit ad dñm et dixit. Domine deus meus · etiam ne uiduā apud quam ego ut cunq; sustentor afflixisti: ut occideres filium eius? Et expandit se arq; mensus ē sup puerum tribus uicibs: et clamauit ad dñm et ait. Domine deus meus: reuertatur obsecro anima pueri huius in uiscera eius. Et exaudiuit dñs uocem helie: et reuersa est anima pueri intra eū: et reuixit. Tulitq; helias puerum et deposuit eum de cenaculo in inferiorem domum: et tradidit matri sue: et ait illi. En uiuit filius tuus. Dixitq; mulier ad heliam. Nunc in isto cognoui quoniā uir dei es tu: et uerbū dñi i ore tuo uerū est. xvm

Post dies multos · factum est uerbum dñi ad heliam · in āno tercio dicens. Uade et ostende te achab: ut dem pluuiam super faciē terre. Iuit ergo helias ut ostenderet se achab. Erat autem fames uehemens in samaria. Uocauitq; achab abdiam dispensatorem domus sue. Abdias autē timebat dñm deum ualde. Nam cū interficeret iezabel pphas dñi tulit ille centum pphas et abscōdit eos quinquagenos et quinquagenos in spelunc̄is: et pauit eos pane et aqua. Dixit ergo achab ad abdiam. Uade in terram ad uniuersos fontes aquar̄ et in cuncta ualles: si forte possimus inuenire herbam et saluare equos et mulos: et nō penitus iumēta intereant. Diuiserunt sibi regiones: ut circuirēt eas. Achab abiit p uiam unam: et abdias pr uiam alteram seorsū. Cūq; esset abdias in uia: helias occurrit ei. Qui cum cognouisset eum: cecidit sup faciem suā et ait. Num tu es dñe mi helias? Cui ille respondit. Ego. Et dixit. Uade et dic dño tuo. Adest helias. Et ille: q̄d peccaui inquit quoniā tradis me seruum tuum · in manu achab ut interficiat me? Uiuit dñs deus tuus: quia non est gens aut regnū · in quo non miserit dñs meus te requirens. Et respondentibs cunctis nō est hic: adiurauit regna singula et gētes · eo q̄ minime reperiret̄. Et nunc dicis michi: uade et dic dño tuo adest helias? Cūq; recessero a te spūs dñi asportabit te in locum quē ego ignoro: et ingressus nunciabo achab: et nō inueniens te interficiet me. Seruus autem tuus timet dñm ab infancia sua. Numquid nō indicatū est tibi dño meo quid fecerim cum interficeret iezabel pphetas dñi: q̄ abscōderim de pphetis dñi centum uiros quinquagenos et quinquagenos in spelunc̄is et pauerim eos pane et aqua? Et nunc tu dicis uade et dic domino tuo adest helias: ut interficiat me? Et dixit helias. Uiuit dñs exercituū ante cuius uultū sto: quia hodie apparebo ei. Abiit ergo abdias in occursū achab: indicauitq; ei. Uenitq; achab in occursum helie: et cum uidisset eum ait. Tu ne es ille: qui conturbas israel? Et ille ait. Non ego turbaui israel sed tu et domus patris tui: q̄ dereliquistis mādata dñi et secuti estis baalim. Uerūtamen nūc mitte et congrega ad me uniuersum israhel in monte carmeli: et pphas baal ducentos quinquaginta · pphasq; lucorū quadringentos: qui comedunt de mensa iezabel. Misit achab ad omnes filios israhel: et cōgregauit pphetas in monte carmeli. Accedēs autē helias ad omnem plm israhel ait. Usquequo claudicatis in duas partes? Si dominus

est deus sequimini eum: si autē baal:
sequimini illū. Et nō respōdit ei pplus
verbum. Et ait rursus helias ad pplm.
Ego remansi pphēta dñi solus: pphē
autē baal quadringenti et quinqua-
ginta · proinde q; lucor quadringenti
viri sunt. Dentur nobis duo boues:
et illi eligāt sibi bouē unū ⁊ in frusta
cedentes ponāt sup ligna: ignem autē
non supponant. Et ego faciam bouē
alterum et imponam sup ligna: ignē
autē nō supponā. Invocate nomina
deor vestror: ⁊ ego invocabo nomen
dei mei: et deus q̄ exaudierit p ignem
ipe sit deus. Respondens oīs pplus
ait. Optima pposito quā locut⁹ ē helī-
as. Dixit ergo helias pphētis baal. Eli-
gite vobis bouē unum ⁊ facite primi
quia vos plures estis: ⁊ invocate no-
mina deor vestror: ignēq; nō supponatis.
Qui cū sulissent bouē quē dederat eis
fecerunt: et invocabant nomen baal
de mane usq; ad meridiē dicentes. Ba-
al exaudi nos. Et non erat vox: neq;
qui responderet. Transiliebātq; altare
quod fecerāt. Cūq; esset iam meridies:
illudebat illis helias dicens. Clamate
voce maiore. Deus enī est: et forsitan
loquitur · aut in diversorio est · aut in
itinere: aut forte dormit: ut excitē. Cla-
mabāt ergo voce magna: ⁊ incidebāt
se iuxta ritū suum cultris et lanceolis
donec perfunderentur sanguine. Postq;
autem trāsiit meridies · ⁊ illis prophe-
tantibus · venerat tempus quo sacrifi-
cium offerri solet: nec audiebatur vox
neq; aliquis respondebat nec attende-
bat orātes: dixit helias oīb; pplo. Ve-
nite ad me. Et accedente ad se populo
curavit altare dñi quod destructum
fuerat: et tulit duodecim lapides iuxta
numer; tribuū filiorum iacob ad quē
factus est sermo dñi dicēs · israel erit no-
men tuū: ⁊ edificavit de lapidibz altā-
re in nomine dñi. Fecitq; aqueductū
quasi p duas aratunclas i circuitu
altaris: et composuit ligna · dimisitq;
per membra bouem et posuit super li-
gna: ⁊ ait. Implete quatuor hydrias a-
qua: et fundite sup holocaustū et super
ligna. Rursumq; dixit. Etiā secundo
hoc facite. Qui cum fecissent sēdo · ait.
Etiam tertio idipm facite. Fecerunt q;
tertio: ⁊ curretant aque circum altare:
et fossa aqueductus repleta est. Cūq;
iam tempꝰ esset ut offerret holocaustū:
accessit helias pphēta ait. Dñe deus
abraham et ysaac et israhel · ostende
hodie quia tu es deus israhel ⁊ ego ser-
vus tuus: et iuxta preceptū tuum feci
omnia verba hec. Exaudi me dñe ex-
audi me: ut discat populus iste · quia
tu es dñs deus: et tu convertisti cor eor
iterū. Cecidit autē ignis dñi ⁊ voravit
holocaustum et ligna ⁊ lapides: pulve-
rem quoq; et aquā que erat in aque-
ductu lambens. Quod cum vidisset o-
mnis populus: cecidit in faciem suā
et ait. Dominus ipe est deus: dñs ipe
est deus. Dixitq; helias ad eos. Appre-
hendite pphas baal: ⁊ ne unus quidem
effugiat ex eis. Quos cū apphendisset:
duxit eos helias ad torrentem cyson:
et interfecit eos ibi. Et ait helias ad
achab. Ascende comede et bibe: quia
sonus imbr̄is plurie ē. Ascendit achab:
ut comederet et biberet: helias autem
ascendit in verticē carmeli ⁊ prnus in
terram posuit faciem suā inter genua
sua: et dixit ad puerum suū. Ascende:
⁊ prospice contra mare. Qui cum ascen-
disset et contemplatus esset ait. Non
est quicq;. Et rursum ait illi. Revertere
septem vicibus. In septima autē vice

Biblioteca Apostolica Vaticana © RESERVED

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0354
powered by DWork • Heidelberg University Library

ecce nubecla parua quasi vestigiū hōmi-
nis ascendebat de mari. Qui ait. Ascen-
de: & dic achab. Junge currū tuum et
descende: ne occupet te pluuia. Cūq; se
verteret hinc atq; illuc: ecce cēli contene-
brati sūt: et nubes et ventus: et facta ē
pluuia grādis. Ascendēs itaq; achab
abiit ī iesrahel: & manꝰ dñi facta ē sup
heliā: accinctisq; lumbis curebat ante
achab donec veniret ī iesrahel. xix.

Nunciauit autem achab iezabel
oīa que fecerat helias: et quo-
modo occidisset vniuersos pphetas
baal gladio. Misitq; iezabel nunciū
ad heliam dicens. Hec michi faciant
dij: et hec addant: nisi hac hora cras
posuero aiam tuā sicut aiam
vnius ex illis. Timuit ergo helias et
surgens abiit quocunq; eum ferebat
voluntas: veniitq; in bersabee iuda: &
dimisit ibi puerum suum: & pertransit in
desertū viam vnius diei. Cumq; venis-
set et sederet subter vnam iunipērum:
petiuit aiime sue ut moreretur. Et ait.
Sufficit michi dñe: tolle aiam meā.
Neq; enim melior sum quam patres
mei. Projectoq; se: & obdormiuit ī um-
bra iunipēri. Et ecce angelꝰ dñi tetigit
eum: & dixit illi. Surge comede. Respe-
xit: et ecce ad caput suū subcinericius
panis et vas aque. Comedit ergo & bi-
bit: & rursum obdormiuit. Reuersusq;
est angelus domini secūdo et tetigit eū:
dixitq; illi. Surge comede. Grandis
enim tibi restat via. Qui cū surrexisset
comedit et bibit: et ambulauit in for-
titudine cibi illi⁹ quadraginta diebꝫ
& quadraginta noctibꝫ usq; ad mon-
tem dei oreb. Cūq; venisset illuc: man-
sit in spelunca. Et ecce sermo domini
ad eum: dixitq; illi. Quid hic agis he-
lias? At ille respōdit. Zelo zelatus sū
pro dño deo exercituū: quia dereliquerunt pactum dñi filij israhel. Altaria
tua destruxerūt: & pphas tuos occiderūt
gladio: et derelictus sum ego solus: &
querūt aiam meā: ut auferant eam.
Et ait ei. Egredere: & sta in mōte corā
dño. Et ecce dominus transijt: & spiri-
tus grādis & fortis subuertēs mōtes:
et conterens petras ante dñm. Sō in
spiritu dñs. Et post spiritū cōmotio.
Sō in commotione dñs. Et post cō-
motionē ignis. Sō in igne dñs. Et
post ignē sibilus aure tenuis. Quod
cum audisset helias opuit vultū suū
pallio: et egressus stetit ī ostio spelun-
ce: et ecce vox ad eum dicēs. Quid hic
agis helia? Et ille respondit. Zelo ze-
latus sum pro dño deo exercituū: quia
dereliquerunt pactum tuū filij israhel.
Altaria tua destruxerunt et pphetas
tuos occiderunt gladio: et derelictus
sum ego solus: et querunt aiam
meam ut auferāt eam. Et ait dñs ad
eum. Vade et reuertere ī viam tuam
per desertū in damascū. Cumq; peruene-
ris illuc: unges asahel regem sup syri-
am: et iehu filiū namsi unges regem
sup israhel: heliseum autē filiū saphat
qui est de abelmaula unges pphetam
pro te. Et erit quicūq; fugerit gladiū
asahel occidet eum iehu: et quicunq;
fugerit gladiū iehu interficiet eum he-
liseus. Et derelinquā michi in israhel
septem milia virorū quoꝝ genua nō
sunt in curuata ante baal: et oīe os
quod nō adorauerit eum osculans
manum. Profectus ergo inde helias
reperit heliseum filium saphat arantē
in duodecim iugis boum: et ipe ī duo-
decim iugis boum arantibꝫ unꝰ erat.
Cumq; venisset helias ad eū: misit pal-
lium suū sup eum. Qui statim relicto

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0355
powered by DWork • Heidelberg University Library

bobus arcurrit post heliã. Et ait. Osculor oro te patrem meũ et matrẽ meã: et sic sequar te. Dixitq; ei. Vade et reuertere. Quod enim meũ erat feci tibi. Reuersus autẽ ab eo tulit par boum et macauit illud: et in aratro boum coxit carnes: et dedit populo et comederũt. Consurgensq; abiit et secutus est heliam: et ministrabat ei. XX

Porro benadab rex syrie cõgregauit omnem exercitum suũ. et triginta duos reges secum. et equos et currus: et ascendens pugnabat cõtra samariã: et obsidebat eam. Misitq; nuncios ad achab regem israhel in ciuitatẽ ait. Hec dicit benadab. Argentum tuũ et aurum tuũ meum ẽ: et uxores tue et filij tui optimi mei sunt. Respondit q; rex israhel. Iuxta uerbũ tuũ dñe mi rex: tuus sũ ego et oĩa mea. Reuertẽtesq; nuncij dixerunt. Hec dicit benadab q̃ misit nos ad te. Argẽtum tuũ et aurum tuum et uxores tuas et filios tuos dabis michi. Eras igitur hac eadem hora mittam seruos meos ad te: et scrutabũtur domũ tuã et domũ seruoꝝ tuorum: et oĩne qd̃ eis placuerit ponent in manibs suis et auferent. Vocauit autẽ rex israhel oĩes seniores terre et ait. Animaduertite et uidete: quã malidicunt nobis. Misit enĩ ad me pro uxoribus meis et filijs et pro argento et auro: et non abnui. Dixeruntq; oĩes maiores natu et uniuersus ꝑplus ad eum. Non audias: neq; acquiescas illi. Respondiq; nuncijs benadab. Dicite dño meo regi. Oĩa propter que misisti ad me seruũ tuũ in principio faciã: hanc autem rem facere nõ possum. Reuersiq; nũcij: retulerũt ei. Qui rursũ misit et ait. Hec faciãt michi dij et hec addant: si sufficerit puluis samarie pugillis omnis populi qui sequitur me. Et respõdens rex israel ait. Dicite ei. Ne glorietur accinctus. eque ut discinctus. Factum est autem cum audisset benadab uerbũ istud bibebat ipe et reges in umbraculis: et ait suis suis. Circundate ciuitatem. Et circumdederunt eam. Et ecce propheta unus accedens ad achab regem israhel ait ei. Hec dicit dñs. Certe uidisti omnẽ multitudinem hanc nimiã. Ecce ego tradam eam in manum tuam hodie: ut scias quia ego sũ dñs. Et ait achab. Per quem? Dixitq; ei. Hec dicit dominus. Per pedissequos principum prouinciaꝝ. Et ait. Quis incipiet preliari? Et ille dixit. Tu. Recensuit ergo pueros principum prouinciarum: et reperit numerũ ducentoꝝ triginta duoꝝ. Et recensuit post eos populũ oĩes filios israhel septem milia: et egressi sunt meridie. Benedab autẽ bibebat temulentus in umbraculo suo: et reges triginta duo cũ eo qui ad auxilium eiꝰ uenerãt. Egressi sunt autẽ pueri principum prouinciaꝝ in prima ecõte. Misit itaq; benadab: qui nunciauerunt ei dicẽtes. Viri egressi sũt de samaria. At ille ait. Siue ꝑ pace uenĩũt apprehendite eos uiuos: siue ut prelientur uiuos eos capite. Egressi sũt ergo pueri principum prouinciarũ: ac reliquus exercitꝰ sequebat. Et percussit unusquisq; uirum qui contra se uenĩebat: fugeruntq; syri: et persecutꝰ est eos israhel. Fugit quoq; benadab rex syrie in equo cũ equitibus suis. Egressusq; rex israhel percussit equos et currus: et percussit syriã plaga magna nimis. Accedens autem propheta ad regem israhel dixit ei. Vade et confortare: et scito. et uide quid facias. Sequẽti enĩ

Biblioteca Apostolica Vaticana © RESERVED

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0356
powered by DWork • Heidelberg University Library

anno regē syrie ascendet cōtra te. Serui
uero regis syrie dixerūt ei. Dij mōtium
sunt dij eorum: ideo superauerunt nos.
Sed melius est ut pugnemus contra
eos in campestribus: et obtinebimus
eos. Tu ergo uerbū hoc fac. Amoue
reges singulos ab exercitu tuo: et pone
principes p eis: et instaura numerum
militum qui ceciderūt de tuis et equos
pro equis pristinos: et currus pro
curribus quos ante habuisti: et pugna-
bimus contra eos in campestribus: et
uidebis quod obtinebimus eos. Cre-
didit consilio eorū: et fecit ita. Igitur
post hoc annō transierat recensuit bena-
dab syros et ascendit in afec: ut pugna-
ret contra israhel. Porro filij israhel
recensiti sūt et acceptis cibariis profec-
ti sunt aduersus eos: castrisq; metati sūt con-
tra eos ḡsi duo parui greges capra-
rum: syri autē repleuerūt terram. Et accessit
unus uir dei dixit ad regē israhel. Hec
dicit dñs. Quia dixerūt syri deus mon-
tium est dñs: et nō est deus uallium:
dabo omnē multitudinē hāc grandē
in manu tua: et scietis quia ego sum
dñs. Dirigebantq; septem diebus ad
inuicem hinc atq; illinc acies: septima aūt
die commissum est bellū. Percusserūtq;
filij israhel de syris centū milia pedi-
tum in die una. Fugerunt autem syri
qui remanserunt in afec in ciuitatem:
et cecidit murus super uiginti septem
milia hominū qui remanserant. Por-
ro benadab fugiēs ingressus ē ciuitatē
in cubiculum quod erat intra cubicu-
lum: dixerūtq; ei serui sui. Ecce audim⁹
qđ reges domus israhel clementes sint.
Ponam⁹ itaq; saccos in lumbis nris
et funiculos in capitibus nostris: et
egrediamur ad regē israhel: forsitan
saluabit animas nras. Accinxerunt
saccis lumbos suos et posuerūt funi-
culos in capitibus suis: uenerunt itaq; ad
regē israhel et dixerūt ei. Seruus tuus
benadab dicit. Uiuat oro te anima
mea. Et ille ait. Si ad huc uiuit: fra-
ter meus est. Quod acceperūt uiri pro
omine: et festinantes rapuerūt uerbū
ex ore eius: atq; dixerūt. Frater tuus
benadab. Et dixit eis. Ite et adducite
eum ad me. Egressus est ergo ad eum
benadab: et leuauit eum in curru suū.
Qui dixit ei. Ciuitates quas tulit pa-
ter meus a patre tuo reddā: et plateas
fac tibi in damasco sicut fecit pater me-
us in samaria: et ego federatus recedā
a te. Pepigit ergo fedus: et dimisit eū.
Tunc uir quidam de filijs prophetarū
dixit ad socium suum in sermone dñi.
Percute me. At ille noluit percutere.
Cui ait. Quia noluisti audire uocem
dñi: ecce recedes a me: et percutiet te leo.
Cumq; paululum recessisset ab eo: in-
uenit eum leo atq; percussit. Sed et al-
terum inueniens uirū: dixit ad eum.
Percute me. Qui percussit eū: et uulne-
rauit. Abiit ergo propheta et occurrit
regi in uia: et mutauit aspectione pul-
uere os et oculos suos. Cumq; rex
transisset: clamauit ad regem et ait.
Seruus tuus egressus est ad prelian-
dum comminus: cūq; fugisset uir unus.
adduxit eū quidā ad me: et ait. Custo-
di uirū istū. Qui si lapsus fuerit erit
anima tua p anima eius: aut talentū
argenti appendes. Dum autē ego tur-
batus huc illucq; me uerterem: subito
non comparuit. Et ait rex israhel ad
eum. Hoc est iudiciū tuū: quod ipse
decreuisti. At ille statim abstersit puluerē
de facie sua: et cognouit eū rex isrl qđ
esset de prophetis. Qui ait ad eū. Hec
dicit dominus. Quia dimisisti uirū

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0357
powered by DWork • Heidelberg University Library

digitum mee de manu tua: erit anima tua pro anima eius: et populus tuus pro populo eius. Reuelus est igit̃ rex israhel̃ domũ suã: audire contemnens: et iurisbũdus venit̃ samariã. XXI

Post verba autem hec tempore illo vinea erat naboth iesrahelite qui erat in iesrahel: iuxta palatium achab regis samarie. Locutus est ergo achab ad naboth dicens. Da michi vineam tuã ut faciã michi ortũ olerũ: quia vicina est et prope domũ meam. Dabo q̃ tibi pro ea vineã meliorem: aut si commodius tibi putas argẽti precium quantũ digna est. Cui rñdit naboth. Propicius michi sit dñs: ne dem hereditatem patrum meorum tibi. Venit ergo achab in domum suam indignans et frendens sup verbo q̃ locutus fuerat ad eũ naboth iesrahelites dicens: non dabo tibi hereditatẽ patrũ meorum. Et proiciens se in lectulum suum auertit faciẽ suã ad parietem: et nõ comedit panẽ. Ingressa est autẽ ad eum iezabel uxor sua: dixitq; ei. Quid est hoc unde anima tua contristata est: et quare nõ comedis panem? Qui respõdit ei. Locutus sũ naboth iesrahelite et dixi ei. Da michi vineã tuam accepta pecunia: aut si tibi placet dabo tibi vineam meliorem pro ea. Et ille ait. Non dabo tibi vineã meam. Dixit ergo ad eum iezabel uxor eius. Grandis auctoritatis es: et bene regis regnũ israhel. Surge et comede panẽ: et equo animo esto. Ego dabo tibi vineam naboth iesrahelite. Scripsit itaq; litteras ẽ nomine achab: et signauit eas anulo ei⁹: et misit ad maiores natu: et optimates q̃ erãt in ciuitate eius: et habitabãt cũ naboth. Litterarũ autem hec erat sententia. Predicate ieiunium et sedere facite naboth inter primos populi: et submittite duos viros filios belial cõtra eũ: et falsum testimonium dicãt benedixit naboth deum et regẽ: et educite eum et lapidate: et moriatur. Fecerũt ergo ciues ei⁹ maiores natu et optimates qui habitabant cum eo in urbe sicut preceperat eis iezabel: et sicut scriptũ erat in litteris quas miserat ad eos. Predicauerũt ieiunium: et sedere fecerũt naboth inter primos populi: et adductis duobus viris filijs diaboli fecerunt eos sedere contra eum. Et illi loquebãtur ut viri diaboli: dicebant contra eũ testimoniũ coram multitudine. Benedixit naboth deũ et regem. Quãobrem eduxerũt eũ extra ciuitatem: et lapidibus interfecerũt. Misitq; ad iezabel dicentes. Lapidatus est naboth: et mortuus ẽ. Factũ est autem cũ audisset iezabel lapidatũ naboth et mortuũ: locuta ẽ ad achab. Surge posside vineam naboth iesrahelite: q̃ noluit tibi acquiescere et dare eam accepta pecunia. Nõ enim viuit naboth: sed mortuus est. Quod cum audisset achab mortuum uidesset naboth: surrexit et descendebat in vineã naboth iesrahelite ut possideret eam. Factus est igitur sermo dñi ad heliã thelbiten dicens. Surge: descende in occursum achab regis israhel: qui est in samaria. Ecce ad vineam naboth descendit: ut possideat eã. Et loqueris ad eũ dicens. Hec dicit dominus deus. Occidisti: insup et possedisti. Et post hec addes. Hec dicit dñs. In loco hoc in quo linxerunt canes sanguinem naboth: lambent quoq; sanguinem tuum. Et ait achab ad heliam. Num inuenisti me inimicũ tibi? Qui dixit. Inueni: eo q̃ uenundatus sis ut faceres

Biblioteca Apostolica Vaticana © RESERVED
Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0358
powered by DWork • Heidelberg University Library

malum in conspectu dñi. Hec dicit dominus. Ecce ego inducã sup te malũ et demetã posteriora tua: et interficiã de achab mingentem ad parietem: et clausum et vltimũ in israhel. Et dabo domum tuam sicut domũ ihieroboã filij nabath: et sicut domũ baasa filij ahia: quia egisti ut me ad iracundiã prouocares: et peccare feceris israhel. Sed et de iezabel locutus ẽ dominus dicẽs. Canes comedent iezabel: i agro israhel. Si mortuus fuerit achab in ciuitate comedẽt eũ canes: si autẽ mortuus fuerit in agro: comedent eũ volucres celi. Igit non fuit alter talis sicut achab: q̃ venundatus est ut faceret malũ in conspectu dñi. Concitauit eũ eum iezabel uxor sua: et abominabilis factus est: intantum ut sequeretur ydola que fecerãt amorrei: quos cõsumpsit dominus a facie filioꝝ israhel. Itaq; cum audisset achab sermones istos scidit vestimenta sua: et opuit cilicio carnem suam: ieiunauitq; et dormiuit in sacco: et ambulauit de misso capite. Et factus est sermo domini ad heliam thelbiten dicens. Nonne vidisti humiliatum achab coram me: quia igitur humiliatus est mei causa: nõ inducã malũ in diebꝰ eius: sed i diebꝰ filij sui inferam malũ domui eius. xvij

Transierunt igit tres anni absq; bello inter siriam et israhel. In anno autem tercio descendit iosaphat rex iuda ad regem israhel. Dixitq; rex israhel ad seruos suos. Ignoratis q̃ nostra sit ramoth galaad: et negligimus tollere eam de manu regis sirie? Et ait ad iosaphat. Veneris mecum ad preliandum in ramoth galaad? Dixitq; iosaphat ad regem israhel. Sicut ego sum: ita et tu. Populus meus et populus tuus unum sunt: et equites mei equites tui. Dixitq; iosaphat ad regem israhel. Quere oro te hodie sermonem domini. Congregauit ergo rex israhel prophetas quadringẽtos circiter viros: et ait ad eos. Ire debeo i ramoth galaad ad bellandum an quiescere? Qui rñderunt. Ascende: et dabit eam dominus i manu regis. Dixit autẽ iosaphat. Non est hic propheta dñi quispiam: ut interrogemus per eũ? Et ait rex israhel ad iosaphat. Remansit vir unus per quẽ possumus interrogare dominũ: sed ego odi eũ quia nõ propheterat michi bonum sed malum: micheas filius iemla. Cui iosaphat ait. Ne loquaris ita rex. Vocauit ergo rex israhel eunuchũ quendam: et dixit ei. Festina adducere micheam filium iemla. Rex autẽ israhel et iosaphat rex iuda sedebãt vnusquisq; in solio suo vestiti cultu regio i area iuxta ostium porte samarie: et vniuersi prophete prophetabant in conspectu eorũ. Fecit quoq; sibi sedechias filius chanaan cornua ferrea et ait. Hec dicit dominus. Hijs ventilabis siriam: donec deleas eam. Omnesq; prophete similiter prophetabant dicẽtes. Ascende i ramoth galaad et vade prospere: et tradet dominus i manus regis. Nuncius vero q̃ ierat ut vocaret micheam: locutus est ad eũ dicens. Ecce i omnes prophetarum ore uno regi bona predicant. Sit ergo sermo tuus similis eorum: et loquere bona. Cui micheas ait. Viuit dominus: quia quodcunq; dixerit michi dominus hoc loquar. Venit itaq; ad regem: et ait illi rex. Micheа: ire debemus in ramoth galaad ad preliandũ an cessare? Cui ille rñdit. Ascende et vade prospere: et tradet

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0359
powered by DWork • Heidelberg University Library

dñs ī manu regis. Dixit autē rex ad
eū. Iterū atq; iterum adiura te: ut nō
loquaris michi nisi qđ verū est in no-
mine dñi. Et ille ait. Vidi cunctū isrl
dispersum in mōtibz: quasi oues non
habentes pastorē. Et ait dñs. Non ha-
bent isti dñm: reūtatur unusquisq; in
domū suā in pace. Dixit ergo rex isrl
ad iosaphat. Nunquid non dixi tibi
quia nō ꝓphat michi bonū: sed semp
malū? Ille vero addens ait. Propter
hoc audi sermonem dñi. Vidi dñm se-
dentē sup soliū suū: et omnem exercitū
celi assistentem ei a dextris et a sinistris.
Et ait dñs. Quis decipiet achab regē
israhel ut ascendat: et cadat in ramoth
galaad? Et dixit unus verba huiusce-
modi: et alius aliter. Egressus est autē
spiritus: et stetit corā dño: et ait. Ego
decipiam illū. Cui locutus ītb dñs. In
quo? Et ille ait. Egrediar: et ero spiritus
mendax in ore oīm ꝓphaꝝ eius. Et di-
xit dñs. Decipies et ꝑualebis: egredere
et fac ita. Nunc igitur ecce dedit dñs
spiritū mendacij in ore oīm ꝓphetarū
tuoꝝ qui hic sunt: et dñs locutus est
cōtra te malū. Accessit autē sedechias
filius chanaan: et percussit micheā in
maxillā: et dixit. Ne ne ergo dimisit
spiritus dñi: et locutus est tibi? Et ait
micheas. Videbis eū in die illa: quan-
do ingredieris cubiculū intra cubicu-
lum ut abscondaris. Et ait rex israhel.
Tollite micheam et maneat apud am-
mon principē ciuitatis: et apud ioas
filium amalech: et dicite eis. Hec dicit
rex. Mittite virū istum in carcerem: et
sustentate eum pane tribulationis et a-
qua angustie: donec reuertar in pace.
Dixitq; micheas. Si reuersus fueris
in pace: nō est locutus in me dñs. Et
ait. Audite ꝓpli oēs. Ascendit itaq;
rex isrl et iosaphat rex iuda ī ramoth
galaad. Dixit itaq; rex israhel ad io-
saphat. Sume arma et ingredere pre-
lium: et induere vestibz tuis. Porro
rex isrl mutauit habitū suū: et ingres-
sus est bellū. Rex autem syrie ꝓpterat
principibz curruum regīnta duobus
dicens. Nō pugnabitis cōtra minorē
et maiorē quemq;: nisi contra regem
israhel solū. Cum ergo vidissent prin-
cipes curruū iosaphat suspicati sunt
qđ ipse esset rex israhel: et impetu facto
pugnabant contra eū. Et exclamauit
iosaphat. Intellexerūtq; principes cur-
ruum qđ non esset rex israhel: et cessa-
uerunt ab eo. Vnus autem quidam
retendit arcum ī incertum sagittam
dirigens: et casu percussit regē israhel
inter pulmonem et stomachū. At ille
dixit aurige suo. Verte manū tuam
et cūce me de exercitu: quia grauiter vul-
neratus sū. Commissū est ergo prelium
in die illa. Et rex israhel stabat ī curru
suo contra syros: et mortuus ē vespere.
Fluebat autē sanguis plage ī sinum
currus: et preco insonuit in vniuerso
exercitu anteqū sol occumberet dicens.
Vnusquisq; reuertatur in ciuitatem et
in terram suā. Mortuus est autē rex:
et platus est in samariā. Sepelierūtq;
regem in samaria: et lauerūt currū ei?
in piscina samarie et linxerunt canes
sanguinē eius: et habenas lauerunt
iuxta verbum dñi quod locut? fuerat.
Reliqua autē sermonum achab et uni-
uersa que fecit: et domus eburnea quā
edificauit: cunctarūq; urbium quas
extruxit: nonne hec scripta sūt ī libro
verboꝝ dierū regū israhel? Dormiuit
ergo achab cū patribz suis: et regnauit
ochozias filius ei? pro eo. Iosaphat
vero filius asa regnare ceperat super

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0360
powered by DWork • Heidelberg University Library

iudam: ano quarto achab regis israhel. Triginta quinq; annoz erat cum regnare cepisset: et viginti quinq; annis regnauit in iherusalem. Nomen matris eius azuba: filia salai. Et ambulauit in omni via asa patris sui: et non declinauit ex ea. Fecitq; quod rectum est in conspectu domini: uerumtamen excelsa non abstulit. Adhuc enim populus sacrificabat et adolebat incensum in excelsis. Pacemq; habuit iosaphat cum rege israhel. Reliqua aut verboz iosaphat: et opera eius que gessit et prelia nonne hec scripta sunt in libro verborum dierum regum iuda? Sed et reliquias effeminatoz qui remanserant in diebz asa patris eius abstulit de terra. Nec erat tunc rex constitutus in edom. Rex vero iosaphat fecerat classes in mari: que nauigarent in ophir propter aurum: et ire non potuerant: quia confracte sunt in asiongaber. Tunc ait ochozias filius achab ad iosaphat. Vadant serui mei cum seruis tuis in nauibus. Et noluit iosaphat. Dormiuitq; iosaphat cum patribus suis: et sepultus est cum eis in ciuitate dauid patris sui: regnauitq; ioram filius eius p eo. Ochozias autem filius achab regnare ceperat super israhel in samaria anno septimodecimo iosaphat regis iuda: regnauitq; super israhel duobus annis. Et fecit malum in conspectu domini: et ambulauit in via patris sui: et matris sue: et in via iheroboam filij nabath qui peccare fecit israhel. Seruiuit quoq; baal et adorauit eum: et irritauit dominum deum israhel iuxta omnia que fecerat pater eius.

Explicit liber regum tertius Incipit liber Quartus.

Reuarcat? est aut moab in israel: postq; mortuus est achab. Ceciditq; ochozias p cancellos cenaculi sui: quod habebat in samaria et egrotauit: misitq; nuncios dicens ad eos. Ite consulite beelzebub deum accharon: utrum viuere queam de infirmitate mea hac. Angelus aut domini locut? e ad helia thelbiten dicens. Surge et descende in occursum nunciozum regis samarie: et dices ad eos. Numquid non e deus in israel: ut eatis ad consulendum beelzebub deum accharon? Quamobrem hec dicit dns. De lectulo sup que ascendisti non descendes: sed morte morieris. Et abiit helias: reuersiq; sunt nuncij ad ochoziam. Qui dixit eis. Quare reuersi estis? At illi respondert ei. Vir occurrit nobis: et dixit ad nos. Ite reuertimini ad regem qui misit vos: et dicetis ei. Hec dicit dominus. Numquid quia non erat deus in israhel mittis ut consulatur beelzebub deu? accharon? Idcirco de lectulo sup que ascendisti non descendes: sed morte morieris. Qui dixit eis. Cuius figure et habitus est vir ille q occurrit vobis: et locutus est verba hec? At illi dixerunt. Vir pilosus: et zona pellicia accinctus renibz. Qui ait. Helias thelbites e. Misitq; ad eum quinquagenariu principe: et quinquaginta qui erant sub eo. Qui ascendit ad eu: sedentiq; in uertice montis ait. Homo dei: rex precepit ut descendas. Respondensq; helias dixit quinquagenario. Si homo dei sum: descendat ignis de celo et deuoret te et quinquaginta tuos. Descendit ergo ignis de celo: et deuorauit eu: et quinquaginta qui erant

RESERVED © Biblioteca Apostolica Vaticana

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0361
powered by DWork • Heidelberg University Library

cū eo. Surrexitq; misit ad eū principē quinquagenariū alterum: et quinquaginta cū eo. Qui locut⁹ est illi. Homo dei: hec dicit rex. Festina. descende. Respondens helias ait. Si homo dei ego sum: descendat ignis de celo et devoret te et quinquaginta tuos. Descendit ergo ignis de celo: et devorauit illū et quinquaginta eius. Iterum misit principē quinquagenariū tercium: et quinquaginta qui erant cū eo. Qui cū venisset curuauit genua cōtra heliam: et precatus est eum et ait. Homo dei: noli despicere animā meā. et animas seruorum tuorū qui mecum sunt. Ecce descendit ignis de celo et devorauit duos principes quinquagenarios p̄mos: et quinquagenos qui cum eis erant. Sed nunc obsecro ut miserearis anime mee. Locut⁹ est autē angelus dñi ad heliam dicens. Descende cum eo. Ne timeas. Surrexit igit̄ et descendit cum eo ad regem: et locutus est ei. Hec dicit dñs. Quia misisti nuncios ad cōsulendū beelzebub deum accharon quasi nō esset deus in isrl a quo posses interrogare sermonem: ideo de lectulo sup quē ascendisti non descendes: sed morte morieris. Mortuus est autem iuxta sermonē dñi quē locut⁹ ē helias: et regnauit ioram frater eius pro eo: anno secūdo ioram filij iosaphat regis iude. Non enī habebat filiū. Reliqua autem verborum ochozie que operat⁹ est. nonne hec scripta sunt in libro sermonum dierum regū israhel?

Factum est autem cū leuare vellet dñs heliam per turbinē in celū: ibant helias et heliseus de galgalis. Dixitq; helias ad heliseum. Sede hic: quia dñs misit me usq; in bethel. Cui ait heliseus. Viuit dominus. et viuit anima tua: quia nō derelinquam te. Cumq; descendissent bethel: egressi sunt filij pphaz qui erant in bethel ad heliseum: et dixerunt ei. Numquid nosti: quia hodie dñs tollet dñm tuū a te? Qui rndit. Et ego noui. Silete. Dixit autem helias ad heliseum. Sede hic: quia dñs misit me in iericho. Et ille ait. Viuit dñs. et viuit anima tua: quia nō derelinquā te. Cūq; venissent iericho: accesserunt filij pphetaz qui erant in iericho ad heliseū: et dixerūt ei. Numquid nosti: quia dñs hodie tollet dñm tuum a te? Et ait. Et ego noui. Silete. Dixit autem ei helias. Sede hic: quia dñs misit me usq; ad iordanem. Qui ait. Viuit dominus. et viuit anima tua: quia non derelinquam te. Ierunt igitur ambo pariter: et quinquaginta viri de filijs pphaz secuti sunt eos. Qui et steterūt contra longe. Illi autem ambo stabant sup iordanem. Tuliitq; helias palliū suum et involuit illud: et percussit aquas q̄ diuise sunt i utrāq; partē: et transierunt ambo per siccū. Cūq; transissent: helias dixit ad heliseum. Postula quid vis: ut faciam tibi antequ tollar a te. Dixitq; heliseus. Obsecro ut fiat i me duplex spiritus tuus. Qui respondit. Rem difficilem postulasti. At tamen si videris me quādo tollar a te erit tibi peristi: si autem non videris. non erit. Cumq; pergerent et incedentes sermocinarentur: ecce currus igneus et equi ignei diuiserunt utrumq;. Et ascendit helias p turbinem in celum: heliseus autē videbat: et clamabat. Pater mi pater mi: currus israhel et auriga eius. Et nō vidit eū amplius. Apphendit q; vestimenta sua: et scidit illa i duas partes. Et leuauit palliū helie quod

anima tua: quia nō derelinquam te. Cumq; descendissent bethel: egressi sunt filij pphaz qui erant in bethel ad heliseum: et dixerunt ei. Numquid nosti: quia hodie dñs tollet dñm tuū a te? Qui rndit. Et ego noui. Silete. Dixit autem helias ad heliseum. Sede hic: quia dñs misit me in iericho. Et ille ait. Viuit dñs. et viuit anima tua: quia nō derelinquā te. Cūq; venissent iericho: accesserunt filij pphetaz qui erant in iericho ad heliseū: et dixerūt ei. Numquid nosti: quia dñs hodie tollet dñm tuum a te? Et ait. Et ego noui. Silete. Dixit autem ei helias. Sede hic: quia dñs misit me usq; ad iordanem. Qui ait. Viuit dominus. et viuit anima tua: quia non derelinquam te. Ierunt igitur ambo pariter: et quinquaginta viri de filijs pphaz secuti sunt eos. Qui et steterūt contra longe. Illi autem ambo stabant sup iordanem. Tuliitq; helias palliū suum et involuit illud: et percussit aquas q̄ diuise sunt i utrāq; partē: et transierunt ambo per siccū. Cūq; transissent: helias dixit ad heliseum. Postula quid vis: ut faciam tibi antequ tollar a te. Dixitq; heliseus. Obsecro ut fiat i me duplex spiritus tuus. Qui respondit. Rem difficilem postulasti. At tamen si videris me quādo tollar a te erit tibi peristi: si autem non videris. non erit. Cumq; pergerent et incedentes sermocinarentur: ecce currus igneus et equi ignei diuiserunt utrumq;. Et ascendit helias p turbinem in celum: heliseus autē videbat: et clamabat. Pater mi pater mi: currus israhel et auriga eius. Et nō vidit eū amplius. Apphendit q; vestimenta sua: et scidit illa i duas partes. Et leuauit palliū helie quod

Biblioteca Apostolica Vaticana © RESERVED

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0362
powered by DWork • Heidelberg University Library

recideratꝫ ei. Reuersusꝫ steteꝛ sup ripã
iordanis: et pallio helie qđ ceciderat
ei percussit aquas: et non sunt diuise.
Et dixit. Vbi est deus helie etiã nũc?
Percussitꝫ aquas: et diuise sunt hucꝫ
atꝫ illuc: et transijt heliseus. Videntes
autem filij ꝓphetarꝫ qui erãt i iherichꝫ
decontra dixerunt. Requieuit spiritus
helie super heliseum. Et uenientes in
occursum eius adorauerũt eũ promi
in terram: dixerũtꝫ illi. Ecce cũ seruis
tuis sunt quinquaginta uiri fortes: ꝙ
possunt ire: et querere dominũ tuum:
ne forte tulerit eum spiritus domini et
proiecerit eum in unum mõtium aut
in unã ualliũ. Quĩ ait. Nolite mittere.
Coegerunteꝫ eum: donec acquieuerit
et diceret. Mittite. Et miserũt quĩqua-
ginta uiros. Qui cum quesissent tribꝫ
diebus: nõ inuenerunt. Et reuersi sũt
ad eum. At ille habitabat in iherichꝫ:
et dixit eis. Nunquid nõ dixi uobis:
nolite mittere? Dixerunt quoꝫ uiri ci-
uitatis ad heliseum. Ecce habitatio ci-
uitatis huius optima est sicut tuipse
dñe prospicis: sed aque pessime sunt:
et terra sterilis. At ille ait. Afferte mi-
chi uas nouum: et mittite in illud sal.
Quod cũ attulissent: egressus ad fon-
tem aquarũ misit in illum sal: et ait.
Hec dicit dominus. Sanaui aquas
has: et nõ erit ultra in eis mors neꝫ
sterilitas. Sanate sũt ergo aque usqꝫ
in diem hanc: iuxta uerbũ helisei qđ
locutus est. Ascendit autem inde heli-
seus in bethel. Cumꝫ ascenderet ꝙ uiã
pueri parui egressi sunt de ciuitate: et
illudebant ei dicẽtes. Ascende calue:
ascende calue. Qui cũ respexisset uidit
eos: et maledixit eis i nomine domini.
Egressiꝫ sunt duo ursi de saltu: et la-
cerauerunt ex eis quadraginta duos
pueros. Abiit aũt inde i montẽ carme-
li: et inde reuersus ẽ in samariã.

Ioram uero filius achab regnauit sup
israhel i samaria: ãno decimooctauo
iosaphat regis iude. Regnauitꝫ duo-
decim annis: et fecit malum coram
dño: sed non sicut pater suus et mater.
Tulit enim statuas baal quas fecerat
pater eius: uerumtamen in peccatis ihe-
roboam filij nabath qui peccare fecit
israhel adhelit: nec recessit ab eis. Por-
ro mesa rex moab nutriebat pecora
multa: et soluebat regi israhel centum
milia agnorum: et centũ milia arietũ
cum uelleribꝫ suis. Cumꝫ mortuus
fuisset achab: preuaricatus est fedus
qđ habebat cum rege israhel. Egressus
est igitr rex ioram in die illa de sama-
ria: et recensuit uniuersum israhel: mu-
litꝫ ad iosaphat regem iude dicens.
Rex moab recessit a me: ueni mecũ con-
tra eũ ad preliũ. Qui rñdit. Ascendã.
Qui meus est tuus est: populus meꝰ
populus tuus: et qui mei qui tui. Di-
xitꝫ. Per quam uiam ascendemus?
At ille respõdit. Per desertũ ydumee.
Perrexerunt igitr rex israhel et rex iude
et rex edom: et circuierũt ꝙ uiam septẽ
dierũ: nec erat aqua exercitui et iumẽ-
tis que sequebantur eos. Dixitꝫ rex
israhel. Heu heu heu. Congregauit nos
dñs tres reges: ut traderet in manu
moab. Et ait iosaphat. Est ne hic
propheta dñi: ut deprecemur dñm ꝙ
eum? Et respondit unus de seruis re-
gis israhel. Est hic heliseus filius sa-
phat: qui fundebat aquam sup ma-
nus helie. Et ait iosaphat. Est apud
eum sermo dñi? Descenditꝫ ad eum
rex israhel et iosaphat rex iude: et rex
edom. Dixit autem heliseus ad regem
israhel. Quid michi et tibi est? Uade

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0363
powered by DWork • Heidelberg University Library

ad uxoras pris tui et matris tue. Et ait illi rex israhel. Quare congregauit dns tres reges hos ut traderet eos in manus moab? Dixitq; ad eum heliseus. Vinit dns exercituum in cuius conspectu sto: q si nō vultū iosaphat regis iude erubescerem: nō attendissem quidem te: nec respexissem. Nunc autē adducite michi psalten. Cūq; caneret psaltes: facta est super eum manus dni. Et ait. Hec dicit dns. Facite alueum torrentis huius fossas et fossas. Hec enim dicit dns. Non videbitis ventū neq; pluuiā: et alueus iste replebitur aquis: et bibetis vos et familie vestre et iumenta vestra. Parumq; est hoc in conspectu domini: insup tradet etiam moab in manus nostras. Et percutietis oēm ciuitatem munitam et omnem urbem electam: et uniuersum lignum fructiferum succidetis cunctosq; fontes aquaq; obturabitis: et omnē agrum egregium operietis lapidibus. Factū est igitur mane quando sacrificium offerri solet: et ecce aque veniebant per viam edom. Et repleta est terra aquis. Vniuersi autē moabite audientes qđ descendissent tres reges ut pugnarent aduersus eos conuocauerunt omnes qui accincti erant baltheo desuper: et steterunt in terminis primoq; mane surgentes. et orto iam sole ex aduerso aquarum: viderunt moabite contra aquas rubras quasi sanguinē: dixeruntq;. Sanguis gladij ē. Pugnauerunt reges cōtra se: et cesi sunt mutuo. Nunc perge ad predam moab. Perrexerūtq; in castra israhel. Porro consurgens israhel percussit moab: at illi fugerunt coram eis. Venerunt igitur qui vicerant. et percusserunt moab. et ciuitates destruxerūt: et oēm agrum optimum mittentes singuli lapides repleuerunt: et uniuersos fontes aquaq; obturauerūt: et omnia ligna fructifera succiderunt: ita ut muri tantū fictiles remanerēt. Et circundata est ciuitas a fundibularijs: et magna ex parte percussa. Quod cum vidisset rex moab preualuisse scilicet hostes tulit secum septingentos viros educētes gladios ut irrumperent ad regem edom: et nō potuerūt. Arripiensq; filium suū primogenitum qui regnaturus erat pro eo obtulit holocaustum sup murum: et facta est indignatio magna in israhel. Statimq; recesserunt ab eo. et reuersi sunt in terram suam.

Mulier autē quedam de uxoribus prophetaq; clamabat ad heliseū dicēs. Seruus tuus vir meus mortuus est: et tu nosti quia seruus tuus fuit timens deum. Et ecce creditor venit: ut tollat duos filios meos ad seruiendū sibi. Cui dixit heliseus. Quid vis ut faciam tibi? Dic michi. Quid habes in domo tua? At illa respondit. Nō habeo ancilla tua quicq; in domo mea: nisi parum olei quo ungar. Cui ait. Vade. pete mutuo ab oīnibus vicinis tuis vasa vacua nō pauca: et ingredere et claude ostium tuū cum intrinsecus fueris tu et filij tui. et mitte inde in oīa vasa hec: et cum plena fuerint tolles. Iuit itaq; mulier: et clausit ostiū sup se et super filios suos. Illi offerebant vasa: et illa infundebat. Cunq; plena fuissent vasa: dixit ad filiū suū. Affer michi adhuc vas. Et ille respondit. Non habeo. Stetitq; oleū. Venit aūt illa et indicauit homini dei. Et ille: Vade inquit vende oleum et redde creditori tuo: tu autem et filij tui vivite de reliquo. Facta est autem quedam

dies: et transibat heliseus per sunam
ciuitatem. Erat autem ibi mulier ma-
gna: que tenuit eū ut comederet panē.
Cunq; frequenter inde transiret: diuer-
tebat ad eam ut comederet panē. Que
dixit ad virū suū. Animaduerto q̄
vir dei sanctus est iste: q̄ transit q̄ nos
frequenter. Faciamus ergo ei cenaculū
parvum: et ponamus ei in eo lectulū
et mensam et sellam z candelabrum:
ut cū venerit ad nos maneat ibi. Fa-
cta ē ergo dies quedā: z veniens diuer-
sit in cenaculū: z requieuit ibi. Dixitq;
ad giezi puerum suum. Vocā sunami-
tēm istam. Qui cum vocasset eam:
et illa stetisset coram eo: dixit ad puer
suū. Loquere ad eam. Ecce sedule in o-
mnibz ministrasti nobis: quid vis ut
faciā tibi? Numquid habes negotiū:
et vis ut loquar regi siue principi mi-
litie? Que respōdit. In medio populi
mei habito. Et ait. Quid ergo vult ut
faciam ei? Dixitq; giezi. Ne queras.
Filium enī nō habet: et vir ei⁹ senex ē.
Precepit itaq; ut vocaret eā. Que cū
vocata fuisset et stetisset ante ostium:
dixit ad eam. In tempore isto in hac
eadem hora si vita comes fuerit: habe-
bis in vtero filium. At illa. Noli que-
so domine mi vir dei: noli mentiri an-
ille tue. Et concepit mulier: et peperit
filiū in tempore z in hora eadem qua
dixerat heliseus. Creuit autem puer: et
cum esset quedam dies z egressus esset
ad patrem suū ad messores: ait patri
suo. Caput meum doleo. At ille dixit
puero. Tolle: et duc eum ad matrē suā.
Qui cū tulisset et duxisset eum ad ma-
trem suam: posuit eum illa super ge-
nua sua usq; ad meridiem: et mortu-
us est. Ascendit autem et collocauit
eum super lectū hominis dei: z clausit
ostiū. Et egressa vocauit virū suū. Et
ait. Mitte mecū obsecro vnū de pueris
et asinā: ut recurram usq; ad hominē
dei: et reuertar. Qui ait illi. Quamob-
causam vadis ad eum? Hodie non
sūt kalende neq; sabbatū. Que respon-
dit. Vade. Strauitq; asinam: et
precepit puero. Mina et propera: ne mi-
chi moram facias in eundo: et hoc
age quod p̄cipio tibi. Profecta ē igit̄:
et venit ad virū dei in monte carmeli.
Cunq; vidisset eam vir dei de contra:
ait ad giezi puerū suū. Ecce sunami-
tis illa. Vade ergo i occursum eius:
et dic ei. Recte ne agitur circa te z circa
virum tuum: et circa filiū tuum? Que
respōdit. Recte. Cūq; venisset ad virū
dei in montem aprehendit pedes eius:
et accessit giezi ut amoueret eam. Et
ait homo dei. Dimitte illam. Anima
enim eius in amaritudine est: et dñs
celauit a me: et non indicauit mihi.
Que dixit illi. Numquid petiui filiū a
domino meo? Numquid nō dixi tibi:
ne illudas me? Et ille ait ad giezi. Ac-
cinge lumbos tuos: et tolle baculum
meū in manu tua et vade. Si occurre-
rit tibi homo non salutes eum: et si
salutauerit te quispiam nō respōdeas
illi. Et pones baculum meū sup faciē
pueri. Porro mater pueri ait. Viuit
dominus et viuit anima tua: non di-
mittam te. Surrexit ergo: et secutus ē
eam. Giezi autē precesserat ante eos:
et posuerat baculum super faciē pueri:
et non erat vox neq; sensus. Reuersus
q; est in occursum eius: et nunciauit
ei dicēs. Non surrexit puer. Ingressus
est ergo heliseus domum: et ecce puer
mortuus iacebat in lectulo ei⁹. Ingres-
sus q; clausit ostiū super se z sup pueū:
et orauit ad dominū. Et ascendit: et

incubuit super puerū: posuitq; os suū
sup os ei⁹ et oculos suos sup oculos
eius. et manus suas super man⁹ eius
et incuruauit se sup eū: et calefacta est
caro pueri. At ille reuersus. deambula-
bat ī domo semel huc atq; illuc: ⁊ ascen-
dit ⁊ incubuit super eum. Et oscitauit
puer septies: aperuitq; oculos. Et ille
vocauit giezi: et dixit ei. Voca sunami-
tem hanc. Que vocata ingressa est
ad eū. Qui ait. Tolle filiū tuū. Veniat
illa et corruit ad pedes eius: et adora-
uit super terram. Tulitq; filium suum.
et egressa est: et heliseus reuersus est in
galgala. Erat autem fames in terra:
et filij ꝓphetaꝝ habitabant coram eo.
dixitq; uni de pueris suis. Pone ollā
grandem: et coque pulmentum filijs
prophetaꝝ. Et egressus ē unus ī agrū:
ut colligeret herbas agrestes. Inuenit
q; quasi vitem siluestrem: ⁊ collegit ex
ea coloquintidas agri et impleuit pal-
lium suū: ⁊ reuersus cōscidit in ollam
pulmenti. Ignorabat enim quid esset:
infuderunt igit sociis ut comederent.
Cūq; gustassent de coctione: exclamā-
uerunt dicentes. Mors in olla vir dei.
Et nō potuerūt comedere. At ille: affer-
te inquit farinā. Cūq; sustulissent: misit
in ollam ⁊ ait. Infunde turbe ut come-
dant. Et nō fuit amplius quicq; amā-
ritudinis ī olla. Vir aūt quidā venit
de balsalisa deferens viro dei panes
primitiaꝝ. et viginti panes ordeaceos:
⁊ frumentum nouū ī pera sua. At ille di-
xit. Da ꝓpl⁹ ut comedat. Cūdituq; ei mi-
nister ei⁹. Quantū ē hoc ut apponam
coram centum viris? Rursum ille: da
ait populo ut comedat. Hec enim di-
cit dominus. Comedent: et superecit.
Posuit itaq; coram eis. Qui comede-
runt: ⁊ superfuit iuxta verbū dñi.

Naaman princeps militie regis
Syrie erat vir magn⁹ apud domi-
num suum: et honoratus. Per illum
enī dedit dominus salutem Syrie. Erat
autem vir fortis ⁊ dives: sed leprosus.
Porro de syria egressi fuerāt latrunculi:
et captiuam duxerant de terra israhel
puellā parvulā: que erat ī obsequio
uxoris naaman. Que ait ad dñam
suam. Vtinā fuisset dominus meus
ad ꝓphetam qui est in samaria: profe-
cto curasset eū a lepra quā habet. Ingres-
sus est itaq; naaman ad dñm su-
um: et nunciauit ei dicens. Hec et hec
locuta est puella de terra israhel. Dixit
q; ei rex syrie. Vade: et mittā litteras
ad regem israhel. Qui cum profectus
esset et tulisset secum decem talenta ar-
genti et sex milia aureos. et decē muta-
toria vestimētorū: detulit litteras ad
regem israhel in hec verba. Cum acce-
peris epistolam hanc: scito q; miserim
ad te naaman seruū meū ut cures eū
a lepra sua. Cumq; legisset rex israhel
litteras: scidit vestimenta et ait. Num
quid deus ego sum ut occidere possim
et viuificare: quia iste misit ad me ut
curem hominē a lepra sua? Animad-
uertite et videte: q occasiones querat
aduersum me. Quod cum audisset
heliseus vir dei. scidisse videlicet regē
israhel vestimenta sua: misit ad eum
dicens. Quare scidisti vestimēta tua?
Veniat ad me: et sciat esse ꝓphetā in
israhel. Venit ergo naaman cū equis
et curribus: et stetit ad ostium domus
heliseī. Misitq; ad eum heliseus nun-
cium dicens. Vade et lauare septies
in iordane: et recipiet sanitatem caro
tua atq; mundaberis. Iratus naaman.
recedebat dicens. Putabam q egredi
retur ad me et stans inuocaret nomē

Biblioteca Apostolica Vaticana © RESERVED

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0366
powered by DWork • Heidelberg University Library

dñi dei sui: & tangeret manu sua locũ
lepre: et curaret me. Nunquid nõ me-
liores sunt abana & pharfar fluuij da-
masci oñibz aquis israhel. ut lauer in
eis et munder? Cum ergo uerteret se
et abiret indignans: accesserũt ad eũ
serui sui. et locuti sũt ei. Pater: si rem
grandẽ dixisset tibi pheta. certe facere
debueras. Quãtomagis quia nunc
dixit tibi lauare & mũdaberis? Descen-
dit & lauit septies in iordane iuxta ser-
monem uiri dei: et restituta ẽ caro eius
sicut caro pueri parauli: et mundatus
est. Reuersusq; ad uirum dei cũ omni tu
comitatu suo: uenit et stetit coram eo
et ait. Uere scio q; non sit alius deus
in uniuersa terra: nisi tantũ in israhel.
Obsecro itaq; ut accipias benedictio-
nem a seruo tuo. At ille respondit. Vi-
uit dominus ante quẽ sto: quia non
accipiã. Cũq; uim faceret: penit9 nõ ac-
quieuit. Dixitq; naaman. Ut uis.
Sed obsecro cõcede michi seruo tuo: ut
tollã onus duoz burdonũ de ira. Nõ
enim faciet ultra seruus tuus holocaustũ
aut uictimã diis alienis: nisi domino.
Hoc aũt solum est de quo deprecetis
dñm p seruo tuo: quãdo ingredietur
dñs meus templũ remmõ ut adoret.
et illo innitente supra manũ meam. si
adorauero in templo remmon. ado-
rante eo in eodẽ loco: ut ignoscat mi-
chi dominus seruo tuo p hac re. Qui
dixit ei. Vade in pace. Abiit ergo ab
eo: electo tempore terre. Dixitq; giezi
puer uiri dei. Pepercit dñs meus naa-
man siro isti: ut nõ acciperet ab eo q̃
attulit. Viuit dominus quia curram
post eum: et accipiam ab eo aliquid.
Et secutus est giezi post tergum naa-
man. Quem cum uidisset ille currentẽ
ad se: desiliit de curru i occursum eius
et ait. Recene sunt oñia? Et ille ait.
Recte. Dñs meus misit me ad te dices.
Modo uenerũt ad me duo adolescen-
tes de monte ephraim: et filijs pphaz.
Da eis talentum argenti: & uestes mu-
tatorias duplices. Dixitq; naaman.
Melius ẽ ut accipias duo talenta. Et
coegit eum: ligauitq; duo talenta ar-
genti in duobus saccis. & duplicia ue-
stimenta et imposuit duobus pueris
suis: qui et portauerunt coram eo. Cũq;
uenisset iam uesperi. tulit de manu eoz.
et reposuit in domo: dimisitq; uiros
et abierunt: ipe autem ingressus stetit
coram dño suo. Et dixit heliseus. Vnde
uenis giezi? Qui respondit. Non uit
seruus tuus quoq;. At ille ait. Nõne
cor meum in presenti erat: quando re-
uersus est homo de curru suo in occur-
sum tui? Nunc igit accepisti argentũ
& accepisti uestes: ut emas oliueta. et
uineas & oues et boues et seruos & an-
cillas. Sed & lepra naaman adherebit
tibi & semini tuo usq; i sempiternũ. Et
egressus ẽ ẽsi nix ab eo leprosus.

Dixerunt aũt filij pphetaz ad heli-
seum. Ecce locus in quo habita-
mus coram te: angustus est nobis. Ea-
mus usq; ad iordanem et tollant sin-
guli de silua materias singulas: ut edi-
ficemus nobis ibi locũ ad habitandũ.
Qui dixit. Ite. Et ait unus ex illis. Ve-
ni ergo & tu cum seruis tuis. Respõdit.
Ego ueniam. Et abiit cum eis. Cumq;
uenissent ad iordanem: cedebãt ligna.
Accidit aũt: ut cũ unus materiã suc-
ciderit. caderet ferrum securis i aquã.
Exclamauitq; ille et ait. Heu heu heu
dñe mi: et hoc ipm mutuo acceperam.
Dixit aũt homo dei. Vbi cecidit? At
ille mõstrauit ei locũ. Precidit ergo
lignũ: & misit illuc. Natauitq; ferrum.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0367
powered by DWork • Heidelberg University Library

Et ait. Tolle. Qui extendit manum: & tulit illud. Rex autem syrie pugnabat contra israhel: consiliūq; iniit cū suis suis dicēs. In loco illo & illo ponam⁹ insidias. Misit itaq; vir dei ad regē israhel dicēs. Cave ne transeas i locū illū: quia ibi syri i insidijs sūt. Misit itaq; rex israhel ad locū quē dixerat ei vir dei et p̄cupauit eū: & obsecrauit se ibi nō semel neq; bis. Conturbatūq; est cor regis syrie pro hac re: et conuocatis seruis suis ait. Quare non indicatis michi quis p̄ditor mei sit apud regem israhel? Dixitq; unus seruorū eius. Nequaq̄ dñe mi rex: sed heliseus propheta qui est i israhel indicat regi israhel oīa verba quecunq; locutus fueris in conclaui tuo. Dixitq; eis. Ite et videte vbi sit: ut mittam & rapiā eū. Annunciauerūt ei dicētes. Ecce in dothaim. Misit ergo illuc equos et currus: et robur exercitus. Qui cū venisset nocte: circundederūt ciuitatē. Consurgens autem diluculo minister viri dei egressus est: viditq; exercitum i circuitu ciuitatis et equos et currus. Nunciauitq; ei dicēs heu heu heu domine mi quid faciem⁹? At ille respōdit. Noli timere. Plures enī nobiscū sunt: q̄z cū illis. Cumq; oraret heliseus ait. Dñe: aperi oculos huius ut videat. Et aperuit dñs oculos pueri: et vidit: et ecce mons plenus equoz et curruū ignearum in circuitu heliseī. Hostes vero descenderunt ad eum. Porro heliseus orauit ad dominū dicēs. Percute obsecro gentem hanc cecitate. Percussitq; eos dñs ne viderent: iuxta verbum heliseī. Dixit aūt ad eos heliseus. Non est hec via: nec ista est ciuitas. Sequimini me: et ostendam vobis virū quē queritis. Duxit ergo eos i samariam. Cūq; ingressi fuissent i samariā: dixit heliseus. Domine: aperi oculos istoz ut videant. Aperuitq; dñs oculos eoz: et viderūt se esse in medio samarie. Dixitq; rex israhel ad heliseū: cū vidisset eos. Numquid percutiā eos pater mi? Et ille ait. Non percutias. Neq; enim cepisti eos gladio et arcu tuo: ut percutias. Sed pone panē et aquā coram eis: ut comedant & bibant: et vadant ad dominū suum. Appositaq; est eis ciborum magna p̄paratio. Et comederunt et biberūt: et dimisit eos: abieruntq; ad dñm suum. Et vltra nō venerūt latrones syrie in terram israhel. Factū est autē post hec congregauit benadab rex syrie vniuersum exercitum suum: et ascendit et obsidebat samariā. Facta q; est fames magna in samaria: & tā diu obsessa ē donec venundaret caput asini octogīta argēteis: & quarta pars cabi stercoris columbaz quīq; argenteis. Cūq; rex israhel transiret p murū: mulier quedā exclamauit ad eū dicēs. Salua me dñe mi rex. Qui ait. Nō te saluet dominus. Vnde te possū saluare? De area: vel de torcular? Dixitq; ad eā rex. Quid tibi vis? Que respondit. Mulier ista dixit michi. Da filiū tuū ut comedamus eū hodie: & filium meū comedemus cras. Coximus ergo filium meū: et comedimus: dixiq; ei die altera. Da filiū tuū: ut comedam⁹ eum. Que abscondit filiū suū. Quod cum audisset rex scidit vestimēta sua: et transiebat p murū. Vidit; oīis plebs cilicium quo vestitus erat ad carnem intrinsecus. Et ait rex. Hec michi faciat deus: et hec addat: si stiterit caput heliseī filij saphat sup ipm hodie. Heliseus aūt sedebat in domo sua: et senes sedebant cum eo. Premisit itaq;

RESERVED © Biblioteca Apostolica Vaticana
Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0368
powered by DWork • Heidelberg University Library

virum: et antequam veniret nuncius: ille dixit ad senes. Numquid scitis q̄ miserit filius homicide hic ut p̄cidatur caput meum? Videte ergo: cū venerit nuncius claudite ostiū: et nō sinatis eū introire. Ecce enī sonitus pedū dñi eius post eū est. Adhuc illo loquente eis: apparuit nuncius qui veniebat ad eū. Et ait. Ecce tantū malū a dño est. Quid amplius expectabo a dño? VII

Dixit aūt heliseus. Audite verbū domini. Hec dicit dñs. In tempore hac crastina modius similae uno statere ceū: et duo modii ordei statere uno in porta samarie. Respondens unus de ducibus sup cuius manū rex innitebatur homini dei ait. Si dominus fecerit etiam catharactas in celo: numquid poterit esse qđ loqueris? Qui ait. Videbis oculis tuis: et inde nō comedes. Quatuor ergo viri erant leprosi iuxta introitum porte: qui dixerūt ad invicem. Quid hic esse volumus donec moriamur? Sive ingredi voluerimus ciuitatem fame morimur: sive manserimus hic moriendū nobis est. Venite ergo et transfugiamus ad castra syrie. Si pepercerint nobis viuemus: si aūt occidere voluerint: michi ominus morimur. Surrexerunt ergo vespere: ut venirent ad castra syrie. Cūq; venissent ad principium castroz syrie: nullum ibidem reppererūt. Siquidē dominus sonitum audiri fecerat in castris syrie. curruū et equorū: et exercitus plurimi. Dixeruntq; ad invicem. Ecce mercede cōduxit aduersum nos rex israhel reges gethoz et egyptioz: et venerūt sup nos. Surrexerunt ergo et fugerūt in tenebris: et dereliquerūt tentoria sua et equos et asinos in castris: fugeruntq; animas tantū suas saluare cupientes.

Igit cū venissent leprosi illi ad principiū castroū ingressi sunt unū tabernaculū: et comederūt et biberūt. Tulerūt q; inde argentū et aurum et vestes: et abierunt et absconderunt. Et rursum reuersi sunt ad aliud tabernaculū: et inde similiter auferentes absconderūt. Dixeruntq; ad invicem. Non recte facimus. Hec enim dies boni nunciī est. Si tacuerimus et noluerimus nūciare usq; mane: sceleris arguemur. Venite eamus: et nunciemus in aula regis. Cumq; venissēt ad portam ciuitatis: narrauerūt eis dicentes. Iuimus ad castra syrie et nullū ibidem reperimus hominē: nisi equos et asinos alligatos: et tentoria. Ierunt ergo portarii: et nunciauerunt in palatio regis intrinsecus. Qui surrexit nocte: et ait ad seruos suos. Dico vobis quid fecerint nobis syri. Sciunt quia fame laboramus: et ideirco egressi sunt de castris: et latitant in agris dicentes. Cū egressi fuerint de ciuitate rapiemus eos viuos: et tunc ciuitatē ingredi poterimus. Respondit autem unus seruoz eius. Tollamus quinq; equos qui remanserunt in urbe: quia ipi tantum sunt in uniuersa multitudine israhel. alii enim consumpti sunt: et mittentes explorare poterimus. Adduxerūt ergo duos equos: misitq; rex in castra syrorum dicens. Ite et videte. Qui abierūt post eos usq; ad iordanen. Ecce aūt omnis via plena erat vestibus et vasis: q̄ proiecerant syri cum turbarentur. Reuersiq; nūciis indicauerūt regi. Et egressus ps diripuit castra syrie: factusq; est modius similae statere uno et duo modii ordei statere uno: iuxta verbū dñi. Porro rex ducem illum in cui manu incubuerat obtulit ad portam: quem

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0369
powered by DWork • Heidelberg University Library

conculcauit turba in introitu porte et mortuus est: iuxta quod locutus fuerat vir dei quando descenderat rex ad eum. Factumque est iuxta sermonem viri dei. quem dixerat regi quando ait. duo modii ordei stabunt uno cras hac eadem tempore cras in porta samarie: quando respondebat dux ille viro dei et dixerat. etiam si dns faciet cataractas in celo nunquid poterit fieri quod loqueris: et dixit ei videbis oculis tuis. et inde non comedes. Euenit ergo ei sicut prædictum erat: et conculcauit eum populus in porta: et mortuus est.

VIII

Heliseus autem locutus est ad mulierem: cuius vivere fecerat filium dicens. Surge: vade tu et domus tua: et peregrinare ubicunque repereris. Vocabit enim dns famem: et veniet super terram septem annis. Que surrexit et fecit iuxta verbum hominis dei: et vadens cum domo sua: peregrinata est in terra philistiim. diebus multis. Cumque finiti essent anni septem: reuersa est mulier de terra philistiim. Et ingressa est: ut interpellaret regem pro domo sua. et pro agris suis. Rex autem loquebatur cum giezi puero viri dei dicens. Narra mihi opera magnalia que fecit heliseus. Cumque ille narraret regi quomodo mortuum suscitasset: apparuit mulier cuius vivificauerat filium clamans ad regem pro domo sua et pro agris suis. Dixitque giezi. Domine mi rex hec est mulier: et hic est filius eius quem suscitauit heliseus. Et interrogauit rex mulierem. Que narrauit ei. Deditque ei rex eunuchum unum dicens. Restitue ei omnia que sua sunt: et uniuersos reditus agrorum a die qua reliquit terram usque ad presens. Venit quoque heliseus damascum: et benadab rex syrie egrotabat. Nunciauerunt autem ei dicentes. Venit vir dei huc. Et ait rex ad azahel. Tolle tecum munera et vade in occursum viri dei: et consule dnm per eum dicens. Si euadere potero de infirmitate mea hac? Iuit igitur azahel in occursum eius habens secum munera et omnia bona damasci onera quadraginta camelorum. Cumque stetisset coram eo ait. Filius tuus benadab rex syrie misit me ad te dicens. Si sanari potero de infirmitate mea hac? Dixitque ei heliseus. Vade dic ei. Sanaberis. Porro ostendit michi dominus: quia morte morietur. Stetitque cum eo: et conturbatus est usque ad suffusionem vultus. Fleuitque vir dei. Cui azahel ait. Quare dominus meus fler? At ille dixit. Quia scio quod facturus sis filiis israhel mala. Ciuitates eorum munitas igne succendes: et iuuenes eorum interficies gladio: et parvulos eorum elides. et prægnantes diuides. Dixitque azahel. Quid enim est seruus tuus canis: ut faciam rem istam magnam? Et ait heliseus. Ostendit michi dominus te regem syrie fore. Qui cum recessisset ab heliseo: venit ad dominum suum. Qui ait ei. Quid tibi dixit heliseus? At ille respondit. Dixit michi: recipies sanitatem. Cumque venisset dies altera. sumsit stragulum et infudit aquam: et expandit super faciem eius. Quo mortuo: regnauit azahel pro eo. Anno quinto ioram filii achab regis israhel regnauit ioram filius iosaphat regis iuda. Triginta duorum annorum erat cum regnare cepisset: et octo annis regnauit in hierusalem. Ambulauitque in viis regum israhel: sicut ambulauerat domus achab. Filia enim achab erat uxor eius. Et fecit quod malum est in conspectu domini. Noluit autem dominus disperdere iudam propter dauid seruum suum: sicut promiserat ei ut

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0370
powered by DWork • Heidelberg University Library

dare illi lucernā· et filijs eius cunctis
diebus. In diebus eius recessit edom
ne esset sub iuda: et cōstituit sibi regē.
Venitq; ioram cū cūctis exercitibus
cū eo. Et surrexit nocte: percussitq; y du-
meos quī eum circumdederant· et prin-
cipes curruū. Populus aūt fugit in
tabernacla sua. Recessit ergo edom ne
esset sub iuda: usq; ad diē hanc. Tunc
recessit et lobna i tēpore illo. Reliqua
aūt sermonū ioram et omniū ea que fecit:
nōne hec scripta sunt in libro verbo;
dierū regū iuda? Et dormiuit ioram
cum patribus suis: sepultusq; ē cum
eis i ciuitate dauid: et regnauit ochozias
filiꝰ eius pro eo. Anno duodecimo
ioram filij achab regis israel: regna-
uit ochozias filius ioram regis iude.
Viginti duoꝝ annorū erat ochozias
cū regnare cepisset: et uno āno regna-
uit in ihrlm. Nomen matris eius a-
talia filia amri regis israel: et ambula-
uit in uijs domus achab: et fecit qđ
malū est corā dño sicut domꝰ achab.
Gener enī domus achab fuit. Abijt
q̄; cum ioram filio achab ad prelian-
dū contra asahel regē syrie in ramoth
galaad: et vulnerauerunt syri ioram.
Qui reuersus ē· ut curaretur i iezrahel:
quia vulnerauerūt eū syri in ramoth
pliantē cōtra asahel regem syrie. Por-
ro ochozias filius ioram reꝝ iuda de-
scendit inuisere ioram filium achab
in iezrahel: quia egrotabat ibi.

Heliseus aūt propheces vocauit
unū de filijs prophetarū: et ait
illi. Accinge lumbos tuos: et tolle len-
ticulā olei hanc in manu tua: et vade
in ramoth galaad. Cumq; veneris il-
luc: uidebis iehu filium iosaphat filij
namsi. Et ingressus suscitabis eum
de medio fratrum suoꝝ et introduces
in interiꝰ cubiculū: tenensq; lenticulā
olei fundes super caput eius: et dices.
Hec dicit dñs. Unxi te regem sup israhel. Aperiesq; ostiū et fugies: et non
ibi subsistes. Abijt ergo adolescens pu
er ꝓphete in ramoth galaad: et ingres-
sus est illuc. Ecce aūt principes exerci
tus sedebant. Et ait. Verbum mihi
ad te o princeps. Dixitq; iehu. Ad quē
ex oīibꝫ nobis? At ille dixit. Ad te
o princeps. Et surrexit: et ingressus ē
cubiculum. At ille fudit oleum super
caput eius. Et ait. Hec dicit dominus
deus israhel. Unxi te regem sup pplm
dñi israhel: et pcuties domū achab
dñi tui. Et ultiscar sanguinē seruorū
meoꝝ ꝓpheta;· et sanguinem omniū
seruoꝝ dñi de manu iezabel: perdam
q; omnem domū achab. Et interfici-
am de domo achab mingentem ad
parietem: et clausum et nouissimum
in israhel. Et dabo domū achab sicut
domū ieroboā filij nabath: et sicut
domū baasa filij achia. Iezabel q̄;
comedent canes in agro iezrahel: nec
erit qui sepeliat eam. Aperuitq; ostium
et fugit. Iehu autem ingressus est ad
seruos dñi sui. Qui dixerūt ei. Recte ne
sunt oīia? Quid venit insanus iste
ad te? Qui ait eis. Nostis hominem:
et quid locutus sit. At illi respōderūt
falsum est: sed magis narra nobis.
Qui ait eis. Hec et hec locutus ē mihi.
Et ait. Hec dicit dominus. Unxi te
regem sup israhel. Festinauerūt itaq;:
et unusquisq; tollens pallium suum
posuerunt sub pedibus eius in simili-
tudinem tribunalis: et cecinerūt tuba
atq; dixerunt. Regnabit iehu. Coniu-
rauit ergo iehu filius iosaphat filij
namsi contra ioram. Porro ioram
obsederat ramoth galaad· ipe et oīs

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0371
powered by DWork • Heidelberg University Library

israhel cōtra alahel regē syrie: et reuersus fuerat ut curaretur i iesrahel ꝓpter vulnera: quia ꝓtulerant eum syri preliantē cōtra alahel regē syrie. Dixitq; iehu. Si placet vobis nemo egrediatur profugus de ciuitate: ne vadat et nūciet in iesrahel. Et ascendit: et profectus est i iesrahel. Ioram enī egrotabat ibi: et ochozias rex iuda descenderat ad visitandū ioram. Igitur speculator qui stabat sup turrim iesrahel: vidit globū iehu venientis. Et ait. Video ego globū. Dixitq; ioram. Tolle currum: et mitte i occursum eox: et dicat vadens. Redene sūt omnia? Abiit ergo qui ascenderat currum in occursū eius. Et ait. Hec dicit rex. Pacata sunt omnia? Dixitq; iehu. Quid tibi i pace? Trāsi et sequere me. Nūciauit q; speculator dicēs. Venit nūcius ad eos: i non reuertitur. Misit etiam currum equorum scōm: venitq; ad eos: et ait. Hec dicit rex. Nūquid pax est? Et ait iehu. Quid tibi et pace? Trāsi et sequere me. Nūciauit aut speculator dicēs. Venit usq; ad eos: et non reuertitur. Est aut incessus quasi incessus iehu filij namsi. Preceps enī greditur. Et ait ioram. Jungite curru. Junxerūtq; currū eius. Et egressus est ioram rex israel et ochozias rex iuda: singuli i curribus suis. Egressiq; sunt i occursum iehu: et inuenerūt eum in agro naboth iesrahelite. Cumq; vidisset ioram iehu: dixit. Pax est iehu? At ille respondit. Que pax? Adhuc fornicationes iezabel matris tue: et venefitia eius multa vigent. Cōuertit aūt ioram manum suā: et fugiens ait ad ochoziam. Insidie ochozia. Porro iehu repēdit arcū manu: et percussit ioram inter scapulas: et egressa est sagitta p cor ei9: itaq; corruit in curru suo. Dixitq; iehu ad badacher ducem. Tolle proice eum in agro naboth iesrahelite. Memini enī quando ego et tu sedentes in curru sequebamur achab patrem huius: q dominus onus hoc leuauerit sup eū dicēs. Si nō p sāguine naboth: i pro sāguine filiorū ei9 quem vidi heri ait dñs: reddā tibi in agro isto dicit dñs. Nūc ergo tolle et proice eum in agro: iuxta verbū dñi. Ochozias autem rex iuda videns hoc fugit per viam domꝰ ozi: persecutusq; est eū iehu: i ait. Et iā hunc percutite in curru suo. Et percusserunt eū i ascensu gaber: qui ē iuxta iebleā. Qui fugit i mageddo: et mortuꝰ est ibi. Et imposuerunt eum serui eius super currum suum et tulerunt in hierusalem: sepelieruntq; in sepulcro cum patribus suis in ciuitate dauid. Anno undecimo ioram filij achab regis israhel regnauit ochozias super iudam: venitq; iehu in iesrahel. Porro iezabel inaudito aduentu ei9 audito depinxit oculos suos stibio: i ornauit caput suū: et respexit per fenestrā ingredientē iehu p portam: et ait. Numquid pax potest esse zamri: q interfecit dñm suū? Leuauit q; iehu faciem suam ad fenestrā et ait. Que est ista? Et inclinauerūt se ad eū duo uel tres eunuchi: i dixerūt. Hec est illa iezabel. At ille dixit eis. Precipitate eam deorsum. Et ꝓcipitauerūt eam. Aspersusq; ē sanguine paries: i equorum ungule cōculcauerūt eam. Cūq; introgressus esset ut comederet biberet q; ait. Ite et videte maledictam illam et sepelite eam: quia filia regis ē. Cūq; illent ut sepelirent eam: non inuenerūt nisi caluariā et pedes i summas manus. Reuersiq; nunciauerūt ei. Et ait iehu. Sermo dñi est: quem locutus est

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0372
powered by DWork • Heidelberg University Library

per seruum suum heliam thelbiten dicens. In agro iesrahel comedent canes carnes iezabel. Et erunt carnes iezabel sicut stercus super faciem terre in agro iesrahel: ita ut prætereuntes dicant. Hæccine est illa iezabel? P

Erant autem achab septuaginta filij in samaria. Scripsit ergo iehu litteras: et misit in samariam ad optimates ciuitatis & ad maiores natu et ad nutritios achab dicens. Statim ut acceperitis litteras has qui habetis filios dñi vri et currus et equos et ciuitates firmas & arma: eligite meliorē et cū qui vobis placuerit de filijs domini vestri et eū ponite super soliū patris sui: et pugnate pro domo dñi vestri. Timuerunt illi vehementer: & dixerunt. Ecce duo reges nō potuerunt stare coram eo: & quomō nos valebimus resistere? Miserunt ergo qui præerat domus et præfecti ciuitatis et maiores natu et nutritij ad iehu dicentes. Serui tui sumꝰ: quæcunq; iusseris faciemus: nec cōstituemus nobis regē. Quecūq; tibi placent fac. Rescripsit autem eis litteras secūdo dicens. Si mei estis et obeditis michi: tollite capita filiorum dñi vestri: et venite ad me hac eadem hora cras i iesrahel. Porro filij regis septuaginta viri apud optimates ciuitatis nutriebantur. Cūq; venissent littere ad eos: tulerunt filios regis et occiderūt septuaginta viros: et posuerunt capita eorū i cophinis et miserūt ad eum i iesrahel. Venit aūt nuncius ad eū: et indicauit ei dicens. Attulerūt capita filiorum regis. Qui respondit. Ponite ea ad duos aceruos iuxta introitum portæ usq; mane. Cumq; diluxisset egressus ē: et stās dixit ad omnē populū. Iusti estis. Si ego coniurauī contra dñm meū et interfeci eum: quis percussit omnes hos? Videte ergo nūc quoniā non cecidit de sermonibus dñi in terram quos locutus est dominus sup domū achab: et dñs fecit qđ locutus est in manu serui sui helie. Percussit igit iehu omnes qui reliqui erāt de domo achab in iesrahel · et vniuersos optimates eius & notos & sacerdotes: donec non remanerent ex eo reliquie. Et surrexit: et venit in samariā. Cūq; venisset ad cameram pastorū in via inuenit fratres ochozie regis iuda: dixitq; ad eos. Qui nam estis vos? Qui responderūt. Fratres ochozie sumus: et descendimus ad salutandos filios regis · et filios regine. Qui ait. Cōprehendite eos vīuos. Quos cū comprehendissent vīuos: iugulauerunt eos in cisterna iuxta cameram quadraginta duos viros: et nō reliquit ex eis quemq;. Cūq; abisset inde inuenit ionadab filium rechab in occursum sibi: & benedixit ei. Et ait iehu ad eū. Nunquid est cor tuum rectum cum corde meo sicut cor meū cū corde tuo? Et ait ionadab. Est. Si est inquit: da manū tuā. Qui dedit ei manū suā. Ar ille leuauit eū ad se in currum: dixitq; ad eum. Veni mecum: et vide zelum meum pro dño. Et imposuit eū in curru suo duxit in samariā. Et percussit omnes qui reliqui fuerant de achab in samaria usq; ad vnum: iuxta verbū dñi quod locutus est p heliam. Congregauit ergo iehu omnem plm: et dixit ad eos. Achab colui baal parum: ego aūt colam eū amplius. Nunc igitur omnes prophetas baal · et vniuersos seruos eius et cunctos sacerdotes ipsius vocate ad me. Nullus sit qui non veniat. Sacrificium enim grande est michi baal.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0373
powered by DWork • Heidelberg University Library

Quicūq; defuerit non viuet. Porro
iehu faciebat hoc insidiose: ut disper-
deret cultores baal. Et dixit. Sanctifi-
cate diem solemnē baal. Vocauitq;
et misit in vniuersos terminos isrl': et
venerunt cuncti servi baal. Non fuit
residuus ne vnus quidē: qui non ve-
niret. Et ingressi sunt templum baal.
Et repleta est domus baal: a summo
usq; ad summū. Dixitq; his qui pre-
erant super vestes. Proferte vestimenta
vniuersis servis baal. Et protulerunt
eis vestes. Ingressusq; iehu ⁊ ionadab
filius rechab templum baal: ait cultoribus
baal. Perquirite et videte: ne quis for-
te vobiscū sit de servis dñi: sed ut sint
servi baal soli. Ingressi sunt igitur ut
facerent victimas et holocausta: iehu
autē preparauerat sibi foris octoginta
viros: et dixerat eis. Quicūq; fugerit
de hominibus his quos ego adduxero in manus vras: anima eius erit
pro aia illi⁹. Factum est autem cum
complerent holocaustū: precepit
iehu militibus ⁊ ducibus suis. Ingredimini et percutite eos. Nullus exeat.
Percusserūtq; eos in ore gladij et proiecerunt milites ⁊ duces. Et ierunt in
ciuitatem templi baal et protulerunt
statuā de phano baal: et cōbusserunt
et cōminuerunt eam. Destruxerunt q̄q;
edem baal: et fecerūt pro ea latrinas
usq; in diem hanc. Deleuit itaq; iehu
baal de isrl': verūtamen a peccatis ihero-
boā filij nabath qui peccare fecit isra-
hel nō recessit: nec dereliquit vitulos
aureos qui erant in bethel et in dan.
Dixit autē dominus ad iehu. Quia
studiose egisti q̄d rectū erat et placebat
in oculis meis: et omnia que erant in
corde meo fecisti contra domū achab:
filij tui usq; ad quartā generationē
sedebunt super thronū isrl'. Porro iehu
non custodiuit ut ambularet in lege
dñi dei isrl' in toto corde suo. Non enī
recessit a peccatis iheroboam: qui pecca-
re fecerat isrl'. In diebus illis cepit dñs
tedere super israhel. Percussitq; eos
asahel in vniuersis finibus israhel: a
iordane contra orientalem plagam
omnē terram galaad: et gad: ⁊ ruben:
et manasse: ab aroer que est super torrē-
tem arnon et galaad et basan. Reliq̄
aūt verbor⁹ iehu et vniūsa que fecit et
fortitudo eius: nonne hec scripta sūt
in libro verborū dierū regum israhel?
Et dormiuit iehu cū patribus suis: sepe-
lierunt eum in samaria: et regnauit
ioachaz filius ei⁹ pro eo. Dies autem
quos regnauit iehu super israhel vi-
ginti et octo ānis fuit in samaria. XI

Atalia vero mater ochozie videns
mortuū filiū suū: surrexit et in-
terfecit omne semen regiū. Tollens autē
iosaba filia regis iorā: soror ochozie-
ioas filiū ochozie: furata est eū de me-
dio filiorū regis qui interficiebātur: et
nutrice ei⁹ de cubiculo: et abscondit eū
a facie atalie ut nō interficeretur: eratq;
cū ea lectē ānis clam in domo dñi. Por-
ro atalia regnauit super terrā septem
ānis. Anno aūt septimo misit ioiada
et assumēs centuriones ⁊ milites intro-
duxit ad se in templū dñi: pepigitq; cū
eis fedus. Et adiurās eos in domo
dñi ostendit eis filiū regis: et precepit
illis dicens. Iste ē sermo quē facere de-
beris. Tertia pars vrm introeat sabba-
to: et obseruet excubias domus regis.
Tertia autē pars sit ad portā sehyr: ⁊ ter-
tia pars sit ad portam que est post
habitaculum scutariorū: et custodietis
excubias domus mellā. Due vero par-
tes e vobis omnes egredientes sabbato

custodiant excubias domus domini
circa regem: et vallabitis eū habentes
arma in manibus vestris. Si quis aūt
ingressus fuerit septum templi: interfi-
ciatur. Eritisq; cū rege introeunte et e-
grediēte. Et fecerūt centuriones iuxta
oīa que preceperat eis ioiada sacerdos.
Et assumētes singuli viros suos qui
ingrediebantur sabbatū cum his qui
egrediebantur e sabbato: venerūt ad
ioiadam sacerdotem. Qui dedit eis ha-
stas et arma regis dauid: que erant i
domo dñi. Et steterūt singuli habentes
arma i manu sua a parte templi dextra
usq; ad partem sinistrā altaris et edis
circum regē. Produxitq; filiū regis: et
posuit sup eū diadema et testimoniū
fecerūtq; eum regem et unxerūt: et plau-
dentes manu dixerūt. Vivat rex. Au-
diuit aūt atalia vocem populi currentis:
et ingressa ad turbas in templum dñi.
vidit regē stantē sup tribunal iuxta
morem: et cantores et turbas ppe eum.
omnemq; populum terre lectantē: et canentē
tubis: et scidit vestimēta sua clamauit
q;. Coniuratio: coniuratio. Precepit
aūt ioiada centurionibus qui erāt sup
exercitum: et ait eis. Educite eam extra
septa templi: et quicunq; eam secutus
fuerit: feriatur gladio. Dixerat enī sa-
cerdos: non occidatur in templo dñi.
Imposuerūtq; ei manus et impegerūt
eam per viam introitus equoꝝ iuxta
palatium: et interfecta est ibi. Pepigit
ergo ioiada fedus inter deum et regē
et inter populū: ut esset populus domini:
et inter regem et populū. Ingressusq;
est omnis populus terre templum baal:
et destruxerunt aras eius: et ymagines
contriuerūt valide: mathan quoq; sa-
cerdotem baal occiderūt coram altari.
Et posuit sacerdos custodias i domo
dñi: tulitq; centuriones et cherethi et phe-
leti legiones et omnē populum terre:
deduxerūtq; regē de domo domini. Et
venerunt per viam porte scutariorum
in palatiū: et sedit sup thronū regum.
Letatusq; est omnis populus terre: et ci-
uitas cōquieuit. Atalia aūt occisa est
gladio i domo regis: septemq; annoꝝ
erat ioas cum regnare cepisset. xm

Anno septimo iehu regnauit ioas.
Quadraginta annis regnauit
in ierusalē: nomen matris eius sebia
de berlabee. Feciteq; ioas rectū coram
domino: cunctis diebus quibus docuit
eum ioiada sacerdos: verumtamen ex-
celsa nō abstulit. Adhuc enī populus
immolabat et adolebat in excelsis in-
censum. Dixitq; ioas ad sacerdotes.
Omnē pecuniā sanctoꝝ que illata fue-
rit in templum domini a pretereuntibus
que offertur pro ppio aie et quā sponte
et arbitrio cordis sui intulit in tem-
plum domini: accipiant illā sacerdo-
tes iuxta ordinem suum: et instaurent
sarta tecta domus si quid necessarium
viderint instaurationi. Igitur usq;
ad vicesimumtertium annum regis
ioas: nō instaurauerunt sacerdotes
sarta tecta templi. Vocauitq; rex ioas
ioiadam pontificem et sacerdotes: di-
cens eis. Quare sarta tecta nō instau-
ratis templi? Nolite ergo amplius acci-
pere pecuniā iuxta ordinem vestrum:
sed ad instaurationem templi reddite
eā. Prohibitiq; sūt sacerdotes ultra ac-
cipere pecuniā a plo: et instaurare sarta
tecta domus. Et tulit ioiada pontifex ga-
zophilacium unū: aperuitq; foramen de-
sup: et posuit illud iuxta altare ad dex-
teram ingredientiū domum domini:
mittebantq; in eo sacerdotes qui custo-
diebant ostia omnem pecuniam que

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0375
powered by DWork • Heidelberg University Library

deferebat ad templū dñi. Cūq; videret nimiā pecuniā esse in gazophilacio ascendebat scriba regis et pontifex: effundebātq; et numerabāt pecuniam que inueniebat in domo dñi: et ligabāt eam iuxta numerū atq; mensuram in manu eorum q̄ preerant cementariis domus dñi. Qui impendebāt eam in fabris lignoꝝ et in cementariis hijs q̄ opabant in domo dñi. et sarcta tecta faciebāt: et in hijs q̄ redebant saxa. et ut emerent ligna et lapides qui excidebantur: ita ut impleretur instauratio domus dñi in uniuersis q̄ indigebāt expensa ad muniendā domū. Verumtamen nō fiebāt ex eadē pecunia ydrie templi dñi et fuscinule et thuribula et tube et oñe uas aureū et argenteū: de pecunia que inferebatur in templum domini. Ipsis enim qui faciebāt opus dabat: ut instauraretur templum dñi. Et non fiebat ratio hijs hominibus qui accipiebāt pecuniā ut distribuerēt eam artificibus: sed in fide tractabāt eā. Pecuniam uero pro delicto et pecuniā pro peccatis. nō inferebant in templū domini: quia sacerdotum erat. Tunc ascendit asahel rex syrie et pugnabat contra geth: cepitq; eā. Et direxit faciē suā ut ascenderet in ierlm. Quāobrē tulit ioas rex iuda oñia sanctificata que cōsecrauerat iosaphat et ioram et ochozias patres ei⁹ reges iuda. et que ipse obtulerat. et uniuersum argentū q̄d inueniri potuit in thesauris templi domini. et in palatio regis: misitq; asaheli regi syrie: et recessit ab ierusalē. Reliqua aūt sermonū ioas et uniuersa que fecit: nōne hec scripta sunt in libro uerborū dierū regū iuda? Surrexerūt aūt serui eius et coniurauerūt inter se: percusseruntq; ioas in domo mello in descensu sela. iozachar namq; filius semath et iozabath filij somer serui ei⁹ percusserūt eū: et mortuus ē. Et sepelierūt eū cū patribus suis in ciuitate dauid: regnauitq; amasias filius eius p eo. XIII

Anno uicesimotercio ioas filij ochozie regis iude. regnauit ioachaz filius ihu super israhel in samaria decem et septem annis: et fecit malū coram dño. Secutusq; est peccata ieroboā filij nabath qui peccare fecit israhel: et nō declinauit ab eis. Iratusq; ē furor domini contra israhel: et tradidit eos in manu asahel regis syrie et in manu benadab filij asahel cunctis diebus. Deprecatus est aūt ioachaz faciem dñi: et audiuit eum dominus. Vidit enim angustiā israhel: quia attriuerat eos rex syrie. Et dedit dominus saluatorē israheli: et liberatus ē de manu regis syrie: habitauerūtq; filij israhel i tabernaculis suis. sicut heri et nudiustertius. Verumtamen nō recesserūt a peccatis domus ieroboā qui peccare fecit israhel: sed i ipis ambulauerūt. Siquidē et lucus permansit in samaria: et non sunt derelicti ioachaz de populo nisi quinquaginta equites: et decem currus et decem milia peditū interfecerat enim eos rex syrie: et redegerat quasi puluerē in tritura aree. Reliqua aūt sermonū ioachaz et uniuersa que fecit et fortitudo eius: nōne hec scripta sunt in libro sermonū dierū regū israhel? Dormiuit q; ioachaz cum patribus suis: et sepelierunt eū i samaria: regnauitq; ioas filius ei⁹ pro eo. Anno uicesimoseptimo ioas regis iuda regnauit ioas filius ioachaz super israhel in samaria sedecī ānis: et fecit q̄d malū ē in conspectu domini. Non declinauit ab oñibz peccatis ieroboam filij nabath qui

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0376
powered by DWork • Heidelberg University Library

peccare fecit israel: sed in ipis ambulauit.
Reliqua autē sermonū ioas & uniuersa que fecit: et fortitudo ei⁹ quomodo pugnauerit contra amasiā regē iudæ nōne hec scripta sunt in libro sermonū dierū regū israel? Et dormiuit ioas cum pribs suis: in samaria cū regibs israel. Heliseus autē egrotabat infirmitate qua et mortuus est. Descenditq; ad eum ioas rex israel: et flebat coram eo: dicebatq; pater mi pater mi: curreus israel & auriga eius. Et ait illi heliseus. Affer arcū et sagittas. Cūq; attulisset ad eū arcū & sagittas: dixit ad regem israel. Pone manū tuā supra arcū. Et cū posuisset ille manū suam: supposuit heliseus manus suas manibus regis: et ait. Aperi fenestrā orientalē. Cunq; aperuisset: dixit heliseus iace sagittam. Et iecit. Et ait heliseus. Sagitta salutis dñi: et sagitta salutis contra syriā. Percuties syriā in aphec: donec consumas eam. Et ait. Tolle sagittas. Qui cū tulisset: rursū dixit ei. Percute iaculo terrā. Et cum percussisset tribs vicibus & stetisset: iratus est vir dei cōtra eū: et ait. Si percussisses quinquies aut sexies siue septies: percussisses syriā usq; ad cōsummationem. Nūc aūt tribus vicibus percuties eam. Mortuus est ergo heliseus: et sepelierūt eū. Latrūculi aūt de moab venerunt in terrā in ipo anno. Quidā aūt sepelientes hominē viderūt latrūculos: et proiecerunt cadauer in sepulcro heliseī. Quod cū tetigisset ossa heliseī reuixit homo: et stetit sup pedes suos. Igitur asahel rex syrie afflixit israel: cūctis diebs ioachaz. Et misertus est dñs eorum: et reuersus est ad eos propter pactū suū nō habebat cum abraham et ysaac et iacob: et noluit disperdere eos neq; proicere penitus usq; in presens tempus.
Mortuus ē autē asahel rex syrie: et regnauit benadab filius ei⁹ pro eo. Porro ioas filius ioachaz tulit urbes de manu benadab filij asahel quas tulerat de manu ioachaz patris sui: iure prelij. Tribus vicibus percussit eū ioas: et reddidit ciuitates israel. xiiij.

In anno secūdo ioas filij ioachaz regis israhel: regnauit amasias filius ioas regis iuda viginti quinq; annorū erat cū regnare cepisset: viginti aūt & nouem annis regnauit in hierusalem. Nomen matris eius ioaden de hierusalem. Et fecit rectum coram dño: verumtamen non ut dauid pater ei⁹. Iuxta oīa que fecit ioas pater suus fecit: nisi hoc tantū qđ excelsa non abstulit. Adhuc enī ps̄s adolebat et immolabat incensum in excelsis. Cunq; obtinuisset regnū percussit seruos suos qui interfecerāt regem patrē suum: filios aūt eoz nō occidit: iuxta quod scriptū est in libro legis moysi sicut p̄cepit dñs dicēs. Non morientur patres p filijs neq; filij pro patribs: sed unusquisq; in peccato suo morietur. Ipse percussit edom in valle salinarum decem milia: et apprehendit petrā in p̄lio: vocauitq; nomen eius iezechel usq; in presentem diem. Tunc misit amasias nunc̄os ad ioas filium ioachaz filij iehu regis israhel: dicens. Veni et videamus nos. Remisitq; ioas rex israhel ad amasiā regē iuda dicens. Cardnus libani misit ad cedrum que est in libano: dicens. Da filiam tuā filio meo uxorem. Transierūtq; bestie silvestres que sunt in libano: et conculcauerunt cardnum. Percutiens invaluisti sup edom: et sublevauit te cor tuū. Cōtentus

elto gloria: et sede in domo tua. Quare provocas malū: ut cadas tu et iudas tecū? Et nō acquieuit amasias. Ascendit ioas rex israhel: et viderūt se ipse et amasias rex iuda in bethsames oppido iude. Percussus est iuda coram israhel: et fugerūt unusquisq; in tabernacula sua. Amasiā vero regē iuda filiū ioas filij ochozie cepit ioas rex israhel in bethsames: et adduxit eū in ihrusalē. Et interrupit murū ihrusalē a porta effraim usq; ad portam anguli · quadringentis cubitis. Tulitq; omne aurū et argentū: et uniuersa vasa q̄ inuenta sūt in domo dñi et in thesauris regis: et obsides: et reuersus est in samariā. Reliqua aūt verboz ioas q̄ fecit: et fortitudo eius qua pugnauit cōtra amasiā regem iuda · nōne hec scripta sunt in libro sermonum dieꝝ regum israhel? Dormiuitq; ioas cum patribus suis et sepultus est in samaria cum regibz israhel: et regnauit iheroboam filius eius pro eo. Vixit autem amasias filius ioas rex iuda. Postq̄ mortuus est ioas filius ioachaz regis israhel: viginti quinq; annis. Reliqua autem sermonum amasie · nonne hec scripta sunt in libro sermonū dierum regum iuda? Factaq; est contra eū cōiuratio in ihrusalē: at ille fugit ī lachis. Miseruntq; post eū ī lachis et interfecerūt eum ibi: et asportauerunt in equis: sepultusq; est ihrusalem cū pribus suis in ciuitate dauid. Tulit aūt uniūsus populus iude azariā annos natum sedecim: et constituerunt eum regē pro patre eius amasia. Ipse edificauit ahilam: et restituit eā iude postq̄ dormiuit rex cum patribus suis. Anno quintodecimo amasie filij ioas regis iuda regnauit iheroboā filius ioas regis israhel in samaria quadraginta et uno anno: et fecit quod malum est coram dño. Non recessit ab oīnibus peccatis iheroboā filij nabath: qui peccare fecit israhel. Ipse restituit terminos israhel ab introitu emath usq; ad mare solitudinis: iuxta sermonem domini dei israhel quē locutus est per seruū suum ionam filiū amathi pphetā: qui erat de geth que est in ophet. Vidit enim dñs afflictionē israhel amarā nimis: et q̄ cōsumpti essent usq; ad clausos carceris et extremos: et nō esset q̄ auxiliaretur israhel. Nec locutus est dñs ut deleret nomē israhel de sub celo: sed saluauit eos in manu iheroboam et filij ioas. Reliqua aūt sermonū iheroboam et uniuersa que fecit: et fortitudo eius qua pliatus est · et quomō restituit damascum et emath iude in israhel · nonne hec scripta sunt in libro sermonum dierū regū israhel? Dormiuitq; iheroboā cū pribz suis regibz israhel: et regnauit zacharias filius eius pro eo. XV

Anno vicesimo septimo iheroboā regis israhel regnauit azarias filius amasie regis iuda. Sedecī annoz erat cum regnare cepisset: et quinquaginta duobus annis regnauit in ihrlm. Nomen matris eius iecelia de ihrlm. Feceritq; qđ erat placitū cora dño · iuxta omnia que fecit amasias pater eius: veruntamen excelsa nō ē demolitus. Adhuc populus sacrificabat et adolebat incensum in excelsis. Percussit aūt dñs regem: et fuit leprosus usq; in diem mortis sue: et habitabat ī domo libera seorsum. Joathan vero filius regis gubernabat palatiū: et iudicabat populū terre. Reliqua aūt sermonum azarie et uniūsa que fecit: nōne hec scripta sunt in libro verboz dierū

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0378
powered by DWork • Heidelberg University Library

regū iuda: Et dormiuit azarias cum patribꝫ suis: sepelierūtq; eū cū maioribꝫ suis in ciuitate dauid: et regnauit ioatham filius eius pro eo. Anno tricesimo octauo azarie regis iude regnauit zacharias filius ieroboam supꝛe isrl in samaria sex mensibꝫ: et fecit quod malum est coram dño sicut fecerant patres eius. Non recessit a peccatis ieroboam filij nabath: qui peccare fecit israhel. Coniurauit autē contra eum sellum filius iabes prostitꝫ eū palam et interfecit: regnauitq; p eo. Reliqua aūt verboꝫ zacharie nonne hec scripta sunt in libro sermonū dieꝝ regū isrl? Iste est sermo domini quē locutus est ad iehu dicēs. Filij tui usq; ad ꝙrtam generationē sedebūt de te supꝛa thronū israhel. Factumq; est ita. Sellū filius iabes regnauit tricesimonono anno azarie regis iude. Regnauit aūt uno mense in samaria. Et ascendit manahen filius gaddi de thersa: uenitq; samariam: et percussit sellum filiū iabes in samaria: et interfecit eum: regnauitq; pro eo. Reliqua autem verboꝫ sellū et coniuratio eius per quā tetendit insidias: nonne hec scripta sunt in libro sermonū dieꝝ regum israhel? Tunc percussit manahen thapsam: et oēs qui erant in ea: et terminos eius de thersa. Noluerant enim aperire ei. Et interfecit omnes pregnantes eius: et scidit eas. Anno tricesimonono azarie regis iude regnauit manahen filius gaddi sup israhel decem annis in samaria: fecitq; quod erat malum coram domino. Non recessit a peccatis ieroboā filij nabath qui peccare fecit israhel: cūctis diebus eius. Veniebat phul rex assiriorꝫ in thersa: et dabat manahen phul mille talenta argenti: ut esset ei in auxiliū et firmaret regnū eius. Indixitq; manahen argentū sup isrl cūctis potentibus et diuitibus ut daret regi assiriorum: quinquaginta siclos argenti p singulos. Reuersusq; est rex assiriorꝫ: et non est moratus in thersa. Reliqua autem sermonū manahen et uniuersa q̄ fecit: nonne hec scripta sunt in libro sermonum dieꝝ regū israhel? Et dormiuit manahen cū patribꝫ suis: regnauitq; phacea filius eius pro eo. Anno quinquagesimo azarie regis iude regnauit phacea filius manahen supꝛa isrl in samaria biennio: et fecit quod erat malū coram dño. Non recessit a peccatis ieroboā filij nabath: qui peccare fecit isrl. Coniurauit autē aduersus eum phacee filius romelie dux eius et percussit eum in samaria in turre domus regie iuxta argob et iuxta ariph: et cum eo quinquaginta uiros de filijs galaaditarū et interfecit eum: regnauitq; pro eo. Reliqua aūt sermonum phacee et uniuersa que fecit: nonne hec scripta sunt in libro sermonū dieꝝ regum israhel? Anno quinquagesimosecūdo azarie regis iude: regnauit phacee filius romelie supꝛa isrl in samaria uiginti annis: et fecit qđ erat malū coram dño. Non recessit a peccatis ieroboā filij nabath: qui peccare fecit israhel. In diebus phacee regis israhel uenit theglat phalassar rex assur: et cepit ahion: et abel domū maacha et ianoe et cedes et asor: et galaad et galileam et uniuersam terrā nepthalim: et transtulit eos in assirios. Coniurauit autem et tetendit insidias osee filius hela contra phacee filiū romelie: et percussit eum et interfecit: regnauitq; p eo uicesimo anno ioathan filij ozie. Reliqua aūt sermonū phacee et uniuersa que fecit:

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0379
powered by DWork • Heidelberg University Library

nõne hec scripta sunt in libro sermonũ dierũ regum israhel? Anno secundo phacee filij romelie regis isrl: regnauit ioathan filius ozie regis iuda. Viginti quinq; ãnoz erat cũ regnare cepisset: et sedecim ãnis regnauit in ihrlm. Nomen mris ei? ihrusa: filia zadoch. Feciq; qđ erat placitum coram dño. Juxta omnia q̃ fecit ozias pater suus opaꝝ ē: verũtamen excelsa nõ abstulit. Adhuc pplus immolabat et adolebat incensũ i excelsis. Ipe edificauit portã dom? domini sublimissimã. Reliqua autem sermonũ ioathan et uniuersa que fecit: nonne hec scripta sũt i libro verboz dierũ regũ iuda? In diebs illis cepit dñs mittere i iudam rasin regem syrie: et phacee filiũ romelie. Et dormiuit ioathan cũ patribus suis sepultus q; est cũ eis i ciuitate dauid pris sui: et regnauit achaz filius ei? p eo. XVI

Anno decimoseptimo phacee filij romelie regnauit achaz filius ioathan regis iuda. Viginti annoz erat achaz cum regnare cepisset: et sedecim ãnis regnauit in ihrlm. Non fecit qđ erat placitum in conspectu domini dei sui sicut dauid pater ei?: sed ambulauit in uia regum israhel. Insup et filium suum cõsecrauit transferens per ignem secundũ ydola gentiũ: que dissipauit dominus coram filijs isrl. Immolabat quoq; victimas et adolebat incensũ in excelsis et i collibs: et sub oĩ ligno frondoso. Tũc ascendit rasin rex syrie: et phacee filius romelie rex israhel ad pliandũ in ihrlm. Cũq; obsiderent achaz: non ualuerunt superare eũ. In tẽpore illo restituit rasin rex syrie hayla syrie: et eiecit iudeos de hayla. Et ydumei et syri uenerũt in haylam: et habitauerunt ibi usq; in diẽ hanc. Misit aũt achaz nuncios ad regem phalassar regẽ assiriozum dicẽs. Seruus tuus et filius tuus ego sum. Ascende et salua me fac de manu regis syrie et de manu regis isrl: q̃ cõsurrexerunt aduersũ me. Et cũ congregasset argentũ et aurũ qđ inuentũ potuit in domo dñi et in thesauris regis misit regi assiriozum munera: qui et acquieuit uolũtati eius. Ascendit autem rex assiriozum i damascũ et uastauit eam: et trãstulit habitatores eius cyrenen: rasin aũt interfecit. Perrexitq; rex achaz in occursum regis phalassar regi assiriozum i damascũ. Cũq; uidisset altare damasci: misit rex achaz ad uriam sacerdotẽ exemplar ei? et similitudinẽ iuxta oĩe opus eius. Extruxit q; urias sacerdos altare. Juxta oĩa que pmperat rex achaz de damasco: ita fecit sacerdos urias donec ueniret rex achaz de damasco. Cumq; uenisset rex de damasco uidit altare et uenerabatus est illud: ascenditq; et immolauit holocaustũ et sacrificiũ suũ: et libauit libamina et fudit sãguinem pacificoz que obtulerat sup altare. Porro altare ereum qđ erat coram dño transtulit de facie templi et de loco altaris et de loco templi domini: posuitq; illud ex latere altaris ad aquilonẽ. Precepit quoq; rex achaz urie sacerdoti dicens. Sup altare maius offer holocaustũ matutinum et sacrificiũ uespertinũ et holocaustum regis et sacrificiũ eius: et holocaustum uniuersi pli terre et sacrificia eorũ et libamina eorũ: et oĩem sanguinẽ holocausti et uniuersum sanguinẽ uictime super illud effundes. Altare uero ereum erit paratũ ad uoluntatem meã. Fecit igit urias sacerdos iuxta oĩa que pmperat rex achaz. Tulit aũt rex achaz relatas bases et luterem qui erat

Biblioteca Apostolica Vaticana © RESERVED

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0380
powered by DWork • Heidelberg University Library

desuper: et mare depposuit de bobz ereis
qui sustentabant illud: et posuit super
pauimentum stratum lapide. Mulach
quoq; sabbath quod edificauerat in
templo et ingressum regis exterius con-
uertit in templū domini: propter regem
assiriorum. Reliqua aūt verborū achaz
et omnia q̄ fecit: nonne hec scripta sūt
in libro sermonū dierū regum iuda?
Dormiuitq; achaz cum patribus suis:
et sepult⁹ ē cū eis i ciuitate dauid: et re-
gnauit ezechias filius eius p eo.

XVII

Anno duodecimo achaz regis iuda
regnauit osee filius hela in samaria
super israhel nouem annis: feciq;
malū coram domino: sed non sicut
reges israhel q̄ ante eū fuerūt. Contra
hunc ascendit salmanasar rex assiri-
orum: et factus est ei osee seruus: redde-
batq; illi tributa. Cūq; deprehendisset
rex assiriorum osee q̄ rebellare niteus
misisset nūcios ad sua regem egipti-
ne prestaret tributa regi assiriorum
sicut singulis ānis solitus erat: obse-
dit eum et vinctum misit in carcerem:
peruagatusq; ē omnē terrā: et ascendēs
samariam obsedit eam tribus annis.
Anno aūt nono osee cepit rex assiri-
orum samariā: et transtulit israhel in assi-
rios: posuitq; eos i haylam et i abor
iuxta fluuiū gozan in ciuitatibus me-
dorum. Factū est enim cum peccassent
filii israhel domino deo suo q̄ eduxerat
eos de tra egipti de manu pharaonis
regis egipti: coluerunt deos alienos:
et ambulauerunt iuxta ritū gentium
q̄s consumpserat dominus i conspectu
filiorū israhel et regū israhel: quia sicut
fecerant. Et irritauerūt filii israhel ver-
bis non rectis dominum deū suum: et
edificauerūt sibi excelsa i cūctis urbibz
suis a turre custodū usq; ad ciuitatem
munitam. Fecerunt; sibi statuas et
lucos in omni colle sublimi et subter
omne lignū nemorosum: et adolebant
ibi incensū super aras i more gentiū
quas transtulerat dūs a facie eorum.
Fecerūtq; verba pessima irritantes do-
minum: et coluerunt immūdicias de
quibz p̄cepit eis dūs ne facerent verbū
hoc. Et testificatus est dūs in israhel
et in iuda p manum omnium prophe-
tarum et videntium dicens. Reuertimini a viis
vestris pessimis: et custodite precepta
mea et cerimonias: iuxta omnē legē
quā precepi patribus vestris: et sicut
misi ad vos in manu seruorū meorū
prophetarum. Qui nō audierunt: sed in-
durauerunt ceruicē suā iuxta ceruicem
patrum suorū qui noluerunt obedire
dño deo suo. Et abiecerunt legitima
eius: et pactū quod pepigit cū patribus
eorum et testificationes quibus cōtestat⁹
est eos: secutiq; sunt vanitates et vane
egerunt: et secuti sunt gentes que erāt
p circuitum eorum sup quibus p̄ceperat
dominus eis ut non facerent sicut et
ille faciebat. Et dereliquerunt omnia
precepta dñi dei sui: fecerunt; sibi con-
flatiles duos vitulos et lucos: et ado-
rauerunt uniuersam militiā celi. Ser-
uierunt; baal: et consecrauerūt filios
suos et filias suas per ignem. Et diui-
nationi inseruiebant et augurijs: et
tradiderunt se ut facerent malū coram
domino: et irritarent eum. Iratusq;
est dūs vehementer israheli: et abstulit
eos a conspectu suo: et non remansit
nisi tribus iuda tantūmodo. Sed nec
ipe iuda custodiuit mandata dñi dei
sui: verūtamen ambulauit in erroribz
israhel: quos operat⁹ fuerat. Proiecit
q; dūs omne semen israhel et afflixit eos et
tradidit eos i manu diripientiū: donec

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0381
powered by DWork • Heidelberg University Library

proiceret eos a facie sua: rex eo iam tpe
quo scissus est israhel a domo dauid:
et constituerũt sibi regem iheroboam
filiũ nabath. Seperauit enĩ iheroboã
israhel a domino: et peccare eos fecit
pcm magnũ. Et ambulauerunt filij
isrl in uniuersis peccatis iheroboam
que fecerat: nõ recesserunt ab eis usq;
quo dominus auferret israhel a facie
sua: sicut locut9 fuerat ĩ manu omniũ
seruoꝝ suoꝝ pphaꝝ. Translatusq; est
israhel de terra sua in assirios usq; in
diem hanc. Adduxit aũt rex assirioꝝ
de babilone et de cutha: et de ahiath:
et de emath et de sepharuaim: et collo-
cauit eos in ciuitatibus samarie pro
filijs israhel. Qui possederũt samariã:
et habitauerunt in urbibus eiꝰ. Cũq;
ibi habitare cepissent non timebant
dominum: et immisit eis dñs leones:
qui interficiebant eos. Nunciatumq;
est regi assirioꝝ et dictum. Gentes ꝙs
transtulisti et habitare fecisti in ciuita-
tibus samarie ignorant legitima dei
terre: et immisit in eos dominꝰ leones
et ecce interficiunt eos: eo qđ ignorent
ritũ dei terre. Precepit aũt rex assirioꝝ
dicens. Ducite illuc unũ de sacerdotibꝫ
quos inde captiuos adduxistis: ut
uadat et habitet cum eis: et doceat eos
legitima dei terre. Igitur cum uenisset
unus de sacerdotibus hijs ꝙ captiui
ducti fuerãt de samaria habitauit in
bethel: et docebat eos quomõ colerent
dominũ. Et unaqueq; gens fabrica-
ta est deum suum. Posueruntq; eos
in fanis excelsis que fecerant samarite
gens et gens in urbibus suis: ĩ quibꝫ
habitabant uiri enim babilonij fece-
runt sochot benoth: uiri aũt cuthei
fecerunt nergel: et uiri de emath fecerũt
asima. Porro euei fecerunt nebaaz et
tharthaz hij aũt qui erant de sepharua-
im comburebant filios suos igni ad
ramelech et anamelech dijs sepharua-
im: et nichilominus colebant dñm.
Fecerunt autem sibi de nouissimis sa-
cerdotes excelsoꝝ: et ponebant eos in
fanis sublimibꝫ. Et cum dominum
colerent: dijs q̃ suis seruiebant iuxta
cõsuetudinẽ gentiũ de ꝙbus translati
fuerant samariã. Usq; in pñtem diẽ
morem sequuntur antiquum. Non
timent dñm: neq; custodiũt cerimonĩ-
as eius atq; iudicia et legem et manda-
tum quod preceperat dñs filijs iacob
quẽ cognominauit isrl: et pepulerat cũ
eis pactum: et mandauerat eis dicens.
Nolite timere deos alienos et non a-
doretis eos neq; colatis eos et nõ im-
moletis eis: sed dominũ deũ uestrum
qui eduxi uos de terra egipti in fortitu-
dine magna et ĩ brachio extento: ipm
timete et illũ adorate: et ipsi immola-
te. Cerimonias quoq; et iudicia et le-
gem et mandatũ quod scripsit uobis
custodite ut faciatis cunctis diebus:
et non timeatis deos alienos. Et pa-
ctum qđ pepulit uobiscũ nolite obliui-
sci: nec colatis deos alienos sed dñm
deũ uestrũ timete: et ipe eruet uos de ma-
nu omniũ inimicoꝝ uestroꝝ. Illi uero
nõ audierunt: sed iuxta consuetudinẽ
suam pristinam ptrabãt. Fuerunt
igitur gentes iste timẽtes quidẽ dñm:
sed nichilomin9 et ydolis suis seruientes.
Nã filij eoꝝ et nepotes sicut fecerũt pres
sui ita faciũt: ĩ presentẽ diem.

Anno tercio osee filij hela regis i-
srahel regnauit ezechias filius
achaz regis iuda. Vigintiquinq; ãnoꝝ
erat cũ regnare cepisset: et uiginti nouẽ
ãnis regnauit in ihrusalem. Nomẽ
mris eius abisa filia zacharie. Fecitq;

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0382
powered by DWork • Heidelberg University Library

quod erat bonū corā dño: iuxta oīa
que fecerat dauid pater eius. Ipe diſſi-
pauit excelſa: et cōtriuit ſtatuas et ſuc-
cidit lucos: conſregitq; ſerpentē ereum
quē fecerat moyſes. Vſq; quidē uſq; ad
illud tempus filij iſrahel adolebāt ei
incenſum. Vocauitq; nomē eius no-
heſtan. Et in domino deo iſrl ſperauit.
Itaq; poſt eū nō fuit ſimilis ei de cun-
ctis regibꝫ iuda ſed neq; i hijs qui āte
eum fuerunt: et adheſit domino: et nō
receſſit a veſtigijs eius: feceq; mandata
eius q̄ p̄ceperat dominus moyſi unde
et erat dñs cū eo: et in cunctis ad que
procedebat ſapienter ſe agebat. Rebel-
lauit quoq; contra regem aſſiriox: et
non ſeruiuit ei. Ipe p̄cuſſit philiſteos
uſq; ad gazam et oēs fines eox: a
turre cuſtodū uſq; ad ciuitatem mu-
nitam. Anno quarto regis ezechie q̄
erat ānus ſeptim⁹ oſee filij hela regis
iſrahel. aſcendit ſalmanaſar rex aſſiri-
orum ſamariam: et oppugnauit eā
et cepit. Eā poſt ānos tres ano ſexto
ezechie id ē nono ano oſee regis iſra-
hel capta eſt ſamaria: et tranſtulit rex
aſſiriox iſrahel in aſſirios. collocauit
q; eos i ahyla et i abor. fluuijs gozan
in ciuitatibꝫ medox: quia nō audierūt
vocem dñi dei ſui. ſed p̄tergreſſi ſunt
pactū ei⁹. Oīa que p̄ceperat moyſes
ſeruꝰ dñi nō audierūt neq; fecerūt. An-
no xxiiidecimo regis ezechie aſcendit
ſenacherib rex aſſiriorum ad oīa ſa-
ciuitates iuda munitas: et cepit eas.
Tunc miſit ezechias rex iuda nuncios
ad regem aſſiriorum in lachis dicēs.
Peccaui. Recede a me: et omne quod
impoſueris michi feram. Indixit itaq;
rex aſſiriox ezechie regi iude trecēta ta-
lenta argenti et triginta talenta auri.
Deditq; ezechias oīe argentū quod
repertum fuerat in domo domini: et
i theſauris regis. In tempore illo con-
fregit ezechias valuas templi dñi et la-
minas auri ꝫs ipe affixerat: et dedit eas
regi aſſiriorū. Miſit aūt rex aſſiriorū
tharthan et rapſaris et rapſacen de la-
chis ad regē ezechiā cū manu valida
in hyrlm. Qui cum aſcendiſſent uenerūt
in hyeruſalem et ſteterūt iuxta aqueductū
piſcine ſuperioris que eſt in uia agri
fullonis: uocauerūtq; regē. Egreſſus
eſt autem ad eos eliachim filꝰ elchie
p̄poſitus domꝰ et ſobna ſcriba et ioahe
filꝰ aſaph a cōmentarijs: dixitq; ad
eos rapſaces. Loquimini ezechie. Hec
dicit rex magnus: rex aſſiriox. Que ē
iſta fiducia qua niteris? Forſitan in-
ſti conſilium: ut p̄pares te ad p̄lium.
In quo confidis: ut audeas rebellare?
An ſperas in baculo arundineo atq;
cōfracto egipto? Sup quē incubuerit
homo: cōminuꝰ ingrediet̄ manum
eius: et p̄forabit eam. Sic eſt pharao
rex egipti. oīibus qui confidunt i ſe.
Quod ſi dixeritis michi i dño deo no-
ſtro habemꝰ fiduciā: nōne iſte ē cuius
abſtulit ezechias excelſa et altaria. et
precepit iude et hyeruſalem āte altare
hoc adorabitis in hyeruſalē? Nūc igit̄
tranſite ad dñm meū regem aſſiriox:
et dabo vobis duo milia equorum: et
videte an habere valeatis aſcenſores
eorū. Et quomō poteſtis reſiſtere ante
unum ſatrapam de ſeruis dñi mei mi-
nimis? An fiduciam habes in egipto
propt̄ curruſ et equites? Nūquid ſine
dñi voluntate aſcendi ad locū iſtum:
ut demoliret̄ eū? Dominus dixit mi-
chi. Aſcende ad terram hanc: et demoli-
re eam. Dixerunt aūt eliachim filius
elchie et ſobna ſcriba et ioahe raplaci.
Precamur ut loquaris nobis ſeruis

tuis syriace·siquidem intelligim⁹ hanc
linguã:et non loquaris nobis iudaï
ce audiente plo:qui est super murum.
Rñditq; eis rapsaces dicẽs. Nũquid
ad dñm tuũ z ad te misit me dominus
meus ut loquerer sermones hos·et nõ
potius ad viros qui sedent sup murũ
ut comedant stercora sua:z bibant u
rinam suã vobiscũ? Stetit itaq; ra
psaces:et exclamauit voce magna iu
daice z ait. Audite verba regis magni:
regis assiriorũ. Hec dicit rex. Nõ vos
seducat ezechias. Nõ enim poterit eruere
vos de manu mea·neq; fiduciã vobis
tribuat super dominũ dicens. Eruens
liberabit nos dominus:et nõ tradetur
ciuitas hec in manu regis assiriorum.
Nolite audire ezechiam. Hec enim dicit
rex assiriorũ. Facite mecum qđ vobis
est vtile:et egredimini ad me. Et com
edet unusquisq; de vinea sua·et de ficu
sua et biberis aquas de cisternis vris:
donec veniã et transferam vos in trã
que similis est terre vestre·in terrã fru
ciferam et fertilem vini·terram panis
et vineaz·terram oliuarum et olei ac
mellis:z viuetis z nõ moriemini. Nolite
audire ezechiam qui vos decipit
dicens:dñs liberabit nos. Nunquid
liberauerunt dii gentium terram suã
de manu regis assiriorũ? Vbi est deus
emath et arphat? Vbi ẽ de⁹ sapharua
im ana z ana? Nunquid liberauerũt
samariam de manu mea? Qui nam
illi sunt in vniuersis diis terrarũ qui
eruerunt regionẽ suam de manu mea:
ut possit eruere dñs ihrusalẽ de manu
mea? Tacuit itaq; ps: et non rñdit
ei quicq;. Siquidem preceptum regis
acceperãt:ut nõ respõderent ei. Veniteq;
eliachim filius helchie ꝓpositus domus
et sobna scriba et ioahe filius asaph a
commentariis ad ezechiã scissis vestibus:
z nũciauerũt ei verba rapsacis.

Qve cum audisset ezechias rex scidit vestimenta sua·et operuit ẽ
sacco:ingressusq; est domũ dñi:et mi
sit eliachim ꝓpositum dom⁹ z sobnã
scribam·et senes de sacerdotibs opertos
saccis ad ysaiam ꝓphetã filiũ amos.
Qui dixerũt. Hec dicit ezechias. Dies
tribulationis et increpationis z blas
phemie dies iste. Venerunt filij usq;
ad partũ:et vires nõ habet parturiẽs.
Si forte audiat dñs de⁹ tuus vniuersa
verba rapsacis quẽ misit rex assirioz
dominus suus ut exprobraret deum
viuentem z argueret verbis q̃ audiuit
dñs deus tuus:et fac orationem pro
reliquijs que reperte sunt. Venerunt er
go serui regis ezechie ad ysaiã. Dixit
q; eis ysaias. Hec dicetis dño vestro.
Hec dicit dñs. Noli timere a facie ser
monũ quos audisti: quibs blasphe
mauerunt pueri regis assiriorum me.
Ecce ego immittam ei spiritũ et audi
et nunciũ·et reuertetur in terram suã:
et deiciam eũ gladio i terra sua. Reuer
sus est ergo rapsaces:z inuenit regem
assiriorum expugnantem lobnã. Au
dierat enim qꝝ recessisset de lachis. Cũq;
audisset de tharacha rege ethiopie di
centes·ecce egressus ẽ ut pugnet aduer
sum te et iret contra eum:misit nũcios
ad ezechiam dicẽs. Hec dicite ezechie
regi iuda. Non te seducat deus tuus
in quo habes fiduciã:neq; dicas·nõ
tradetur ihrusalem in manus regis
assiriorũ. Tu enim ipe audisti que fecerũt
reges assiriorum vniuersis tris: quo
modo vastauerũt eas. Num ergo so
lus poteris liberari? Nunquid libera
uerunt dii gentiũ singulos quos va
stauerunt patres mei gozan videlicet

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0384
powered by DWork • Heidelberg University Library

er aran et reseph ⁊ filios eden·q̄ erant in thelassar? Vbi est rex emath et rex arphat ⁊ rex ciuitatis sepharuaim ana et aua? Itaq; cū accepisset ezechias literas de manu nūciorum ⁊ legisset eas: ascendit in domū dñi et expandit eas coram dño: et orauit in conspectu eius dicēs. Domine deus israhel q̄ sedes sup cherubin tu es deus solus regū oīum terre: tu fecisti celum et terā. Inclina aurem tuā et audi. Aperi dñe oculos tuos ⁊ vide: ⁊ audi oīa verba sennacherib: que misit ut exprobraret nobis deū viuentem. Vere dñe dissipauerunt reges assiriox gentes et terras oīūm: et miserūt deos eorū in ignem. Non enī erant dii: sed opa manuū hominum ex ligno et lapide: et perdiderunt eos. Nūc igitur dñe deus noster saluos nos fac de manu eox: ut sciant oīa regna terre q̄a tu es dñs deus solus. Misit aūt ysaias filius amos ad ezechiam dicēs. Hec dicit dominus deus israhel. Que deprecatus es me sup sennacherib rege assiriox audiui. Iste est sermo quē locutus est dominus de eo. Spreuit te et subsannauit te virgo filia syon: post tergum tuū caput mouit filia ierusalem. Cui exprobrasti: et quē blasphemasti? Contra quē exaltasti vocē tuā: et eleuasti in excelsū oculos tuos? Contra sanctum israhel. Per manū tuox nuorum exprobrasti domino: ⁊ dixisti. In multitudine curruum meox ascendi excelsa montū in summitate libani: et succidi sublimas cedros eius: ⁊ electas abietes illius. Et ingressus sū usq; ad terminos eius: ⁊ saltum carmeli eius ego succidi. Et bibi aquas alienas· et siccaui vestigijs pedum meorum oīnes aquas clausas. Nūquid nō audisti q̄d ab initio fecerim? Et diebus āt̄iquis plasmaui illud: ⁊ nūc adduxi. Erunt q; in ruinam colliūm compugnantium ciuitates munite: ⁊ qui sedent in eis humiles manu. Contremuerūt ⁊ confusi sunt facti sūt velud fenū agri· et virens herba tectorū: que arefacta est anteq; veniret ad maturitatem. Habitaculū tuū et egressum tuū et introitū tuum ⁊ viam tuā ego prescīui: ⁊ furorē tuum cōtra me. Insaniisti in me: ⁊ superbia tua ascendit in aures meas. Ponā itaq; circulū in naribus tuis· et chamū in labijs tuis: et reducam te in viam p quā venisti. Tibi aūt ezechia hoc erit signum. Comede hoc āno que reppereris: in secūdo aūt āno que sponte nascūtur. Porro in āno tertio seminate ⁊ metite: plantate vineas et comedite fructum eox. Et q̄dcūq; reliquū fuerit de domo iuda mittet radicem deorsum: ⁊ faciet fructū sursum. De ierusalem quippe egredientur reliquie: ⁊ nō saluabitur de mōte syon. Zelus dñi exercituū faciet hoc. Quamobrem hec dicit dominus de rege assiriorū. Non ingredietur urbē hanc· nec mittet in eam sagittam: nec occupabit eam clipeus: nec circundabit eam munitio· Per viam qua venit reuertetur: ⁊ ciuitatem hanc nō ingredietur dicit dominus: protegamq; urbē hanc ⁊ saluabo eam· propter me et propter dauid seruū meū· factū est igit̄ in nocte illa venit angelus dñi: et percussit in castris assiriorum centum octoginta quinq; milia. Cūq; diluculo surrexisset vidit omnia corpora mortuox: et recedens abijt· et reuersus est sennacherib rex assiriorum: et mansit in niniue. Cumq; adoraret in templo nesrach deū suum aramelech ⁊ sarasar filii eius percusserūt eū gladio: fugerūq; in terā armenioz: ⁊ regnauit asaradon filius eius p eo. vr

RESERVED © Biblioteca Apostolica Vaticana

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0385
powered by DWork • Heidelberg University Library

In diebꝫ illis egrotauit ezechias usqꝫ ad mortē: et venit ad eum ysaias filius amos ꝓphetes: dixitqꝫ ei. Hec dicit dñs deꝰ. Precepi domui tue. Morieris enī tu: et nō viues. Qui conuertit faciē suā ad parietē: et adorauit dñm dicens. Obsecro dñe: memento queso quō ambulauerim coram te in veritate et in corde perfecto: et quō placitum est coram te fecerim. Flenit itaqꝫ ezechias fletu magno et antequꝫ egrederetur ysaias mediā partem atriī factꝰ est sermo dñi ad eum dicēs. Reuertere: et dic ezechie ducī ꝑpli mei. Hec dicit dñs deꝰ dauid patris tui. Audiui orationem tuā: vidi lacrimam tuā: et ecce sanaui te. Die tertio ascendes templū dñi: et addā diebꝫ tuis quindecī ānos. Sed et de manu regis assiriorꝫ liberabo te et ciuitatem hāc: et protegā urbem istam ꝓpter me et propter dauid seruū meū. Dixitqꝫ ysaias. Afferte massam ficorꝫ. Quā cū attulissent et posuissent super vlcus eiꝰ curatꝰ est. Dixerat autē ezechias ad ysaiam. Quod erit signū quia dominꝰ me sanabit: et qā ascensurus sum die tertia templū domini? Cui ait ysaias. Hoc erit signum a domino: qō faciet dominꝰ sermonem quē locutꝰ ē. Vis ut ascendat umbra decem lineis: aut ut reuertatur totidē gradibꝰ? Et ait ezechias. Facile ē umbram crescere decem lineis. Nec hoc volo ut fiat: sed ut reuertatur retrorsum decem gradibꝰ. Inuocauit itaqꝫ ysaias ꝓpheta dominū: et reduxit umbrā ꝑ lineas quibus iam descenderat in horologio achaz retrorsum decē gradibus. In tempore illo misit merodach baladan filiꝰ baladan rex babiloniorū litteras et munera ad ezechiā. Audierat enī qō egrotasset ezechias. Letatusq; est autem in aduentu eorꝫ ezechias: et ostendit eis domū aromatū et auri et argenti et pigmenta varia: unguenta quoqꝫ et domū vasorū suorꝫ et omnia que haberet potuerat in thesauris suis. Nō fuit qđ nō mōstraret eis ezechias in domo sua: et in omni potestate sua. Venit aūt ysaias ꝓpheta ad regem ezechiam: dixitqꝫ ei. Quid dixerūt viri isti: aut unde venerūt ad te? Cui ait ezechias. De terra lōginqua venerūt ad me: de babilone. At ille respōdit. Quid viderūt in domo tua? Ait ezechias. Omnia quecūqꝫ sunt in domo mea viderunt. Nichil est enim quod non monstrauerim eis in thesauris meis. Dixit itaqꝫ ysaias ezechie. Audi sermonem domini. Ecce dies venient: et auferentur omnia q̄ sunt in domo tua: et que condiderūt patres tui usqꝫ in diē hanc in babilonem. Non remanebit quicqꝫ ait dominꝰ. Sed et de filiis tuis qui egredientur ex te quos generabis tollentur: et erunt eunuchi in palatio regis babilonis. Dixit ezechias ad ysaiam. Bonus sermo domini quē locutus ē. Sit tantum pax et veritas in diebꝫ meis. Reliq̄ autē sermonū ezechie et oīs fortitudo eius et quō fecerit piscinam et aqueductum et introduxerit aquas in ciuitatē: nōne hec scripta sūt in libro sermonū dierū regū iuda? Dormiuitqꝫ ezechias cū ꝓribꝰ suis: et regnauit manasses filius eiꝰ ꝓ eo. XXI

Duodecim annoꝝ erat manasses cū regnare cepisset: et quinquaginta quinqꝫ annis regnauit in hierusalem. Nomen matris eius aphsiba. Fecitqꝫ malum in conspectu domini: iuxta ydola gentium quas delevit dominus a facie filiorum israel. Conversusq; ē et edificauit excelsa q̄ dissipauerat

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0386
powered by DWork • Heidelberg University Library

ezechias pater eius: ⁊ erexit aras baal ⁊ fecit lucos sicut fecerat achab rex israel: et adorauit omnem militiam celi et coluit eam. Extruxitq; aras in domo dñi de qua dixit dñs in ihrlm ponam nomen meum: ⁊ extruxit altaria uniuerse militie celi in duobs atrijs templi domini. Et traduxit filium suum per ignem: ⁊ ariolatus est et obseruauit auguria. et fecit phitones ⁊ aruspices multiplicauit: ut faceret malum coram dño ⁊ irritaret eum. Posuitq; ydolum luci quē fecerat in templo dñi: sup quo locut⁹ est dñs ad dauid et ad salomonem filium eius. In templo hoc et in ihrlm quam elegi de cunctis tribubs israhel ponam nomen meum in sempiternum: et ultra nō faciam commoueri pedem israhel de terra quam dedi patribs eorum si custodierint ope omnia que precepi eis: ⁊ uniuersam legem quam mandauit eis seru⁹ meus moyses. Illi uero nō audierūt: sed seducti sunt a manasse: ut facerent malum sup gentes quas attriuit dñs a facie filiorum israhel. Locutusq; ē dñs in manu seruorum suorum ꝓphetarum dicēs. Quia fecit manasses rex iuda abominationes istas pessimas sup omnia que fecerunt amorrei ante eum ⁊ peccare fecit etiam iudam in immundicijs suis: propterea hec dicit dñs deus israhel. Ecce ego inducam mala sup ihrlm ⁊ iudā: ut quicunq; audierit tinniant ambe aures eius. Et extendam super ihrlm funiculum samarie ⁊ pondus domus achab: et delebo ihrlm sicut deleri solet tabule. Delens uertam: et ducam retrorsus stilum super faciem eius. Dimittam uero reliquias hereditatis mee ⁊ tradam eas in manus inimicorum eius: eruntq; in uastitatem et in rapinam cunctis aduersarijs suis eo quod fecerint malum coram me: ⁊ perseuerauerunt irritantes me ex die qua egressi sunt patres eorum ex egipto usq; ad hanc diem. Insup ⁊ sanguinem innoxium fudit manasses multum nimis donec implerentur ihrlm usq; ad os: absq; peccatis suis quibus peccare fecit iudam ut faceret malum coram dño. Reliqui autem sermonum manasse ⁊ omnia que fecit ⁊ peccatum eius quo peccauit: nonne hec scripta sunt in libro sermonum dierum regum iuda? Dormiuitq; manasses cum patribs suis: et sepultus ē in orto domus sue in orto ozam: et regnauit amon filius eius pro eo. Viginti duorum annorum erat amon cum regnare cepisset: duobs quoq; annis regnauit in ihrlm. Nomen matris eius mesallemeth filia arus de iecheba. Fecitq; malum in conspectu dñi sicut fecerat manasses pater eius: et ambulauit in omni uia qua ambulauerat pater eius. Seruitq; immundicijs quibus seruiebat pater eius ⁊ adorauit eas: et dereliquit dominum deum patrum suorum: et non ambulauit in uia domini. Texerunt quoq; ei insidias serui sui: et interfecerūt regem in domo sua. Percusserunt autem pleb⁹ terre omnes qui coniurauerant contra regem amon: et constituerūt sibi regem iosiam filium eius pro eo. Reliqui autem sermonum amon quē fecit: nonne hec scripta sunt in libro sermonum dierum regum iuda? Sepelierūt quoq; eum in sepulcro suo in orto ozam: et regnauit iosias filius eius pro eo. xxij

Octo annorum erat iosias cum regnare cepisset: et triginta anno regnauit in ihrlm. Nomen matris eius ydida filia phadaia de bosecath. Fecit quoq; quod placitum erat coram domino: et ambulauit in omnibus uiis dauid patris sui. Non declinauit ad dexteram siue

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0387
powered by DWork • Heidelberg University Library

ad sinistram. Anno autem octauodecimo regis iosie misit rex saphan filiū asalie filij mesulā scribā templi dñi: dicens ei. Vade ad helchiā sacerdotē magnum ut conflet pecunia q illata ē in templū dñi quā collegerūt ianitores templi a pplo: deturq; fabris per ꝓpositos domus dñi. Qui et distribuāt eam hijs qui operātur i templo dñi ad instaurandū sarcteda templi: ignarijs videlicet et cementarijs · et hijs qui intercepta componunt: et ut emantur ligna et lapides de lapicidinis ad instaurandū templū dñi. Verūtamē nō supputetur eis argentū qđ accipiunt: sed in potestate habeāt et in fide. Dixit aūt helchias pontifex ad saphan scribam. Librū legis reperi in domo dñi. Deditq; helchias volumen saphan scribe: qui ꝛ legit illud. Venit quoq; saphan scriba ad regē: et renūciauit ei qđ ꝓpetrat: ꝛ ait. Conflauerunt serui tui pecuniā que reperta est in domo dñi: et dederūt ut distribuerētur fabris ac prefectis operū templi dñi. Narrauit quoq; saphan scriba regi dicēs. Librū dedit michi helchias sacerdos. Quē cū legisset saphan corā rege · et audisset rex verba libri legis dñi scidit vestimenta sua: et precepit helchie sacerdoti et ahicham filio saphan ꝛ achobor filio micha ꝛ saphan scribe · et asaie seruo regis dicens. Ite et cōsulite dominū sup me et sup ꝓplo et sup oēm iudā · de verbis voluminis istius quod inuentū est. Magna enī ira dñi succensa ē cōtra nos: quia nō audierūt patres nostri verba libri huius ut facerent omne quod scriptū est nobis. Ierunt itaq; helchias sacerdos et ahicham et achobor et saphan et asaia ad oldam prophetem uxorem sellū filij thecue filij aras custodis vestium que habitabat in iherusalē i secunda: locutiq; sunt ad eam. Et illa respōdit eis. Hec dicit dominus deus israhel. Dicite viro q̄ misit vos ad me. Hec dicit dominus. Ecce ego adducā mala sup locū istū et super habitatores eius omnia verba legis que legit rex iuda: quia dereliquerūt me et sacrificauerūt dijs alienis irritantes me in cunctis operibus manuū suarū. Et succendetur indignatio mea in loco hoc: et non extinguetur. Regi autem iuda qui misit vos ut cōsulatis dominū sic dicetis. Hec dicit dominus deus israhel. Pro eo quod audisti verba voluminis et pertimuit cor tuum et humiliatus es coram domino · audito sermonibus contra locū istum ꝛ habitatores eius quod videlicet fierent in stuporem et in maledictū et scidisti vestimenta tua et fleuisti coram me et ego audiui ait dominus: idcirco colligam te ad patres tuos · et colligeris ad sepulcrum tuum in pace: ut non videant oculi tui omnia mala que introducturus sum super locum istum. xxiij ·

Et renunciauerūt regi qđ dixerat. Qui misit: et cōgregati sunt ad eum omnes seniores iuda et iherusalem. Ascenditq; rex templum domini · et omnes viri iuda vniuersiq; qui habitabant in iherusalem cum eo sacerdotes et prophete et omnis popul⁹ a paruo usq; ad magnum: legitq; cūctis audientibus oīa verba libri federis qui inuent⁹ est in domo domini. Stetitq; rex super gradū ꝛ fedus percussit corā domino: ut ambularēt post dominū · et custodirent precepta eius ꝛ testimonia et cerimonias in omni corde ꝛ in tota anima: et suscitarēt verba federis

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0388
powered by DWork • Heidelberg University Library

huius que scripta erant in libro illo.
Acquieuitq; pl's pacto. Et p̄cepit rex helchie p̄ntifici et sacerdotibz secundi ordinis et ianitoribus ut proicerent de templo dñi omnia vasa que facta fuerant baal & in luco & uniuse militie celi: et combussit ea foris ihrusalē in conualle cedron: et tulit puluerē eorū in bethel. Et deleuit aurulpices quos posuerant reges iuda ad sacrificandū in excelsis p ciuitates iuda & in circuitu ihrusalē: et eos q̄ adolebāt incensum baal et soli et lune et duodecim signis et omni militie celi. Et efferri fecit lucū de domo domini foras ihrusalem in conualle cedron & combussit eum ibi et redegit in puluerem: et proiecit sup sepulcra vulgi. Destruxit q̄z ediculas effeminatoz que erant in domo dñi: pro quibus mulieres texebant quasi domuculas luci. Cōgregauitq; oēs sacerdotes de ciuitatibus iuda: & cōtaminauit excelsa vbi sacrificabant sacerdotes de gabaa usq; berlabee. Et destruxit aras portarū i introitu oftij iosue principis ciuitatis: q̄ erat ad sinistram porte ciuitatis. Veruntamen nō ascendebāt sacerdotes excelsoz ad altare dñi in ihrusalem: sed tantum comedebant azima i medio fratrum suorū. Contaminauit quoq; topher q̄ est in cōualle filij ennon: ut nemo consecraret filium suum aut filiam p ignē moloch. Abstulit quoq; equos quos dederant reges iude soli i introitu templi dñi iuxta exedram nathanmelech eunuchi: q̄ erat in pharurim: currus autem solis combussit igni. Altaria quoq; que erant supra tecta cenacli achaz: que fecerant reges iuda & altaria que fecerat manasses in duobus atrijs templi dñi destruxit rex: & cucurrit inde et dispersit cinerem eoz i torrentē cedron. Excelsa quoq; que erant in ihrusalem ad dextram partem montis offensionis que edificauerat salomō rex israhel astaroth ydolo sydoniox et chamos offensioni moab: et melchon abominationi filiorū ammon polluit rex: et contriuit statuas & succidit lucos: repleuitq; loca eoz ossibus mortuorū. Insup et altare q̄d erat in bethel et excelsum q̄d fecerat iheroboā filius nabath qui peccare fecit israhel: et altare illud excelsum destruxit atq; combussit et cōminuit in puluerē: succendit q; eciā lucū. Et conuersus iosiaſ vidit ibi sepulcra que erant in mōte: misitq; et tulit ossa de sepulcris & combussit ea super altare: et polluit illud iuxta verbum dñi quod locutus est vir dei q̄ p̄dixerat verba hec. Et ait. Quis est titulus ille quē video? Respōderūt q̄ ei ciues urbis illi⁹. Sepulcrū est hominis dei qui venit de iuda: & predixit verba hec que fecisti super altare bethel. Et ait. Dimittite eum. Nemo cōmoueat ossa eius. Et intacta manserunt ossa illius cum ossibus prophete q̄ venerat de samaria. Insup et oia fana excelsoz que erant in ciuitatibz samarie que fecerāt reges israhel ad irritandum dñm abstulit iosias: et fecit eis secundum omnia que fecerat in bethel. Et occidit vniuersos sacerdotes excelsoz q̄ erant ibi super altaria: & combussit ossa humana super ea. Reuersusq; ē ihrusalem: et precepit omni populo dicens. Facite phase domino deo vestro: secundū quod scriptū est in libro federis huius. Nec enim factū ē phase tale a diebus iudicū qui iudicauerūt israhel et omnū dies regū israhel & regū iuda: sicut i octauodecimo āno regis

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0389
powered by DWork • Heidelberg University Library

iosie factum est phase istud domino in
iherusalem. Sed et phitones et ario-
los ⁊ figuras ydolor⁊ ⁊ immundicias
et abominationes que fuerunt in terra
iuda et iherusalem abstulit iosias: ut
statueret verba legis que scripta sunt
in libro quē inuenit helchias sacerdos
in templo dñi. Similis illi nō fuit ān
eum rex · qui reuerteretur ad dominū
in omni corde suo et in tota anima sua
et uniuersa virtute sua iuxta omnem
legem moysi: neq; post eum surrexit si-
milis illi. Verumtamē nō est auersus
dominus ab ira furoris sui magni:
quo iratus est furor eius contra iudā
propter irritationes ḳbz ꝓuocauerat
eum manasses. Dixit itaq; dñs. Etiā
iudā auferā a facie mea sicut abstuli
israhel: ⁊ proiciā ciuitatem hanc quā
elegi iherusalem et domū de qua dixi-
erit nomen meū ibi. Reliqua aūt sermo-
num iosie ⁊ uniuersa que fecit: nonne
hec scripta sunt in libro verboz dierū
regū iudaꝫ In diebz eius ascendit pha-
rao nechao rex egipti contra regē assi-
riorum ad flumen eufraten. Et abiit
iosias rex in occursum eius: ⁊ occisus
est in mageddo cum uidisset eum. Et
portauerūt eum serui sui mortuum de
mageddo · et tulerunt in iherusalem:
et sepelierunt eū in sepulcro suo. Tulit
aūt ꝑplus terre ioachaz filium iosie · et un-
xerunt eum: et constituerūt eum regem
pro patre suo. Viginti trium annorū
erat ioachaz cū regnare cepisset: ⁊ tribz
mensibz regnauit ī iherusalē. Nomen
matris eius amithal: filia ieremie de lo-
bna. Et fecit malum coram domino:
iuxta omnia que fecerant patres eius.
Vinxitq; eum pharao nechao ī reblа-
tha · que est in terra emath: ne regnaret
in iherusalem. Et imposuit mulctam
terre centum talentis argenti: ⁊ talēto
auri. Regemq; constituit pharao nechao
heliachim filium iosie pro iosia patre
eius: uersoq; nomē eius ioakim: pue-
ro ioachaz tulit et duxit in egiptum.
Argentum aūt et aurū dedit ioakim
pharaoni cū indixisset ree per singlos:
ut conferret iuxta preceptū pharaonis.
Et unusquisq; iuxta uires suas exe-
git tam argentum quā aurū de ꝑplo
terre: ut daret pharaoni nechao. Vigin-
tiquinq; ānoz erat ioakim cū regnare
cepisset: ⁊ undecī ānis regnauit ī iherlm.
Nomē matris eius zebida: filia phadaia
de ruma. Et fecit malū coram domino:
iuxta oīa q̄ fecerāt pres eius. xxiiii

In diebz eius ascendit nabuchdonosor
rex babilonis: et factus est ei ioakim
seruus tribz ānis: ⁊ rursum rebellauit
contra eum. Immisitq; ei dñs latrun-
culos caldeorum et latrunculos syrie
et latrūculos moab · et latrūculos filio-
rum ămon: et immisit eos in iudā
ut dissiperent eam iuxta uerbum dñi
quō locutus fuerat ꝑ seruos suos pro-
pheras. Factum est aūt hoc ꝑ uerbū
dñi cōtra iudam ut auferret eum coram
se: ꝓpter peccata manasse uniuersa q̄
fecit ⁊ propter sanguinē innoxiū quē
effudit: et impleuit iherusalem cruore
innocentiū: et obhāc rem noluit dñs
propiciari. Reliqua autem sermonū
ioakim et uniuersa q̄ fecit: nonne hec
scripta sunt in libro sermonū dierum
regum iudaꝫ Et dormiuit ioakim cū
patribus suis: et regnauit ioachin fi-
lius eius pro eo. Et ultra nō addidit
rex egipti ut egrederetur de terra sua. Tu-
lerat enim rex babilonis a riuo egipti
usq; ad flumen eufraten omnia que
fuerāt regis egipti. Decē et octo ānoz
erat ioachin cum regnare cepisset: et

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0390
powered by DWork • Heidelberg University Library

tribus mensibus regnauit ī ihrlē.
Nomen matris ei⁹ noelcha filia helna
than de ihrlm. Et fecit malum coram
dño: iuxta omnia q̄ fecerat pater
eius. In tempore illo ascenderūt serui
nabuchodonosor regis babilonis in
ihrlem: et circundata est urbs mu-
nitionibs. Venitq; nabuchodonosor
rex babilonis ad ciuitatē cū suis ipis:
ut oppugnaret eam. Egressusq; ē ioa-
chin rex iuda ad regem babilonis ipse
et mater eius et serui eius et principes
eius et eunuchi ei⁹: et suscepit eum rex
babilonis ano octauo regni sui. Et
protulit inde omnes thesauros domus
dñi et thesauros domus regie: et con-
didit omnia vasa aurea q̄ fecerat salo-
mō rex isrl in templo dñi iuxta verbū
dñi: et transtulit omnem ihrlem. et
omnes principes et omnes fortes
exercitus decem milia in captiuitatē et
omnem artificem et inclusorem: nichil
q; relictum est excepto pauperi ppli ter-
re. Transtulit quoq; ioachin in baby-
lonem: et matrē regis et uxores regis
et eunuchos regis et iudices terre duxit
in captiuitatē de ihrlē ī babilonē:
et omnes viros robustos septē milia.
et artifices et inclusores mille. omnes
viros fortes et bellatores: duxitq; eos
rex babilonis captiuos ī babilonem.
Et constituit mathathiā patruū eius
pro eo: imposuitq; nomē ei sedechiā.
Vicesimū et ptmū ānū etatis habebat
sedechias cū regnare cepisset: et unde-
cim annis regnauit ī ihrlm. Nomen
matris ei⁹ erat amital: filia ieremie de
lobna. Et fecit malū coram domino:
iuxta omnia q̄ fecerat ioachin. Iras-
batq; ira dñi contra ihrlm et contra iudā:
donec proiceret eos a facie sua. Recessitq;
sedechias a rege babilonis. XXV

Factum est autē ano nono regni
eius mense decimo decima die
mensis venit nabuchodonosor rex ba-
bilonis ipe et omnis exercit⁹ eius ī ihe-
rusalē et circumdederūt eā: et extruxerūt
in circuitu ei⁹ munitiones. Et clausa
est ciuitas atq; uallata: usq; ad undeci-
mum annum regis sedechie nona die
mensis. Preualuitq; fames ī ciuitate:
nec erat panis populo terre. Et interce-
pta est ciuitas: et omnes uiri bellatores
nocte fugerūt: p uiam portē q̄ est inter
duplicem murū ad ortū regis. Porro
chaldei obsidebant in circuitu ciuitatē.
Fugit itaq; sedechias: per uiā q̄ ducit
ad campestria solitudinis. Et p̄secutus
est exercitus chaldeoz regem: comprehen-
ditq; eū in planicie ihericho: et omnes
bellatores qui erant cū eo dispersi sunt
et reliquerūt eū. Apprehensum ergo re-
gem duxerūt ad regem babilonis in
reblatha: qui locutus est cum eo iudi-
cium. Filios autē sedechie occidit co-
ram eo: et oculos eius effodit: vinxit
q; eū cathenis et adduxit in babilonē.
Mense quinto septima die mensis ipse
est annus nonusdecimus regis baby-
lonis uenit nabuzardan princeps ex-
ercitus seru⁹ regis babilonis ī ihrlm
et succendit domū domini et domum
regis et domos ihrlem: omnēq;
domum cōbussit igni: et muros ihe-
rusalem in circuitu destruxit omnis exer-
citus chaldeoz qui erat cū principe mi-
licū. Reliquā aūt ppli parvum q̄ remā-
serat in ciuitate. et p̄fugas qui transfu-
gerant ad regē babilonis. et reliquū
vulgus transtulit nabuzardan prin-
ceps militū: et de pauperibus terre reliquit
vinitores et agricolas: columnas au-
tem ereas que erant in templo domini et
bases et mare ereū quod erat ī domo

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0391
powered by DWork • Heidelberg University Library

dominī cōfregerūt chaldei: et transtu
lerunt eos omne in babilonem. Illas
quoq; ereas et reillas · et rideres · et
scyphos · et mortariola · et omnia va-
sa erea · in quibs ministrabant tulerūt:
necnō et thuribula · et fialas. Que au-
rea aurea · et q̄ argentea argētea · tulit
princeps militie: id est columnas du-
as · mare vnum et bases quas fecerat
rex salomon in templo dominī. Non
erat pondus eris · omnium vasorum.
Decem ⁊ octo cubitos altitudinis ha-
bebat columna una · ⁊ capitellum ere-
um super se altitudinis trium cubito-
rum: et retiaculum et malagranata
super capitellum columne: omnia ere-
a. Similem et columna secunda ha-
bebat ornatū. Tulit q̄ princeps milite
saraiā sacerdotē primū · et sophoniam
sacerdotem secundum · ⁊ tres ianitores
et de ciuitate eunuchum vnum qui e-
rat prefectus super bellatores viros:
et quinq; viros de his qui fererant
coram rege quos repperit in ciuitate:
et sopher principem exercitus qui pro
babat ordines de populo terre: et sex
viros e vulgo qui inuenti fuerant i ci-
uitate. Quos tollēs nabuzardan prin-
ceps militum duxit ad regem babilo-
nis in reblatha: percussitq; eos rex ba-
bilonis et interfecit eos in reblatha
in terra emath. Et translatus est iuda
de terra sua. Populo autem qui relic-
tus erat in terra iuda quē dimiserat
nabuchodonosor rex babilonis pre-
fecit godoliam filium aichan filij sa-
phan. Quod cum audissent omnes
duces militum ipsi et viri qui erant
cum eis videlicet quod constituisset
rex babilonis godoliam: venerūt ad
godoliam in maspha ismahel filius
nathanie et iohannan filius caree et
saraia filius thanameth netophati
tes · et iezonias filius maachati: ipsi
et socij eorum. Iuravitq; godolias
ipsis et sociis eorum dicens. Nolite
timere servire chaldeis. Manete in ter
ra: et servite regi babilonis: ⁊ bene erit
vobis. Factum est autem in mense se-
ptimo venit ismahel filius nathanie
filij elisama de semine regio et decem
viri cum eo: percusserunt q; godoliam
qui et mortuus est: sed et iudeos et chal
deos qui erant cū eo in maspha. Con
surgens q; omnis populus a paruo
usq; ad magnum et principes militū
venerunt in egiptum: timentes chalde-
os. Factum est ergo in anno tricesimo
septimo translmigrationis iohachin re-
gis iude · mense duodecimo vicesima
et septima die mensis · sublevauit e-
vilmerodach rex babilonis anno quo
regnare ceperat caput iohachin regis
iuda de carcere: et locutus est ei beni-
gne. Et posuit thronum eius super tro-
num regum qui erant cum eo in babi-
lone: et mutauit vestes eius quas ha-
buerat in carcere · et comedebat panē
semper in conspectu eius cunctis diebs
vite sue: annonam quoq; constituit
ei sine intermissione que et dabatur
ei a rege per singulos dies omnibs diebs
vite sue.

Incipit prologus in p̄m̄ libr̄ · Varaluōmenon ep̄lōr̄ p̄m̄

Sicut ꝓlogus in pentateuchum moysi

Si septuaginta interpretum pura · et ut ab eis in grecū uersa ē editio permaneret: frequens mihi chromatii episcoporū sanctissime atq; doctissime impelleres: ut hebrea uolumina latino sermone transferrem. Quod cum semel aures hominum occupauerat · et nascentis ecclesie roborauerat fidem: iustum erat etiam nostro silentio comprobari. Nunc uero cum pro uarietate regionum diuersa ferantur exemplaria · et germana illa antiquaq; translatio corrupta sit atq; uiolata: nō arbitrij putas · aut e pluribus iudicare quid uerum sit aut nouum opus in ueteri opere condere: illudentibusq; iudeis · cornicum ut dicitur oculos configere. Alexandria et egiptus in septuaginta suis ecclesiasticum laudat auctorem: constantinopolis usq; antiochiam luciani martiris exemplaria probat. Media inter has prouincie palestinos codices legunt: qs ab origene elaboratos eusebius · et pamphilus uulgauerunt. Totusq; orbis hac inter se trifaria uarietate compugnat. Et certe origenes non solum exempla composuit quatuor editionū e regione singula uerba describens · ut unus dissentiens statim ceteris inter se consentientibus arguatur: sed qd maioris audacie est in editione septuaginta theodotionis editionē miscuit: asteriscis deliguās que minus fuerint · et uirgulis que ex superfluo uidebantur apposita. Si igitur alijs licuit non timere quod semel susceperant · et post septuaginta cellulas ꝙ uulgo sine auctore iactantur singulas cellulas aperuere. Hoc q; in ecclesijs legitur quod septuaginta nescierunt: cur me non suscipiant latinū mei qui immolata editione ueteri ita nouā condidi · ut laborem meū hebreis et quod hijs maius est apostolis auctoribus comprobem? Scripsi nuper librum de optimo genere interpretandi · ostendēs illa de euangelio · ex egipto uocaui filium meum · et quoniam nazareus uocabitur · et uidebunt in quē cōpunxerunt · et illud apostoli quod oculus nō uidit nec auris audiuit et in cor hominis non ascenderunt que ꝑparauit deus diligentibus se · cetera q; hijs similia in hebreoꝝ libris inuenri. Certe apostoli et euangeliste · septuagīta interpretes nouerāt: et unde eis hec dicere ꝙ in septuaginta nō habent? Xps dominus noster ueruslq; testamēti cōditor in euangelio secundū iohannē ꝙ credit inquit in me sicut dicit scriptura: flumina de uentre eius fluent aque uiue. Vbi q; scriptum est: qđ saluator scriptum esse refert. Vbi scriptum ē? Septuaginta nō habent: apocrifa nescit ecclesia. Ad hebreos igit reuerendū ē: unde · et dns loquitur · et discipuli exempla ꝑsumunt. Hec pace ueterū loquor: et obtrectatoribus meis tantū respōdeo · qui canino dente me rodunt: i publico detrahentes · et legentes in angulis id est accusatores et defensores: cum in alijs probēt quod in me reprobāt: quasi uirtus et uitium non in rebus sit · sed cum auctore mutetur. Ceterum meminī editionem septuaginta translatorum olim de greco emendatam tribuisse me nris: nec inimicum debere estimari eoꝝ quos in cōmentu fratrum semper edisserā. Et quod nunc

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0393
powered by DWork • Heidelberg University Library

debreiamin id est verba dierū inīpre
tatus sum idcirco fecit ut inextricabiles
moras et siluam nominū q̄ scriptor
confusa sunt vicio sensuumq; barba-
riem aptius et quessuū rola digerere:
michi mercēi z meis iuxta ismenium
canes si aures surde sūt cetero.

Incipit parilipomenon .i.

Adā seth enos cayman
malalehel iared e-
noch matusale la-
mech noe sem cham
z iafeth. Filij iafeth:
gomer magog ma-
dai et iauan thubal mosoch thiras.
Porro filij gomer: ascenez et riphat et
thogorma. Filij autem iauan: elisa
et tharsis cethim et dodanim. Filij
cham: chus et mesraim phut z chana-
an. Filij autem chus: saba. et euila
sabatha et regma et sabathaca. Por-
ro filij regma: saba z dadan. Chus au-
tem genuit nemroth. Ipse cepit esse po-
tens in terra. Mesraim uero genuit lu-
dim et anamim et laabim z nepthu-
im: phethrusim quoq; et chasluim de
quibz egressi sunt philisthim z caphto
rim. Chanaan uero genuit sydonem
primogenitum suum: cetheum quoq;
et iebuseum et amorreū et gergeseum
euncuq; et aracheum z asineum ara-
dium quoq; et samareum et emathe-
um. Filij sem: elam et assur. Et arfa-
xad. et lud z aram. Filij aram: hus z
hul. et gether. et mes. Arfaxat autem
genuit sale: q̄ et ipe genuit heber. Por-
ro heber nati sūt duo filij: nomen uni
phalech quia in diebus eius diuisa ē
terra: et nomen fratris eius iectan. Ie
ctan autem genuit elmodad z saleph.
et asermoth et iare: aduram quoq; z
uzal et dicla ebal etiā et abimael et
saba. necnō et ophir. et euila. z iobab.
Omnes isti filij iectan sem arfaxat sa
le heber phalech ragau. seruch nachor
thare abram: ipse est abraham. Filij
autem abraham: isaac et ismahel. Et
hec generationes eorum. Primogeni-
tus ismahelis nabaioth: et cedar z ab-
dehel et mabsan et masma et duma
massa adad et thema iathur naphis
cedma. Isti sunt filij ismahelis. Filij
autem cethure concubine abraham
quos genuit: zamram iecsan madan
madian iesboc et sue. Porro filij iec-
san: saba z dedan. Filij aūt dedan: assu-
rim et lathusim z loomim. Filij autē
madian: epha et epher. z enoch z abi-
da z eldaa. Omnes hij filij cethure. Ge-
nerauit autē abraham isaac: cui fue-
runt filij esau z israel. Filij esau: eliphaz
rahuel iehus ielon chore. Filij eliphaz:
theman. omar. zepphi. gothan ce-
nez thamna amalech. Filij rahuel:
naath zara samma meza. Filij seir:
lothan sobal sebeon. ana. dison. eser di-
san. Filij lothan: horri. ahohiman.
Soror autem lothan fuit thamna. Fi-
lij sobal alian z manaath. et ebal et se-
phi. onan. Filij sebeon: aya et ana.
Filij ana: dison. Filij dison: hamara
z eseban. z iethran z charran. Filij
eser: bolaan. z zaban et iacban. Filij di-
san: us z aran. Isti sunt reges qui im
perauerunt in terra edom: antequ esset
rex super filios israhel. Bale filius be-
or: z nomē ciuitatis eius denaba. Mor-
tuus est autem bale: z regnauit pro eo
iobab filius zare de bosra. Cumq; z io-
bab fuisset mortuus: regnauit pro eo
husan de terra themanorum. Obiit
quoq; z husan: z regnauit p eo adad
filius badad qui percussit madian in
terra moab: z nomen ciuitatis eius

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0394
powered by DWork • Heidelberg University Library

auith. Cumq; et adad fuiſſet mortuus: regnauit pro eo semla de maslreca. Sed et semla mortuus est: & regnauit pro eo saul de rooboth que iuxta amnem sita est. Mortuo q̄ saul regnauit pro eo balaana filius achobor. Sed et hic mortuus est: et regnauit pro eo adad cuius urbis nomen fuit phai: et appellata est uxor eius meheta-bel filia matred: filie mezaab. Adad autem mortuo: duces pro regibus in edom esse ceperūt. Dux thamna: dux alia: dux iecheth: dux oolibama: dux hela: dux phinon dux cenez dux theman: dux maplar: dux magdihel: dux hiram. Hij duces edom.

Hilij autem isrl: ruben symeon leui iuda isachar et zabulon: dan ioseph beniamin: neptalim gad et aser. Filij iude: her: auman: & sela. Hij tres nati sunt ei de filia sue thananitidis. Fuit autē her primogenitus iude malꝰ coꝝ dñō: et occidit eū. Thamar autē nurus eius peperit ei phares et zara. Omnes ergo filij iuda quinq;. Filij autem phares esrom et amul. Filij quoq; zare: zamri: et ethan et emanchalcal q̄ & darda: simul quinq;. Filij charmi: achar qui turbauit isrl et peccauit i furto anathematis. Filij ethan: azarias. Filij autē esrom qui nati sūt ei: ieramehel: & ram & calubi: hic est caleph. Porro ram genuit aminadab: aminadab aūt genuit naason principē filioꝝ iuda. Naason q̄ genuit salma: de quo ortus est booz. Booz vero genuit obed: qui & ipse genuit isai. Isai aūt genuit primogenitū heliab: secundū abinadab: tertiū symmaha quartū nathanael: quintū raddai sextū alsom septimū dauid: quoꝝ sorores fuerūt saruia et abigail. Filij saruie: abisai ioab et asahel tres. Abigail autē genuit amasa: cuiꝰ pater fuit gether ismahelites. Caleb vero filius esrom accepit uxorem noē azuba: de qua genuit iericoth. Fuerūtq; filij eius iasar et sobab et ardon. Cumq; mortua fuiſſet azuba accepit uxorem caleb ephrata: que peperit ei ur. Porro ur genuit uri: et uri genuit beselehel. Post hec ingressus est esrom ad filiam machir patris galaad: et accepit eam cum esset annorum sexaginta. Que peperit ei segub: sed et segub genuit iair et possedit uiginti tres ciuitates i terra galaad. Ceperūtq; gessur & aran oppida iair: et canath et uiculos eius sexaginta ciuitatum. Omnes isti filij machir patris galaad. Cū aūt mortuꝰ esset esrom: ingressus est caleb ad ephrata. Habuit quoq; esrom uxorem abia: que peperit ei assur patrem tecue. Nam fuit aūt filij ieramehel primogeniti esrom ram primogenitus eius: et buna et aram et asom et achia. Duxit quoq; uxorem alteram iheramehel nomine atchara: que fuit mater onam. Sed & filij ram primogeniti iheramehel fuerunt moos ioamin et achar. Onam aūt habuit filios semei et iadan. Filij aūt semei: nadab et abysur. Nomen vero uxoris abisur abiahil: que peperit aphban & molid. Filij aūt nadab: fuerūt saled et apphaim. Mortuꝰ est aūt saled absq; liberis. Filius vero apphaim iesi: qui iesi genuit sesan. Porro sesan genuit ahalai. Filij aūt iadai fris semei iether & ionathan. Sed et iether mortuꝰ ē absq; liberis. Porro ionathan genuit phaleth et ziza. Isti fuerunt filij ieramehel primogeniti esrom. Sesan aūt non habuit filios sed filias: et seruū egiptium nomine

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0395
powered by DWork • Heidelberg University Library

ieraa. Dedicq; ei filiam suam uxorē: quę peperit ei ethei. Ethei autē genuit nathan: et nathan genuit zabad. Zabad quoq; genuit ophal: et ophal genuit obed. Obed genuit iehu: iehu genuit azariam. Azarias genuit helles: et helles genuit helasa. Helasa genuit sisamoy: sisamoy genuit sellum. Sellum genuit ithamian ithamia autem genuit elisama. Filij autem caleb fratris ierameel: mesa primogenitus eius: ipe ē pater ziph filij maresa pris hebron. Porro filij hebron chore et raphua et recem et samma. Samma aūt genuit raam patrē ierchaam: et recem genuit semmei. filiū semei maon: et maon pater bethsur. Epha autē concubina caleb peperit aran et musa et gezez. Porro aran genuit gezez. filij iahaddai regam. et ioathan et gesan. et phaleth et epha et saaph. Concubina caleb maacha peperit saber et tharana. Genuit autē saaph pater madmena sue patrē machbena: et patrem gabaa. Filia vero caleb fuit achsa. Hij erant filij caleb filij ur primogenitū ephrata: sobal pater cariathiarim. salma pater bethleem. ariph pater bethgader. Fuerunt aūt filij sobal. patris cariathiarim. iethrei. et aputhei. et semathei et maserei. Ex hijs egressi sunt saraite et esthaolite. Filij salma: bethleem et nethophati corone domus iacob. et dimidiū requietionis sarai. Cognationes quoq; scribarū habitantiū in iabes ranentes atq; resonātes: et in tabernaculis commorantes. Hij sunt cinei: qui uenerūt de calore patris domꝰ rechab. m

Dauid uero hos habuit filios q̄ ei nati sūt i hebron. Primogenitū amnon. ex achinoam israhelitide: secūm danihel de abigail carmelitide: tertium absalon filiū maacha filie tholomei regis gessur: quartū adoniam filium aggith: quintū saphaciam ex abital: sextum iethraam de egla uxore sua. Sex ergo nati sunt ei i hebron: ubi regnauit septem ānis et sex mensibus. Triginta aūt et tribꝰ ānis regnauit in iherusalem. Porro i iherusalem nati sunt ei filij: symmaa et sobab et nathan. et salomon quatuor de bethsuba filia ammihel. Ielaar quoq; et helisua et eliphaleth et noge et naphyg et iaphie necnō elisama. et eliade et eliphaleg nouem. Omnes hij filij dauid absq; filijs concubinarū: habuerūtq; sororem thamar. Filius autem salomonis roboam: cuius abia filius genuit asa. De hac quoq; natus est iosaphat pater ioram: qui ioram genuit oziam: ex quo ortus est ioas: et huius amasiæ filius genuit azariam. Porro azarie filius ioathan procreauit achaz patrem ezechie: de quo natus est manasses: sed et manasses genuit amon patrem iosie. Filij autem iosie fuerunt: primogenitꝰ iohannan. secūs ioakim tercius sedechias. quartus sellum. De ioakim natus est iechonias et sedechias. Filij iechonie fuerunt asir qui salathiel. melchiram. phadaia semeler. et iecemia sama et nadabia. De phadaia orti sūt zorobabel et semmei. Zorobabel genuit mosollam ananiam et salomith. sororem eorū: asabam quoq; et obal et barachiam. et asadiam. iosabeseth quinq;. Filius autem ananie phaltias pater iheleie: cuius filius raphaia. huius filius arnan: de quo natus est obdia. cuius filius fuit sechenias. Filius sechenie semeia: cuius filij

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0396
powered by DWork • Heidelberg University Library

arcus et iegaal ⁊ barcia · ⁊ naaria et saphat ⁊ sela sex numero. Filius naarie: eliocenai · ⁊ ezechias ⁊ ezricã tres. Filij eliocenai oduia ⁊ heliasub ⁊ phaleia ⁊ accub · ⁊ iohannan ⁊ delaia et anan septẽ.

Filij iuda: phares esrom · et carmi ⁊ ur · ⁊ subal. Rahia vero filius subal genuit iaad de quo nati sũt ahumai et laad. Hec cognationes sarathi. Ista quoq; stirps ethan: iesrahel et iesema et iedebos. Nomen quoq; sororis eorũ asalel phumi. Phuniel aũt pater gedor: ⁊ eser pater osa. Isti sũt filij ur · primogeniti ephrata pris bethleem. Assur vero patris thecue erãt due vxores alaa ⁊ naara. Peperit autem ei naara oozam et epher · ⁊ themani et aastari. Isti sunt filij naara. Porro filij alaa: sereth yzaar et ethnan. Chus autem genuit anob et soboba et cognationẽ ahasarel filij arum. Fuit aũt iabes inclitus pre fratribs suis: et mater eius vocauit nomen illius iabes dicens: quia peperi eum in dolore. Invocauit ergo iabes deum israhel dicens. Si benedicens benedixeris mihi · et dilataueris terminos meos: et fuerit manus tua mecũ: et feceris me a malicia nõ opprimi. Et prestitit deus que precatus est. Caleph autem frater sua genuit machir: q̃ fuit pater esthon. Porro esthon genuit bethraphe ⁊ phasse et thehinna patrem urbis naas. Isti sunt viri recha. Filij autem cenez: othoniel et saraia. Porro filij othoniel: athat ⁊ maonathi. Maonathi genuit ophra. Saraias autem genuit ioab patrem vallis artificũ. Ibi quippe artifices erãt. Filij vero caleph filij iephone: hir et thela et nahem. Filij quoq; thela cozez · filij quoq; iahel elziphi et zipha thiria ⁊ asrahel. Et filij ezra: iether et mered ⁊ epher · ⁊ iahalon. Genuitq; mariam: et sammai et iesba patrẽ esthamo. Uxor quoq; eius iudaia peperit iared patrem gedor: ⁊ heber patrẽ zocho et ichutiel patrem zanoa. Isti autem filij bithie filie pharaonis quã acceperit mered: et filij uxoris odaie sororis naham patris ceila carmi et esthamo q̃ fuit de machati. Filij quoq; symon: amon et rinna filius anan et thilon: et filij iesi zoeth et benzoeth. Filij sela filij iude · her pater lecha: et laada pater marese: et cognationes domus operantium bissum · in domo iuramenti: et q̃ stare fecit solem · viriq; mendacij ⁊ securus ⁊ intrepidus: qui principes fuerunt in moab: et que reuerse sunt in lehem. Hec autẽ verba vetera. Isti sunt figuli habitantes in plantationibs et in sepibus apud regem in operibus eius: commorantesq; sunt ibi. Filij symeon: namuel ⁊ iamin iarib · zara saul. Sellum filius eius: mabsam filius eius: masma filius eius. Filij masma: ammihel filius eius: zachur filius eius: semei filius eius. Filij semei sedecim: et filie sex. Fratres autem eius non habuerunt filios multos: ⁊ vniuersa cognatio non potuit adequare summã filiorum iuda. Habitauerũt autem in berlabee ⁊ molada et hasarsual et in ballaa · et in asom et in tholad et in bathuel ⁊ in orma · ⁊ in siceleg et i bemarchaboth ⁊ in asarsusim ⁊ in bethberai et in saarim. Hec ciuitates eorum usq; ad regem dauid: villeq; earum etham ⁊ aen remmon ⁊ thoren ⁊ asan ciuitates quinq;: et uniuersi uiculi eorum per circuitum ciuitatum istarum usq; ad baal. Hec est habitatio eorum: et sedium distributio. Moloth quoq; et iemlech ⁊ iosa filius amasie ⁊ iohel

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0397
powered by DWork • Heidelberg University Library

iehu filiꝰ ioſabie filij ſaraie filij aſihel
et eliemai ⁊ iacoba et iſuaia et aſaia ⁊
adihel ⁊ iſimihel ⁊ bamaia ziza quoꝝ
filius ſephei filij allon · filij ydaia · filij
ſemri filij ſamaia: iſti ſunt nominati
principes in cognationibꝫ ſuis: et in
domo affinitatum ſuarꝫ multiplicati
ſunt vehementer. Et profecti ſunt ut
ingrederent in gadde uſqꝫ ad orientem
vallis: ⁊ ut quererent paſcua gregibus
ſuis. Inuenerunt autem paſcuas uberes et
valde bonas · et terram latiſſimam et
quietam et fertilem: in qua ante habi-
tauerant de ſtirpe cham. Hij ergo venе-
runt quos ſupra deſcripſimus nomi-
natim in diebus ezechie regis iuda: ⁊
percuſſerunt tabernacula eorum et ha-
bitatores qui inuenti fuerant ibi: et de-
leuerunt eos uſqꝫ ad preſentem diem: ha-
bitauerunt autem pro eis quoniam ubertimas
paſcuas ibidem repperierunt. De filijs autem
ſymeon abierunt in montem ſeir viri quin-
genti · habentes principes phaltiam et
naariam et raphaiam et ozihel filius
iesi: et percuſſerunt reliquias que euade-
re potuerant amalechitarum: ⁊ habita-
uerunt ibi p eis uſqꝫ ad diem hanc.

Filij autem ruben primogeniti iſrahel:
ipſe quippe fuit primogenitus e-
ius: ſed cum violaſſet thorum patris
ſui data ſunt primogenita eius filijs
ioſeph filij iſrahel: ⁊ non eſt ille reputa-
tus in primogenitis. Porro iudas qui
erat fortiſſimus inter fratres ſuos: de
ſtirpe eius principes geminati ſunt:
primogenita autem reputata ſunt io-
ſeph. Filij ergo ruben primogeniti iſra-
hel: enoch ⁊ phallu eſrom et charmi fi-
lij iohel: ſamaia filius eius: gog filiꝰ
eius · ſemei filius eius · micha filiꝰ ea-
rechia filius eius · baal filius eius · bee-
ra filius eius: quem captiuum duxit
theglatfalaſar rex aſſiriorum: et fuit
princeps in tribu ruben. Fratres autem
eius et uniuerſa cognatio eorꝫ quando
numerabantur per familias ſuas habu-
erunt principes iehihel ⁊ zacharias. Por-
ro bela filius azaz filij ſamma filij io-
hel: ipſe habitauit in aroer uſqꝫ ad ne-
bo et beelmeon. Contra orientalem
quoqꝫ plagam habitauit uſqꝫ ad in-
troitum deſerti ⁊ fluuium euphratem. Mul-
tum quippe iumentorum numerum poſ-
ſidebant in terra galaad. In diebus
autem ſaul preliati ſunt contra agarenos
et interfecerunt illos: habitauerunt quoqꝫ
pro eis in tabernaculis eorum in omni
plaga que reſpicit ad orientem galaad.
Filij vero gad e regione eorum habita
uerunt in terra baſan uſqꝫ ſelcha: iohel
in raphe · et ſaphan ſecundus: ianai
autem ⁊ ſaphat in baſan. Fratres vero
eorꝫ ſecundum domos cognationum ſua-
rum: michael ⁊ moſollam ⁊ ſebe ⁊ iorai
et iachan · et zie · et heber ſeptem. Hij filij
abiahil: filij uri filij iara filij galaad ·
filij michael filij ieſeſi · filij ieddo filij
buz. Fratres quoqꝫ filij abdihel filij
guni principes domus in familijs ſu-
is: et habitauerunt in galaad ⁊ in ba-
ſan et in uiculis eius: et in cunctis
ſuburbanis ſaron uſqꝫ ad terminos.
Omnes hij numerati ſunt in diebus
ioathan regis iuda et in diebus iero-
boam regis iſrahel filij ruben et gad
et dimidie tribus manaſſe: uiri bella-
tores ſcuta portantes et gladios: et ten-
dentes arcum eruditiqꝫ ad pugnam
quadraginta quatuor milia et ſeptin gen-
ti ſexaginta procedentes ad pugnam.
Dimicauerunt contra agarenos: ietu-
rei uero ⁊ naphei et nodab prebuerunt
eis auxilium. Traditiqꝫ ſunt in manus
eorum agareni et uniuerſi qui fuerant

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0398
powered by DWork • Heidelberg University Library

cum eis: quia deū inuocauerunt cum pliarentur: et exaudiuit eos eo quod crediderint in eū. Ceperunt quoq; omnia que possederāt camelos quīquaginta milia: et ouium ducenta quīnq̄ginta milia · asinos duo milia: et animas hominum centum milia. Vulnerati autē multi corruerunt. Fuit enim bellū domini. Habitauerunt quoq; pro eis usq; ad transmigrationē. Filij q̄ dimidie tribus manasse possederunt terram a finibus basan usq; baal hermon et sanir et montem hermon. Ingens quippe numerus erat. Et hij fuerāt principes domus cognationis eoz: efer · iesi · et helihel ezriel · et hieremias · et oddia · et iediel viri fortissimi et potentes: et nominati duces i familijs suis. Reliquerūt autē deum patrū suorū et fornicati sūt post deos populorū terre · quos abstulit dñs coram eis: et suscitauit dñs istrahel spiritū phul regis assiriorū · et spiritū teglathfalasar regis assur: et transtulit ruben et gad et dimidiam tribum manasse et adduxit eos i ale et in abor et ara et fluuiū gozan usq; ad diē hāc. VI

Filij leui: gerson caath et merari. Filij caath: amrā ysaar hebron et ozihel. Filij amram: aarō moyses et maria. Filij aaron: nadab et abiu eleazar et ythamar. Eleazar genuit finees: et finees genuit abisue. Abisue vero genuit bocci et bocci genuit ozi: ozi genuit zaraiā et zaraias genuit meraioth. Porro meraioth genuit amariam · et amarias genuit achitob: achitob genuit sadoch · et sadoch genuit achimaas. Achimaas genuit azariam: azarias genuit iohannan · iohannan genuit azariam. Ipe est qui sacerdotio functus ē in domo quā edificauit salomon in ierusalē. Genuit autē azarias amariā: et amarias genuit achitob. Achitob genuit sadoch: et sadoch genuit sellū. Sellum genuit helchiam: et helchias genuit azariam. Azarias genuit saraiam: et saraias genuit iosedech. Porro iosedech egressus est quādo transtulit dñs iudam et ierusalem p manū nabuchodonosor. Filij ergo leui gerson caath et merari. Et hec nomina filiorū gerson: lobni et semei. Filij caath: amram et ysaar · et hebron et oziheli. Filij merari: mooli et musi. Hec autē cognationes leui secundum familias eorū. Gerson: lobni filius eius: iaath filius eius · zamma filius eius · ioaa filius eius · addo filius eius · zara filius eius · iethrai filius eius. Filij caath: amminadab filius eius: core filius eius · asir filius eius · helcana filius eius · abiasaph filius eius · asir filius eius · caath filius eius · uriel filius eius · ozias filius eius: saul filius eius. Filij helcana: amasai et achimoth et helcana. Filij helcana: sophai filius eius: naath filius eius: helias filius eius · ieroam filius eius: helcana filius eius. Filij samuel: primogenitus vasseni et abia. Filij autē merari · mooli: lobni filius eius: semei filius eius · oza filius eius · samaa filius eius · aggia filius eius: asaia filius eius. Isti sunt quos constituit dauid super cantores domus domini ex quo collocata est archa: et ministrabant coram tabernaculo testimonij cantantes donec ędificaret salomon domū dñi in ierusalē. Stabāt autem iuxta ordinē suū in ministerio. Hij vero sunt qui assistebant cū filijs suis de filijs caath: heman cantor filius iohel · filij samuel filij helcana filij ieroam filij heliel filij thou filij suph filij helcana · filij iohel filij maath filij

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0399
powered by DWork • Heidelberg University Library

amasai filij helcana filij ioel filij aza-
rie filij sophonie filij thaath filij asir · fi-
lij abisaph · filij chore filij ysaar filij
caath filij leui · filij israhel : et frater ei⁹
asaph · qui stabat a dextris ei⁹ : asaph
filius barachie · filij samaa · filij micha-
el · filij baasaie filij melchie · filij athanai
filij zara filij adaia · filij ethan filij zam-
ma filij semei filij ieth filij gerson filij
leui. Filij autē merari fratres eorū ad
sinistram : ethan filij chusi · filij abdi · fi-
lij maloch filij asabie filij amasie filij
helchie filij amasai · filij bonni filij so-
mer filij mooli · filij musi filij merari fi-
lij leui. Fratres quoq; eorū leuite : q̄ or-
dinati sunt in cunctum ministerium
tabernaculi domus dñi. Aaron vero
et filij eius adolebāt incensum super
altare holocausti · et super altare thimi-
amatis · in omne opus sancti sanctō-
rum : et ut precarentur p̄ israel iuxta oīa
que preceperat moyses seruus dei. Hij
sunt aūt filij aaron. Eleazar filius ei⁹ :
finees filius eius · abisue filius ei⁹ boc-
ci filius eius · ozi filius eius · zaraia fi-
lius eius · meraioth filius eius · amaria
Dixitq; dauid. Hec est domus dei et hoc altare in holocaustū isrl. Et precepit ut congregarent omnes proselyti de terra israhel: z constituit ex eis latomos ad cedendos lapides et polliendos ut ędificaret domus dei. Ferrū quoq; plurimū ad clauos ianuaz z ad commissuras atq; iuncturas ꝓparauit dauid: et eris pondus innumerabile. Ligna quoq; cedrina nō poterāt estimari: q̄ sydonij et tyrij deportauerunt ad dauid. Et dixit dauid. Salomon filius meus puer parvulus est z delicatus. Domus autē quā ędificare volo domino talis esse debet: ut i cunctis regionibz nominetur. Preparabo ergo ei necessaria. Et ob hanc causam ante mortem suā oēs ꝓparauit impensas. Vocauitq; salomonē filiū suum: z precepit ei ut ędificaret domū domino deo israhel. Dixitq; dauid ad salomonem. Fili mi: voluntatis mee fuit ut ędificarem domū nomini dñi dei mei: sed factus est sermo dñi ad me dicens. Multū sāguinē effudisti z plurima bella bellasti: nō poteris ędificare domū nomini meo: tanto effuso sanguine corā me. Filius q̄ nascetur tibi: erit vir quietissimus. Faciā enim eum requiescere ab oībus inimicis suis per circuitum: et ob hanc causam pacificus vocabit: et pacem z otium dabo in israhel cunctis diebz eius. Ipe ędificabit domū nomini meo: z ipe erit mihi in filium z ego ero illi i patrem: firmaboq; solium regni eius super israhel in eternum. Nunc ergo fili mi sit dñs tecum: z prosperare et ędifica domum domino deo tuo: sicut locutus est de te. Detq; tibi dñs prudentiā z sensum: ut regere possis israhel: z custodire legē dñi dei tui. Tunc enī proficere poteris: si custodieris mandata z iudicia que precepit dñs moysi ut doceret israhel. Confortare z viriliter age: ne timeas neq; paueas. Ecce ego in paupertate mea ꝓparaui impensas dom⁹ dñi auri talenta centū milia: z argenti mille milia talentoz: eris vero et ferri non ē pondus: vincitur enim numerus magnitudine. Ligna et lapides ꝓparaui ad vniuersa impendia. Habes quoq; plurimos artifices: latomos: et cementarios: artifices q; liguoz: et omnium artiū: ad faciendū opus prudentissimos: in auro et argento: et ere et ferro: cuius non est numerus. Surge igitur et fac: et erit dñs tecum. Precepit quoq; dauid cunctis principibus israhel: ut adiuuarent salomonē filium suū: certus inquiens quod dñs deus vester vobiscum sit: z dederit vobis requiem per circuitum: z tradiderit omnes inimicos vros in manus vestras: et subiecta sit terra coram dño z coram ꝓplo eius. Prebete igitur corda vestra et animas vestras: ut queratis dñm deū vrm: z consurgite z ędificate sanctuarium domino deo: ut introducatur archa fedris domini z vasa domino consecrata in domum que ędificatur nomini domini. xxvij

RESERVED © Biblioteca Apostolica Vaticana

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0415
powered by DWork • Heidelberg University Library

Igitur dauid senex & plenus dierū regē constituit salomonē filiū suum super israhel: & congregauit omnes principes israhel et sacerdotes atq; leuitas. Numeratiq; sunt leuite a viginti ānis et supra: & inuenta sunt triginta octo milia virorū. Ex hijs electi sunt & distributi in ministeriū dom⁹ dñi viginti quatuor milia: ꝓpositorū autem et iudicū sex milia. Porro quatuor milia ianitores et totidem psalites canentes domino i organis que fecerat ad canendum: et distribuit eos dauid per vices filiorū leui gersom videlicet & caath & merari. Filij gersom leedan & semei. Filij leedan principes iehiel & zetham et iohel tres. Filij semei salomith et oziel & aran tres. Isti principes familiarum leedan. Porro filij semei leeth et ziza & yaus & baria. Isti filij semei quatuor. Erat autē leeth prior ziza secūs. Porro yaus et baria nō habuerūt plurimos filios: & idcirco i una familia unaq; domo computati sunt. Filij caath amram et ysaar hebron et oziel quatuor. Filij amram aaron & moyses. Separatusq; est aaron ut ministraret in sancta sanctorū ipe & filij ei⁹ in sempiternū: & adoleret incensum domino secundū ritum suū: ac benediceret nomini eius in ꝑpetuū. Moysi q; hominis dei filij annumerati sunt in tribu leui. Filij moysi gersom & eliezer. Filij gersom subuhel primus. Fuerūt autem filij eliezer roobia primus: et non erant eliezer filij alij. Porro filij roobia multiplicati sunt nimis. Filij ysaar salomith primus. Filij hebron ieriau primus · amarias secūdus · iaziel tertius · iecmaam quartus. Filij oziel micha primus · iesia secundus. Filij merari · mooli & musi. Filij mooli eleazar et cis. Mortuus est aūt eleazar et nō habuit filios sed filias: acceperūt eas filij cis fratres earum. Filij musi mooli et eder et ieremuth tres. Hij filij leui i cognationibus & familijs suis principes per vices et numerū capitū singulorū · qui faciebāt opera ministerij domus domini a viginti ānis & supra. Dixit enim dauid. Requiem dedit dñs deus israhel populo suo · & habitationem in hierusalem usq; in eternū: nec erit officij leuitaꝝ ut ultra portent tabernaculum · et omnia vasa eius ad ministrandum. Iuxta ꝑcepta quoq; dauid nouissima supputabit numerus filiorū leui · a viginti ānis & supra: et erunt sub manu filiorū aaron · i cultū dom⁹ domini in vestibulis et i exedris et i loco purificationis et i sanctuario et i uniuersis operibus ministerij templi dñi. Sacerdotes aūt super panes ꝓpositionis et ad similē sacrificiū · ad lagana et azima · & sartagine · & ad torrendum: & super oñe pondus atq; mensuram. Ieuite uero ut stent mane ad confitendū & canendū dño: similiterq; ad vesperā tam i oblatione holocaustoꝝ domini q; in sabbatis & kalendis & solemnitatibus reliquis · iuxta numerum & cerimonias uniuscuiusq; rei · iugiter coram dño: & custodiāt obseruationes tabernaculi federis · & ritū sanctuarij · & obseruationē filiorū aaron fratrum suorū: ut ministrent i domo domini.

Porro filijs aaron hec partitiones erant. Filij aaron nadab et abiu & eleazar & ythamar. Mortui sūt aūt nadab & abiu ante patrem suum absq; liberis: sacerdotioq; functus est eleazar & ythamar. Et diuisit eos dauid · id est sadoch de filijs eleazari & abimelech de filijs ythamar secundum

vices suas et ministeriū: inuentiq; sūt mlto plures filij eleazar ī principibꝫ viris quā filij ythamar. Diuisit autē eis hoc est filijs eleazar principes secundū: ꝫ filijs ythamar p familias et domos suas ꝯdo. Porro diuisit utraq; inter se et familias sortibꝫ. Erāt enim principes sanctuarij ꝫ principes domꝰ dei: tam de filijs eleazar q̄ de filijs ythamar. Descripsitq; eos semeias filꝰ nathanael scriba leuites coram rege ꝫ principibus et sadoch sacerdote ꝫ ahimelech filio abiathar: principibus q̄ familiarū sacerdotaliū ꝫ leuiticarum unam domū q̄ certis preerat eleazar et alteram domū que sub se habebat ceteros ythamar. Exiuit aūt sors ꝑma ioiarib scḋa iedeie tercia harim ⁊rta seorim quīta melchia sexta maīman septima accos octaua abia nona ihesu decima sechenia undecima eliasib duodecima iacim tredecima hoppha decimaquarta ilbaal decimaquinta belga decimasexta emmer decimaseptīma ezir decimaoctaua aphses decimanona apheceis vicesima ezechiel: vicesimaꝑma iachin vicesimasecūda gamul vicesimatercia dalaiau vicesimaquarta mazziau. Hee vices eorū scḋm ministeria sua ut ingrediantur domum dei et iuxta ritū suum sub manu aaron patris eoꝝ: sicut ꝓceperat dominus deus israhel. Porro filiorū leui qui reliqui fuerant de filijs amram erat subahel: ꝫ de filijs subahel iedeia. De filijs quoq; roobie princeps iesias. Ysaaris vero filius salemoth: filiusq; salemoth filiusq; eius ieciau primus amarias secundus iazihel tercius iechmoan quartus. Filius oziel micha filiꝰ micha samir frater micha iesia: filiusq; iesie zacharias. Filij merari mooli ꝫ musi filius osian benon: filius quoq; merari oziau: et soam et zachur ꝫ hebri. Porro mooli filius eleazar: qui non habebat liberos. Filij vero eis ieramihel. Filij musi mooli eder et ieremoth. Isti filij leui secundū domos familiaꝝ suaꝝ. Miseruntq; et ipi sortes cōtra fratres suos filios aaron corā dauid rege ꝫ sadoch ꝫ ahimelech et principibꝫ familiaꝝ sacerdotaliū et leuiticaꝝ: tā maiores q̄ mīores omnes sors equaliē diuidebat. Cui. Igitur dauid et magistratus exercitus segregauerunt in ministerium filios asaph et heman et ydithum: q̄ phetarent in citharis ꝫ psalteriis ꝫ cimbalis secundū numerū suū dedicato sibi officio seruientes. De filijs asaph zachur et ioseph et nathania et asarela: filij asaph sub manu asaph prophetātes iuxta regem. Porro ydithun godolias sori iesaias ꝫ sabias ꝫ mathatias sex sub manu patris sui ydithun: qui in cithara prophetabat super cōfitentes et laudantes dominū. Heman quoq; filij heman boccian mathanu ozihel subuhel ꝫ ieremoth anania anani eliatha geldelthi et romethiezer et iesbacasa mellothi othir mozioth. Omnes isti filij heman videntes regis in sermonibus dei ut exaltaret cornu. Dedit q; deus heman filios quatuordecim et filias tres. Uniuersi sub manu patris sui ad cantandum ī templo domini distributi erāt in cimbalis ꝫ psalteriis ꝫ citharis in ministeria domus domini iuxta regem: asaph videlicet et ydithun et heman. Fuit aūt numerus eorum cū fratribꝫ suis qui erudiebant canticum domini cūcti doctores ducenti octoginta octo. Miseruntq; sortes ꝑ vices suas ex equo tam maior

RESERVED © Biblioteca Apostolica Vaticana

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0417
powered by DWork • Heidelberg University Library

ñs minor· doc⁹ pariter ⁊ indoc⁹. Egreſſus autē ſors prima ioſeph qui erat de aſaph: ſecunda godolie· ipſi et filijs ei⁹ et fratribꝫ ei⁹ duodecim: tercia zachur filijs et fratribꝫ ei⁹ duodecim: quarta yſari· filijs et fratribꝫ eius duodecim: quinta nathanie filijs eius et fratribꝫ eius duodecim: ſexta bocciau filijs et fratribus eius duodecim: ſeptima iſrehela filijs ⁊ fratribꝫ eius duodecim: octaua yſaie filijs et fratribus ei⁹ duodecim: nona mathanie filijs ⁊ fratribꝫ eius duodecim: decima ſemeie filijs ⁊ fratribus eius duodecim: undecima eſrahel filijs ⁊ fratribus ei⁹ duodecim: duodecima aſabie filijs et fratribus ei⁹ duodecim: terciadecima ſubahel filijs et fratribꝫ eius duodecim: quartadecima mathanie filijs ⁊ fratribus ei⁹ duodecim: quintadecima ierecimoth filijs et fratribus eius duodecim: ſextadecima ananie filijs et fratribus eius duodecim: ſeptimadecima ielbocaſe filijs ⁊ fratribus eius duodecim: octauadecima anani filijs et fratribus ei⁹ duodecim: nonadecima mellothi filijs et fratribus ei⁹ duodecim: vicesima eliatha filijs ⁊ fratribus ei⁹ duodecim: vicesimaprima othir filijs ⁊ fratribus eius duodecim: vicesimaſecūda goddollathi filijs et fratribꝫ eius duodecim: vicesimatercia aziud filijs ⁊ fratribꝫ ei⁹ duodeci: vicesimaquarta romanithiezer filijs ⁊ fratribꝫ ei⁹ duodecim. xxvi

Diuiſiones autē ianitorꝫ de chorijs melleleumia filius chore: de filijs aſaph filij melleleumie· zacharias primogenitus iadihel ſecūs· zabadias tercius· iathanael quartꝰ· abilam quintus· iohannan ſextus· helioenai ſeptimus. Filij autem obededom· ſemeias primogenitꝰ· iozabad ſecūdus· iohza tercius· ſachar quartus· nathanahel quintus· amihel ſextus· yſachar ſeptimus· phollathi octauus· quia benedixit illi dominꝰ. Semeie autē filio eius nati ſunt filij prefecti familiarū suarꝫ: erant enim viri fortiſſimi. Filij ergo ſemeie othni ⁊ raphael· ⁊ obediel zabad et fratres eius viri fortiſſimi: heliu qꝫ et ſamachias. Omnes hij de filijs obededom ipſi et filij et fratres eorꝫ fortiſſimi ad miniſtrandū ſexagintaduo de obededom. Porro meſellamie filij et fratres eorum robuſtiſſimi decem et octo. De hoſa autē id eſt de filijs merari ſemri princeps. Nō enī habuerat primogenitum: et idcirco poſuerat eū pater eius ī principem. Helchias ſecūs· tabelias tercius· zacharias quartus. Omnes hij filij et fratres hoſe tredecim. Hij diuiſi ſunt in ianitores: ut ſemper principes cuſtodiarum ſicut ⁊ fratres eorum miniſtrarent in domo domini. Mille ſunt ergo ſortes ex equo· et paruis et magnis per familias ſuas in unamquāqꝫ portarum. Cecidit ergo ſors orientalis ſelemie. Porro zacharie filio eius viro prudentiſſimo ⁊ erudito· ſortito obtigit plaga ſeptentrionalis. Obededom vero ⁊ filijs eius ad auſtrum in qua parte domus erat ſeniorum concilium: ſephphima et hoſa ad occidentem iuxta portam que dunt ad uiā aſcenſionis· cuſtodia cōtra cuſtodiam. Ad orientem vero leuite ſex et ad aquilonem quatuor p dies· atq; ad meridiem ſimiliter in die quatuor· ⁊ ubi erat concilium bini et bini. In cellulis quoqꝫ ianitorum· ad occidentem quatuor in via: biniqꝫ p cellulas. Hec ſunt diuiſiones ianitorum filiorū chore ⁊ merari. Porro achias erat ſuper theſauros domus domini·

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0418
powered by DWork • Heidelberg University Library

et vasa sanctorū. Filij quoq; dan filij gersonni. De ledan princeps familiarū ledan et gersonni iehieli: filij iehieli zatham et iohel fratres eius super thesauros domus domini amramitis et ysaaritis et hebronitis et hoziheli-tibus. Subahel autem filius gersom filij moysi ꝓpositus thesauris: frater quoq; eius eliezer cuius filius raabia et huius filij ysaias et huius filij ioram huius quoq; filius zechri et huius filius selemith. Ipse selemith et fratres eius super thesauros sanctorum q̄ sanctificauit dauid rex et principes familiarum et tribuni ⁊ centuriones ⁊ duces exercitus de bellis et manubijs prelio-rum que consecrauerāt ad instaurationem et suppellectilem templi dñi. Hec aūt omnia sanctificauit samuhel vidēs ⁊ saul filius cis ⁊ abner filius ner ⁊ ioab filius sarui: omnisq; sanctificauerant ea per manū salemith et fratrē eius. Saraitis vero ꝑerat cotenias ⁊ filij eius ad opera forinsecus sup israhel ad docendum ⁊ iudicandum eos. Porro de hebronitis asabias et fratres eius viri fortissimi mille septingenti ꝑerant israhelitis trans iordanem con-tra occidentē in cunctis operibus dñi et in ministeriū regis. Hebronitarū aūt princeps fuit hieria: secundū familias et cognationes eoꝝ. Quadragesimo anno regni dauid recensiti sūt ⁊ inuenti sunt viri fortissimi in gazer galaad: fratresq; eius robustioris etatis duo mil-lia septingenti principes familiarum. Preposuit autem eos dauid rex rube-nitis ⁊ gaditis ⁊ dimidie tribui ma-nasse: in omne ministerium dei ⁊ regis.

Filij aūt israhel scōm numerū suū principes familia-rum tribuni et centuriones et ꝑfecti qui ministrabant regi iuxta turmas suas ingredientes et egredientes ꝑ singulos menses in āno: viginti quatuor mili-bus singuli ꝑerant. Prime turme in primo mense illoam precrat filius zab-diihel: et sub eo viginti quatuor milia. De filijs pharez: princeps cunctorum principū in exercitu mense primo. Se-cundi mensis habebat turmam dudi-aohites et post se alter nomine macel-loth: qui regebat partem exercitus vigin-ti quatuor milium. Dux quoq; turme tercie in mense tercio erat banaias filius ioiade sacerdos: et in divisione sua vi-ginti quatuor milia. Ipse est banaias fortissimus inter triginta: et super tri-ginta. Precrat autem turme ipius a-mizadab filius eius. Quartus mense quarto asahel frater ioab et zabadi-as filius eius post eum: et in turma eius viginti quatuor milia. Quintus mense quinto princeps samaoth iezе-rites: ⁊ in turma eius viginti quatuor milia. Sextus mense sexto hira filius acces thecuites: ⁊ in turma eius vigin-ti quatuor milia. Septimus mense se-ptimo helles phallonites de filijs e-phraim: et in turma eius viginti qua-tuor milia. Octauus mense octauo sobochai usathites de stirpe zarai: et i turma eius viginti quatuor milia. No-nus mense nono abiezer anathotites de filijs iemini: ⁊ in turma eius vigin-ti quatuor milia. Decimus mense deci-mo marai ⁊ ipe nethophatites de stir-pe zarai: et in turma eius viginti qua-tuor milia. Undecimus mense undeci-mo banaias pharathonites de filijs ephraim: et i turma eius viginti qua-tuor milia. Duodecimus mense duo-decimo holdai nethophatites de stirpe gothoniel: ⁊ in turma eius viginti quat-

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0419
powered by DWork • Heidelberg University Library

milia. Porro tribubꝰ preerant in isrl· rubenitis·dux eliezer filiꝰ zechri: symeonitis·dux saphacias filius macha: leuitis·asabias filius camuel: aaronitis·sadoch: iuda·heliu frater dauid: yssachar·amri filius michael: zabulonitis·ieſmaias filius abdie: neptalitibus·ieremoth filius oziel: filiis ephraim osee filius ozazu·dimidie tribui manasse·ioahel filius phadaie: & dimidie tribui manasse in galaad·iaddo filius zacharie: beniamin autē iasihel filius abner: dan vero ezriel filius ieroham. Hij principes filiorꝫ israhel. Noluit autem dauid numerare eos a vigintī annis inferius: quia dixerat dñs ut multiplicaret israhel quasi stellas celi. Joab filius sarue ceperat numerare nec cōpleuit qa super hoc ira dei irruerat in israhel: et idcirco numerus eorū qui fuerāt recensiti non est relatꝰ in factos regis dauid. Super thesauros aūt regis fuit azmoth filiꝰ adihel: hijs aūt thesauris qui erāt in urbibꝰ et in vicis et in turribꝰ presidebat ionathan filiꝰ ozie. Operi autem rustico et agricolis qui cercebāt terram preerat ezri filiꝰ chelub: vinearumqꝫ cultoribꝰ semeias romathites: cellis autē vinariis zabdias aphonites. Nam super olineta et sicera que erant in campestribꝰ balanan gederites: super apothecas autē olei ioas. Porro armentis que pascebantur i saron positus fuit sethrai saronites: & super boues in vallibus saphat filiꝰ adli· sup camelos vero obil hismaelites: & sup asinos·iadias meronathites: sup oues quoqꝫ iaziz agarenus. Omnes hij principes substantie regis dauid. Jonathan autem patruus dauid consiliarius vir prudens & litteratus: ipe et iahihel filius achamoni erāt cū filiis regis. Achitophel etiā consiliariꝰ regis: et chusi arachites amicꝰ regis. Post achitophel fuit ioiada filius banaie & abiathar. Princeps aūt exercitus regis erat ioab. ·vrum·

Convocauit igitur dauid omnes principes israhel·duces tribuū & oppositos turmarū·qui ministrabant regi: tribunos quoqꝫ et centuriones et qui preerant substantie & possessionibus regis: filiosqꝫ suos cū eunuchis & potentes et robustissimos quosqꝫ i exercitu ierusalem. Cumqꝫ surrexisset rex et stetisset ait. Audite me fratres mei: et populus meꝰ. Cogitaui ut edificarem domum in qua requiesceret archa federis dñi & scabellum pedum dñi dei nostri: & ad edificandum omnia pparaui. Deus autem dixit michi. Non edificabis domū nomini meo·eo qꝺ sis vir bellator et sanguine fudecis: sed et elegit dñs deus israhel me de universa domo patris mei: ut esse rex sup israhel in sempiternū. De iuda enim elegit principes. Porro de domo iuda domū patris mei: et de filiis patris mei placuit ei ut me eligeret regem sup cunctū israhel: sed et de filiis meis·filios enim michi misros dedit dominꝰ: elegit salomonē filiū meum ut sederet in throno regni dñi sup israhel: dixitqꝫ michi. Salomon filiꝰ tuus edificabit domū meam et atria mea. Ipm enim elegi michi in filiū· et ego ero ei in patrem: et firmabo regnū eiꝰ usqꝫ in eternū: si perseuerauerit facere precepta mea & judicia sicut et hodie. Nunc ergo coram vniuerso cetu israhel audiente deo nostro custodite & inquirite cuncta mandata domini dei nri ut possideatis terā bonā: & relinquatis eam filiis vestris post vos usqꝫ i sempiternum. Tu autem salomon fili mi

scito deum patris tui: et serui ei corde perfecto ⁊ animo voluntario. Omnia enim corda scrutatur dñs: ⁊ uniuersas mentium cogitationes intelligit. Si quelieris eū inuenies: si aūt dereliqueris eū proiciet te in eternū. Nunc ergo quia elegit te dñs ut edificares domū sanctuarij: confortare et perfice. Dedit aūt dauid salomoni filio suo descriptionem porticus ⁊ templi et cellariorū et cenaculi et cubiculorū in aditis et domus propiciationis: necnō et omnium que cogitauerat atriorū ⁊ exedrarū per circuitum in thesauros domus dñi et in thesauros sanctorū: diuisionumq; sacerdotaliū et leuiticarū in opa operis domus dñi et in uniuersa uasa ministerij templi domini: aurū in pondere per singula uasa ministerij: argenti q; pondus pro uasorum ⁊ operū diuersitate: sed et in candelabra aurea et ad lucernas aurū pro mensura uniuscuiusq; candelabri et lucernarū: similiter et in candelabra argentea et ī lucernas eorum pro diuersitate mensure · pondus argenti tradidit. Aurū quoq; dedit in mensas propositionis p diuersitate mensarū: similiter et argentū in alias mensas argenteas. Ad fuscinulas quoq; ⁊ fialas ⁊ thuribula et aurū purissimū et leūculos aureos pro qualitate mensure pondus distribuit. in leunculum ⁊ leunculum: similiter et in leones argenteos diuersum argenti pondus separauit. Altari aūt in quo adolebur incensum · aurū purissimū dedit: ⁊ ut ex ipso fieret similitudo quadrige cherubin extendentiū alas ⁊ velantium archā federis dñi. Omnia inquit venerunt scripta manu dñi ad me: ut intelligerem uniuersa opera exemplaris. Dixit q; dauid salomoni filio suo.

Viriliter age ⁊ confortare et fac: ne timeas et ne paueas. Dñs enim de⁹ meus tecum erit: ⁊ nō dimittet te nec derelinquet: donec perficias oīe opus ministerij domus dñi. Ecce diuisiones sacerdotum et leuitarū in omne ministerium domus domini assistūt tibi et parati sūt: et nouerūt tā principes q; populus omnia pcepta tua. ·xxix·

Locutusq; est dauid rex ad omnē ecclesiam. Salomonē filiū meū unum elegit dñs adhuc puerū ⁊ tenellum. Opus enim grande ē: neq; enim hōmini pparat habitatio · sed deo. Ego enī totis uiribus meis pparaui impensas dom⁹ dñi dei mei: aur; ad uasa aurea et argentū ī argentea · es ī enea · ferrum in ferrea · ligna ad lignea · lapides onichinos ⁊ quasi stibinos ⁊ diuersos colorum omneq; pcosum lapidem et marmor parium habundantissime: ⁊ super hec q̄ obtuli in domum dei mei · de peculio meo aurum et argentum do in templum dei mei: exceptis hijs q̄ pparaui ī edem sanctam tria milia talenta auri de auro ophir: ⁊ septē milia talentorū argenti ptissimi ad deaurandas parietes templi: ⁊ ubiq; opus est aurū de auro et ubiq; opus est argentum de argento. Opera fiant p manus artificū: ⁊ si quis sponte offert impleat manū suam hodie: ⁊ offerat quod voluerit dño. Pollicita sunt itaq; principes familiarū ⁊ proceres tribuum israel · tribuni q; et centuriones ⁊ principes principū pollicitorum regis: dederūq; ī opa domus dñi auri talenta quinq; milia et solidos decem milia argenti talenta decem milia ⁊ eris talenta decem ⁊ octo milia: ferri q; centum milia talentoz: et apud quecunq; inuenti sūt lapides

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0421
powered by DWork • Heidelberg University Library

dederunt in thesauros domus domini
per manū iehihel gersonitis. Letatusq;
est populus cū vota sponte promittere-
rent: quia corde toto offerebant ea do-
mino. Sed et dauid rex letatus ē gau-
dio magno: et benedixit domino co-
ram vniuersa multitudine et ait. Be-
nedictus es domine deus israhel patris
nostri: ab eterno in eternum. Tua est
domine magnificentia et potentia et
gloria atq; victoria: et tibi laus. Cun-
cta enim que in celo sunt et i terra tua
sunt. Tuum domine regnum: et tu es
super omnes principes. Tue diuitie: et
tua est gloria: tu dominaris omniū.
In manu tua virtus et potentia: i ma-
nu tua magnitudo ⁊ imperium omni-
um. Nunc igitur deus noster confite-
mur tibi: et laudamus nomen tuum
inclitum. Quis ego et quis populus
meus: ut possimus hec tibi vniuersa
promittere? Tua sunt omnia: et que
de manu tua accepimus dedimus ti-
bi. Peregrini enim sumus coram te ⁊
aduene: sicut oēs patres nostri. Di-
es nostri quasi umbra super terram: ⁊
nulla est mora. Domine deus noster
oēs hec copia quā parauimus ut e-
dificaretur dom⁹ nomini sancto tuo
de manu tua est: et tua sunt omnia.
Scio deus meus quod probes corda
et simplicitatem diligas: unde et ego
in simplicitate cordis mei letus obtu-
li vniuersa hec: ⁊ populum tuum q̄ hic
repertus est vidi cum ingenti gaudio
tibi offerre donaria. Dñe deus abrahā
et ysaac et israhel patrū nrorum custo-
di in eternum hanc voluntatē cordis
eor: ⁊ semp i venerationē tui mens ista
permaneat. Salomon q; filio meo da
cor perfectum: ut custodiat mādata tua
et testimonia tua et ceremonias tuas
et faciat vniuersa: et edificet eam cuius
impensas parauī. Precepit aūt dauid
vniūse ecclesie. Benedicite dño deo nro.
Et benedixit oīs ecclesia dño deo pa-
trum suorū: ⁊ inclinauerūt se ⁊ adora-
uerunt deū: ⁊ deinde regem. Immolaue-
runtq; victimas dño: ⁊ obtulerunt o-
locausta die sequēti thauros mille a-
rietes mille agnos mille cū libaminī-
bz suis: ⁊ vniuerso ritu abūdantissime
in omnē israhel. Et comederūt et bibe-
runt coram domino in die illo cum
grandi letitia: et vnxerunt secūdo salo-
monem filium dauid. Vnxerūt autem
eum domino in principē: ⁊ sadoch in
pontificem. Sedit q; salomon super so-
lium domini in regem pro dauid pa-
tre suo et cunctis placuit: ⁊ paruit illi
omnis israhel. Sed ⁊ vniuersi princi-
pes ⁊ potentes ⁊ cūcti filij regis dauid
dederunt manum: ⁊ subiecti fuerūt sa-
lomoni regi. Magnificauit ergo do-
minus salomonem super omnē israhel:
⁊ dedit illi gloriam regni qualem
nullus habuit ante eum rex israhel.
Igitur dauid filius ysai regnauit sup
vniuersum israhel: ⁊ dies quibus re-
gnauit super israhel fuerunt quadra-
ginta anni. In hebron regnauit septē
annis ⁊ in ierusalem annis triginta-
tribus: et mortuus est in senectute bo-
na plenus dierū ⁊ diuitijs ⁊ gloria:
et regnauit salomon filius eius pro
eo. Acta autem regis priora ⁊ nouis-
sima scripta sunt in libro samuhel vi-
dentis et i libro nathan prophete atq;
in volumine gad videntis: vniuersiq;
regni eius et fortitudinis et tempo-
rum que transierūt sub eo siue in isr̄l. siue
in cūctis regnis terrarū.

Incipit liber paralipomenon .i.

RESERVED © Biblioteca Apostolica Vaticana

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0422
powered by DWork • Heidelberg University Library

Confortatus ē rex salomon filius dauid in regno suo: et dominus erat cū eo: et magnificauit eū in excelsū. Precepit q̄ salomon uniuerso israhel tribunis et centurionibz et ducibus et iudicibz omnis israhel ⁊ principibz familiarū: et abiit cū uniuersa multitudine in excelsum gabaon · ubi erat tabernaculū federis dñi: quod fecit moyses famulus dei in solitudine. Arcam aūt dei adduxerat dauid de cariathiarim in locum q̄ p̄parauerat ei · ⁊ ubi fixerat illi tabernaculū: hoc est in iherusalem. Altare quoq; eneum qđ fabricatus fuerat beselehel filius uri filij ur ibi erat corā tabernaculo dñi: qđ et requisiuit salomon ⁊ q̄nis ecclesia. Ascenditq; salomon ad altare eneum corā tabernaculo federis dñi: ⁊ obtulit in eo mille hostias. Ecce aūt in ipsa nocte apparuit ei deus dicēs. Postula quod uis: ut det tibi. Dixitq; salomon deo. Tu fecisti cū dauid patre meo misericordiā magnam: et constituisti me regē pro eo. Nūc ergo dñe deus: impleat̄ sermo tuus q̄ pollicitus es dauid patri meo. Tu enim me fecisti regem sup populū tuum multū: qui tam innumerabilis est quā pulus terre. Da michi sapientiam ⁊ intelligentiam: ut ingrediar ⁊ egrediar corā uultu tuo. Quis enim potest hūc uultū tuū dignue q̄ tā grādis ē iudicare? Dixit aūt dē ad salomonē. Quia hoc magis placuit cordi tuo: et nō postulasti diuitias ⁊ substantiā et gloriā · neq; animas eoz q̄ te oderāt · sed nec dies uite plurimos: petisti autem sapientiam ⁊ scientiā · ut iudicare possis uultum meum · supre quē constitui te regem: sapientia ⁊ scientia data sunt tibi. Diuitias aūt ⁊ substantiā ⁊ gloriam dabo tibi: ita ut nullus in regibz nec ante te nec post te fuerit similis tui. Venit ergo salomon ab excelso gabaon in iherusalem corā tabernaculo federis: ⁊ regnauit sup israhel. Congregauitq; sibi currus et equites: et facti sunt ei mille quadringenti currus et duodecim milia equitū: ⁊ fecit eos esse in urbibus quadrigaz ⁊ cum rege in iherusalem. Prebuitq; rex argentum ⁊ aurum in iherusalē quasi lapides: ⁊ cedros quasi sicomoros que nascūtur in campestribus multitudine magna. Adducebant aūt ei equi de egipto de choa a negociatoribus regis: qui ibant et emebant precio quadrigam equorum sexcentis argenteis et equum centum quinquaginta. Similiter de uniuersis regnis eththeorum et a regibus syrie empto celebrabatur.

Cepit autem salomon edificare domum nomini domini: ⁊ palatium sibi. Et numerauit septuaginta milia uirorum portantium humeros: ⁊ octogīta milia qui cederent lapides in montibz: p̄positosq; eorum tria milia trecētos. Misit quoq; ad hirā regem tyri dicens. Sicut egisti cum dauid patre meo · ⁊ misisti ei ligna cedrina ut edificaret sibi domum in qua ⁊ habitauit: sic fac mecum ut edificem domum nomini domini dei mei ⁊ consecrē eā: ad adolendū incensū corā illo et fumigāda aromata · et ad propositionem panum sempiternam · ⁊ ad holocaustomata mane ⁊ uespere · sabbatis quoq; et neomeniis · ⁊ solemnitatibz domini dei nostri in sempiternum que mādata sunt israhel. Domus enī quā edificare cupio magna ē. Magnus

est enim deus noster: sup omnes deos.
Quis ergo poterit ꝓualere ut edificet ei
dignam domū? Si celum et celi celoꝝ
capere eū nequeūt: quantus ego sum
ut possim edificare ei domū? Sed ad
hoc tantum: ut adoleatur incensum co-
ram illo. Mitte igitur michi virū eru-
ditum qui nouerit operari in auro et
argento ere et ferro purpura coccino et
iacincto. et qui sciat sculpere celaturas:
cum hijs artificibꝫ quos mecū habeo
in iudea et in iherusalem quos ꝓparā-
uit dauid pater meus. Sed et ligna ce-
drina mitte michi et arcbeutina et pi-
nea de libano. Ego enī sꝫ tui tui nouē-
runt cedere ligna de libano. Et ecce sui
mei cum tuis tuis: ut parentur michi
ligna plurima. Domꝰ enī quā cupio
edificare magna est nimis et inclita.
Precterea operarijs ꝙ cesuri sunt ligna
feruis tuis dabo in arbaria tritici cho-
ros viginti milia: et ordei choros tot-
idem: olei quoꝙ lata viginti milia. Di-
xit autem hiram rex tyri ꝙ litteras ꝙs
miserat salomoni. Quia dilexit dñs
populum suū: idcirco te regnare fecit
super eum. Et addidit dicens. Benedi-
ctus dominꝰ deus israhel qui fecit celū
et terram: qui dedit dauid regi filiū sa-
pientem et eruditum et sensatum atq;
prudentem: ut edificaret domum dño
et palatiū sibi. Misi ergo tibi virum
prudentem et scientissimum · hiram
patrem meum filiū mulieris de filia-
bus dan cuius pater fuit tyrius: ꝙ no-
uerit operari in auro et argento · ere et
ferro et marmore et lignis: ī purpura
quoꝙ et iacincto et bysso et coccino:
et qui sciat celare omnem sculpturam
et adinuenire prudenter qcunq; in o-
pere necessariū est: cū artificibus tuis
et cum artificibꝫ dñi mei dauid patris
tui. Triticū ergo et ordeū et oleū et vinū
que pollicit⁹ es domine mi mitte ser-
uis tuis. Nos aūt cedemus ligna de liba-
no quot necessaria habueris: et appli-
rabimus ea ratibus ꝙ mare in ioppe:
tuum autem erit transferre ea in iheru-
salem. Numerauit igitur salomon o-
mnes viros proselitos qui erant ī ter-
ra israhel post dinumerationem quā
dinumerauit pater eius: et inuenti sunt
centum quinquaginta milia et cen-
milia septem. Fecitq; ex eis septuagin-
milia qui humeris onera portarent: et
octoginta milia qui lapides de mon-
tibus cederent: tria aūt milia et septin-
tos ꝓpositos operum populi. · m

Cepit salomon edificare domū
domini in iherusalem ī monte
moria qui demōstratus fuerat dauid
patri eius: in loco quē parauerat da-
uid in area oman iebusei. Cepit aūt
edificare mense secundo: āno quarto
regni sui. Et hec sunt fundamenta que
iecit salomon ut edificaret domū dei·
longitudinis · cubitos ī mensura pri-
ma sexaginta: latitudinis cubitos vi-
ginti. Porticum vero ante frontem ī
tendebatur ī longum · iuxta mensurā
latitudinis domus: cubitorum viginti.
Porro altitudo centum viginti cu-
bitorum erat. Et deauravit ea intus
secus auro mundissimo. Domum ꝙ
maiorē texit tabulis ligneis abiegnis:
et laminas auri obrizi affixit ꝙ totū.
Sculpsitq; in ea palmas: et quasi ca-
tenulas se invicem cōplectentes. Stra-
uit quoꝙ pauimentū templi preciō-
sissimo marmore: decore multo. Por-
ro aurum erat probatissimū · de cuius
laminis texit domum et trabes eius et
postes et parietes et ostia: et celavit che-
rubin in parietibus. Fecit ꝙ domum

sancti sanctorū: longitudinē iuxta latitudinē domus cubitorū viginti: ⁊ latitudinē similiter viginti cubitorū. Et laminis aureis texit eam quasi talentis sexcentis: sed et clauos fecit aureos: ita ut singuli claui siclos quinquagenos appenderent. Cenacula quoq; texit auro. Fecit etiam in domo sancti sanctorū cherubim duos opere statuario: ⁊ texit eos auro. Ale cherubim viginti cubitis extendebant: ita ut una ala haberet cubitos quinq; ⁊ tangeret parietem domus: ⁊ altera quinq; cubitos habens · alam tangeret alterius cherub. Similiter cherub alterius ala quinq; habebat cubitos · ⁊ tangebat parietem: et ala eius altera quinq; cubitorum · alam cherub alterius cōtingebat. Igit ale utriusq; cherub expanse erant: ⁊ extendebantur per cubitos viginti. Ipsi autem stabant erectis pedibus: ⁊ facies eorum erat verse ad exteriorem domū. Fecit quoq; velum ex iacincto purpura coccino et bisso: et intexuit ei cherubim. Ante fores etiam templi duas columnas: que triginta et quinq; cubitos habebant altitudinis. Porro capita eox quinq; cubitorum: necnō ⁊ quasi catenulas i oraculo: et suposuit eas capitibz columnarum. Malagranata etiam centū: que catenulis interposuit. Ipsas q̄z columnas posuit in vestibulo templi: unā a dextris et alteram a sinistris. Eam que a dextris erat vocauit iachin: et que ad leuam vocauit booz.

Fecit quoq; altare eneum viginti cubitorū longitudinis et viginti cubitox latitudinis ⁊ decem cubitox altitudinis. Mare etiā eneū fusile decē cubitis a labio usq; ad labiū: rotundum p circuitū. Quinq; cubitos habebat altitudinis: ⁊ funiculus triginta cubitorum ambigebat gyrum eius. Similitudo quoq; boum erat subter illud. Et decem cubitis quedā extrinsecus relature: quasi duobz verubus alnum maris circuibant. Boues aut erant fusiles: ⁊ ipm mare sup duodecim boues impositum erat: quox tres respiciebant ad aquilonē · ⁊ alii tres ad occidentem. Porro tres alii meridiē · ⁊ tres qui reliqui erant orientem: habentes mare suppositum. Posteriora autem boum erat intrinsecus sub mari. Porro vastitas eius habebat mensuram palmi: ⁊ labium illius erat quasi labium calicis uel repandi lilii: capiebat q; tria milia metretas. Fecit q̄z concas decem ⁊ posuit quinq; a dextris ⁊ quinq; a sinistris: ut lauarent in eis omnia que i holocaustum oblaturi erāt. Porro in mari sacerdotes lauabantur · fecit autem et candelabra aurea decem secundum speciem quā iusserat fieri: et posuit ea in templo quinq; a dextris et quinq; a sinistris. Mensā nō ⁊ mensas decem ⁊ posuit eas in templo quinq; a dextris ⁊ quinq; a sinistris. Fialas quoq; aureas centum. Fecit etiā atrium sacerdotum ⁊ basilicam grandem: ⁊ ostia in basilica que texit ere. Porro mare posuit in latere dextro contra orientem ad meridiem. Fecit aut hirā lebetas et creagras et fialas · ⁊ complevit omne opus regis in domo dei. Hoc est columnas duas ⁊ epistilia · ⁊ capitā · et quasi quedā reticula · que capita tegerent sup epistilia. Malagranata q̄z quadraginta et reticula duo ita ut bini ordines malagranatorū singlis reticulis iungerent: q̄ tegerēt epistilia · ⁊ capita columnarū. Bases etiam fecit · ⁊ concas · quas suposuit

talibz: mare unū. boues quoq; duodecim sub mari et lebetas et creagras et fialas. Omnia vasa fecit salomoni hiram pater eius in domo dñi. ex ere mundissimo. In regione iordanis fudit ea rex i argillosa terra: inter sochot et saredata. Erat aūt multitudo vasorum innumerabilis: ita ut ignoraret pondus eris. Fecitq; salomon oīa vasa domus dei: altare aureū et mensas. et sup eas panes propositionis. Candelabra quoq; cū lucernis suis ut lucerent ante oraculū iuxta ritum ex auro purissimo. et florentia quedam et lucernas. et forcipes aureos. Oīa de auro mundissimo facta sunt. Thimiamateria quoq; et thuribula et fialas et mortariola. ex auro purissimo. Et ostia celauit templi interioris id ē in sancta sanctorū: et ostia templi forinsecus aurea. Sicq; cōpletū ē oīe opus qđ fecit salomon i domo domini.

Intulit igitur salomon oīa que voverat dauid pater suus. argentū et aurū: et vniuersa vasa posuit in thesauris domus dñi. Post que congregauit maiores natu israel et cunctos principes tribuū. et capita familiaz de filijs israel in ierusalem: ut adducerent archam federis dñi de ciuitate dauid que est in syon. Venerūq; itaq; ad regē omnes viri israel: in die solennī mensis septimi. Cumq; venissent cuncti seniorū israel. portauerūt leuite archam: et intulerunt eam. et omne paratura tabernaculi. Porro vasa sanctuarij q̄ erāt in tabernaculo portauerūt sacerdotes cū leuitis. Rex autem salomon et vniuersus cetus israel. et omnes qui fuerunt congregati: ante archam immolabant arietes et boues absq; ullo numero. Tāta eni erat multitudo victimaz.

Et intulerūt sacerdotes archā federis domini in locū suū id est ad oraculū templi in sancta sanctorū subter alas cherubin: ita ut cherubin expanderent alas suas sup locū in quo posita erat archa: et ipam archam tegerent cū vectibus suis. Vectum aūt quibz portabatur archa. quia paululum longiores erant. capita parebāt extra oraculū. Si vero quis paululū susset extrinsecus: eos videre nō poterat. Fuit itaq; archa ibi usq; i presentem diē. Nichilq; erat aliud in archa nisi due tabule. quas posuerat moyses in oreb: quādo legē dedit dñs filijs israel egredientibz ex egipto. Egressis aūt sacerdotibus de sanctuario. oīes eni sacerdotes q̄ ibi potuerant inueniri sanctificati sunt: nec adhuc i illo tempore vices et ministeriorū ordo inter eos diuisus erat. Tā leuite q̄z cantores. id est et q̄ sub asaph erant. et q̄ sub heman. et q̄ sub ydithun filij et fratres eorū vestiti byssinis. cimbalis. et psalteriis. et citharis. concrepabant stantes ad orientalem plagā altaris: et cū eis sacerdotes centūuiginti canentes tubis. Igit̄ cūctis pariter et tubis et voce et cimbalis et organis. et diuersi generis musicoz concinentibz. et vocem in sublime tollentibus. longe sonitus audiebat: ita ut cū dñm laudare cepissent et dicere. cōfitemini dño quoniā bonus quoniā in eternū misericordia eius. impleretur domus dei nube: ne possent sacerdotes stare et ministrare propter caliginē. Compleuerat enim gloria dñi domum dei.

Tunc salomon ait. Dñs pollicitus est. ut habitaret in caligine: ego autem edificaui domū nomini eius: ut habitaret ibi in eternum. Et cōuertit rex faciem suā: et benedixit vniuerse

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0426
powered by DWork • Heidelberg University Library

multitudini israhel. Stam omnis turba stabat intenta ⁊ ait. Benedictus dñs deus israhel: qui qđ locutus est dauid patri meo: opere cõpleuit dicens. A die qua eduxi ppm meũ de terra egipti: nõ elegi ciuitatem de cunctis tribubs israhel ut ędificaretur in ea domus nomini meo: neq; elegi quemq; alium virũ ut esset dux in populo meo israhel: sed elegi iherusalem ut sit nomẽ meũ ibi: et elegi dauid ut constituerẽ eum super populũ meum israhel. Cũq; fuisset voluntatis dauid patris mei ut ędificaret domum nomini dñi dei israhel: dixit dñs ad eum. Quia hęc fuit voluntas tua ut ędificares domũ nomini meo: bene quidẽ fecisti hmõi habere voluntatẽ: sed nõ tu ędificabis michi domum. Verumtamẽ filius tuus qui egredietur de lumbis tuis: ipe ędificabit domũ nomini meo. Compleuit ergo dñs sermonẽ suũ quẽ locutus fuerat: ⁊ ego surrexi pro dauid patre meo ⁊ sedi sup thronũ israhel sicut locutus est dñs: ⁊ ędificaui domũ nomini dñi dei israhel ⁊ posui in ea archam i qua est pactum dñi quod pepigit cũ filijs israhel. Steteit ergo coram altare dñi ex aduerso uniuerse multitudinis isrl: et extendit manus suas. Siquidẽ fecerat salomon basim eream ⁊ posuerat eam i medio basilice: habentem: quinq; cubitos longitudinis et quinq; latitudinis ⁊ tres cubitos altitudinis. Steteq; super eam: ⁊ deinceps flexis genibs contra uniuersam multitudinẽ isrl: ⁊ palmis in celum leuatis ait. Domine deus israhel: non est similis tui deus in celo et in terra: qui custodis pactum ⁊ misericordiã cum seruis tuis: qui ambulant coram te in toto corde suo: qui prestitisti seruo tuo dauid patri meo quecunq; locutus fueras ei: ⁊ que ore promiseras opere ꝓpleti: sicut ⁊ psens tempus probat. Nunc ergo dñe deus israhel imple seruo tuo pri meo dauid quecunq; locutus es dicens. Non deficiet ex te vir coram me q̃ sedeat super thronum israhel: ita tamen si custodierint filij tui vias meas: ⁊ ambulauerint in lege mea: sicut ⁊ tu ambulasti coram me. Et nunc domine deꝰ israhel firmetur sermo tuus: quẽ locutus es seruo tuo dauid. Ergo ne credibile est: ut habitet deus cum hmõibs super terram? Si celum ⁊ celi celoꝝ nõ te capiunt: quãtomagis domus ista quã ędificaui? Sed ad hoc tantum facta ẽ: ut respicias orationẽ serui tui: ⁊ obsecrationem eius domine deus meus audias: ⁊ preces quas fudit famulꝰ tuꝰ coram te: ut aperias oculos tuos sup domum istam diebs ac noctibus: sup locum in quo pollicitus es ut inuocetur nomen tuum: ⁊ exaudires orationem quã seruus tuus orat in eo: ⁊ exaudias preces famuli tui ⁊ populi tui israhel. Quicunq; orauerit i loco isto: exaudi de habitaculo tuo id est de celis: et ꝓpiciare. Si peccauerit quispiã i proximum suũ ⁊ iurare cõtra eũ paratus venerit: seq; maledicto constrinxerit coram altari in domo ista: tu audies de celo: ⁊ facies iudicium seruorũ tuorũ: ita ut reddas impio viam suam i caput proprium: et ulciscaris iustum retribuens ei sẽm iusticiam suã. Si superatus fuerit populus tuꝰ israhel ab inimicis: peccabunt enim tibi: ⁊ conuersi egerint penitentiã: et obsecrauerint nomen tuum: ⁊ fuerint deprecati in loco isto: tu exaudies de celo ⁊ propitiare peccato populi tui israhel: et reduc eos in terram quã dedisti eis ⁊ pribus

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0427
powered by DWork • Heidelberg University Library

rum. Si clauso celo pluuia non fluxerit pter peccata populi tui: & deprecati te fuerint in loco isto: & cõfessi nomini tuo: & conuersi a peccatis suis cum eos afflixeris: exaudi de celo dñe: & dimitte peccata seruis tuis: & populi tui israhel: et doce eos viam bonam: p quã ingrediantur: & da pluuiã terre quã dedisti populo tuo ad possidendũ. Fames si orta fuerit in terra: & pestilentia erugo & aurugo: et locusta & brucus: et hostes vastatis regionibz portas obsederint ciuitatis: omnisq; plaga & infirmitas presserit: si quis de populo tuo israhel fuerit deprecatus: cognoscens plagã et infirmitatem suã: & expanderit manus suas in domo hac: tu exaudies de celo de sublimi sedis tue habitaculo tuo: et ppitiare: & reddes vnicuiq; secundum vias suas quas nosti eũ habere in corde suo. Tu enim solus nosti corda filiorũ hominũ: ut timeant te et ambulent in vijs tuis: cunctis diebus quibz viuũt super faciem terre quã dedisti patribus nostris. Etenim quoq; qui non est de populo tuo israhel: si venerit de ra longinqua propter nomen tuũ magnũ et propter manũ tuã robustam: & brachium tuũ extentum: et adorauerit in loco isto: tu exaudies de celo firmissimo habitaculo tuo: & facies cũcta pro quibus invocauerit te ille peregrinus: ut sciant omnes populi terre nomen tuum: & timeant te sicut populus tuus israhel: & cognoscant quia nomẽ tuũ invocatum est sup domum hanc quã edificaui. Si egressus fuerit pplus tuus ad bellum cõtra aduersarios suos: p viam in qua miseris eos: adorabunt te contra viam in qua ciuitas hec est quã elegisti: et dom9 quã edificaui nomini tuo: ut exaudias de celo pces eor; et obsecrationem: & vindicaris. Si aũt peccauerint tibi: neq; enim est hõmo q̃ non peccet: & iratus fueris eis: & tradideris hostibus: & captiuos duxerint eos in terram longinquã: uel terre q̃ iuxta est: & cõuersi in corde suo in terra ad quã captiui ducti fuerãt egerint penitentiã: et deprecati te fuerint in terra captiuitatis sue dicentes: peccauimus: inique fecimus: iniuste egimus: & reuersi fuerit ad te in toto corde suo: & tota anima sua in tra captiuitatis sue: ad quam ducti sunt: adorabunt te contra viam terre sue quã dedisti patribus eorum: et urbis quã elegisti: & domus quã edificaui nomini tuo: ut exaudias de celo hoc est de firmo habitaculo tuo preces eorum: & facias iudicium: & dimittas populo tuo quãuis peccatori. Tu es enim deus meus. Aperiantur queso oculi tui: & aures tue intente sũt ad orationẽ que fit in loco isto. Nũc igitur consurge dñe deus in requiẽ tuã: tu et archa fortitudinis tue. Sacerdotes tui dñe deꝰ induant salutẽ: et sancti tui letentur in bonis. Dñe deus meꝰ ne auertaris faciem xpti tui. Memẽto misericordiarũ dauid serui tui. Cũq; oraret salomõ fundẽs pces: ignis descendit de celo: & deuorauit holocausta et victimas: & maiestas dñi implevit domũ: nec poterãt sacerdotes ingredi templũ dñi eo q̃ implesset maiestas dñi templũ dñi: sed & omnes filij israhel videbãt descendentẽ ignẽ: & gl'am dñi sup domũ: & corruẽtes pni in terrã sup pauimentũ stratũ lapide: adorauerunt & laudauerunt dñm quoniam bonus quoniam in sclm misericordia ei9. Rex aũt & omnis pplus immolabant victimas coram domino. Immolauit igitur rex salomon victimas bouum viginti duo milia:

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0428
powered by DWork • Heidelberg University Library

arietū centūmigīti milia. Et dedicauit
domum dei rex ⁊ uniuersus pl̄s. Sa-
cerdotes aūt stabant in officijs suis:
et leuite in organis carminū dñi·
que fecit dauid rex ad laudandū dñm·
quū in seculū misericordia ei⁹: ymnos
dauid canentes p manus suas. Por-
ro sacerdotes canebāt tubis ante eos:
cunctusq; isr̄l stabat. Sanctificauit aūt
salomon medium atrij ante templū
dñi. Obtulerat enim ibi holocausta et
adipes pacifi corum: quia altare eneū
quod fecerat nō poterat sustinere olo-
causta ⁊ sacrificia ⁊ adipes. Fecit ergo
salomon solemnitatē in tempore illo
septem diebus ⁊ omnis isr̄l cū eo· eccle-
sia magna valde: ab introitu emath
usq; ad torrentem egipti. Feceruq; die o-
ctauo collectam· eo quod dedicasset al-
tare septem diebꝫ ⁊ solemnitatem cele-
brasset diebꝫ septem. Igitur ī die vice-
simaoca mensis septimi dimisit pl̄os
ad tabernacula sua: letantes atq; gau-
dentes sup bono quod fecerat dñs
dauid et salomoni ⁊ israhel pl̄o suo.
Compleuitq; salomon domum dñi
et domū regis· et oīa q̄ disposuerat
in corde suo ut faceret ī domo dñi
et in domo sua: ⁊ prosperatus ē. Appa-
ruit aūt ei dñs nocte: ⁊ ait. Audiui
orationē tuam: et elegi locum istū mi-
chi in domū sacrificij. Si clausero cel̄ū
et pluuia non fluxerit· ⁊ mandauero ⁊
precepero locuste ut deuoret terram· et
misero pestilentiam in populum meū:
conuersus aūt pl̄s meus super quos
inuocatum ē nomen meū· deprecatus
me fuerit· ⁊ exquisierit faciem meam· ⁊
egerit penitentiā a uijs suis pessimis:
et ego exaudiam de celo· ⁊ propitius ero
peccatis eorū· ⁊ sanabo terram eorum.
Oculi quoq; mei erunt aperti· ⁊ aures
mee erecte: ad orationē eius qui ī loco
isto orauerit. Elegi enī et sanctificaui
locum istum: ut sit nomen meū ibi in
sempiternū· ⁊ permaneant oculi mei et
cor meum ibi cunctis diebꝫ. Tu quoq;
si ambulaueris cor̄ me sicut ambu-
lauit dauid pater tuus· ⁊ feceris iuxta
omnia que precepi tibi· ⁊ iustitias me-
as iudiciaq; custodieris: suscitabo thro-
num regni tui· sicut pollicitus sum da-
uid patri tuo dicens. Non auferetur
de stirpe tua vir· qui non sit princeps
in israhel. Si autem aueli fueritis· et
dereliqueritis iustitias meas et p̄cepta
mea que posui vobis: ⁊ abeuntes ser-
uieritis dijs alienis· ⁊ adoraueritis eos:
euellā vos de terra mea quā dedi
vobis· et domum hanc quā edificaui
nomini meo proiciam a facie mea: et
tradam eam in parabolā ⁊ ī exemplū
cunctis pl̄is· ⁊ domus ista erit improperium omnibus transeuntibꝫ: ⁊ di-
cent stupentes. Quare fecit dominus
sic terre huic et domui huic? Respondebuntq;. Quia dereliquerunt dñm deū
patrum suorū· qui eduxit eos de terra
egipti: ⁊ apprehenderunt deos alienos·
⁊ adoraueūt eos ⁊ coluerūt: ideirco ve-
nerūt sup eos oīa mala hec. vm

Expletis aūt viginti ānis postq;
edificauit salomon domū dñi
et domū suam: ciuitates quas dederat
hiram salomoni edificauit· ⁊ habita-
re ibi fecit filios israhel. Abijt quoq;
in emath suba· ⁊ obtinuit eam ⁊ edifi-
cauit palmiram in deserto: ⁊ alias ci-
uitates munitissimas edificauit in e-
math. Extruxitq; bethoron superiorē·
et bethoron inferiorem· ciuitates mu-
ratas: habentes portas ⁊ uectes et se-
ras. Balaath etiam et omnes urbes
firmissimas que fuerunt salomonis:

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0429
powered by DWork • Heidelberg University Library

finis temporū eorū. Et quartus ventus deuicit oīa animalia q̄ transierūt. et potestatem tenuit seculum cum tremore multo. z omnē orbem cū labore pessimo: et inhabitauit tot temporibz orbem terrarū cū dolo. Et iudicasti terram non cū veritate. Tribulasti enī mansuetos z lesisti quietātes: z dilexisti mendaces et destruxisti habitationes eoz q̄ fructificabāt: et humiliasti muros eoz qui te nō nocuerūt. Et ascendit cōtumelia tua ad altissimū: z superbia tua ad fortem. Et respexit altissimus superba tempora: et ecce finita sunt: z scelera eius completa sūt. Propterea nō apparebit aquila z ale tue horribiles z pennacula tua pessima. z rapina tua maligna. et ungues tui pessimi. z oīe corpus tuū vanū: vt protegerent oīs terra. et rēdita liberata de tua vi: z spret iudiciū z misericordiam eius q̄ fecit eam. Et factū est dū loqueret̄ ego verba hec ad aquilā: z vidi et ecce q̄ superauerat caput et non comparuerūt quatuor ale ille que ad eū trāsierunt z crede sunt ut regnarēt: z erat regnū eorum terribile. z tumultu plenū. Et vidi: et ecce ipsa nō apparebāt: z omne corpus aquile incendebat: z expauescebat ira valde. Et ego a tumultu z terrore mentis et a magno timore vigilaui: et dixi spiritui meo. Ecce tu p̄stitisti michi hec: in eo q̄ scrutaris vias altissimi. Ecce adhuc fatigatus sum animo. et spiritu meo imualidus sū valde: z nec modica ē in me virtus a multo timore q̄ expaui nocte hac. Nūc ergo orabo altissimū: ut me confortet usq; in finē. Et dixi. Dñator dñe si inueni gratiā ante oculos tuos. z si iustificat⁹ sum apud te pre multis. z si recte ascendit deprecatio mea ante faciē tuā: cōforta me et ostende seruo tuo michi interpretationem et distinctionem visus horribilis huius: ut plenissime consolet̄ animā meā. Dignū enī me habuisti: ostendere michi tēporū nouissima. Et dixit ad me. Hec ē interpretatio visionis huius. Aquilā quā vidisti ascendentem de mari: hoc ē regnū qđ visum ē in visione danieli fratri tuo. Sed nō est illi interpretatū: quī ego nūc tibi interpretor. Ecce dies veniūt: z exsurget regnū sup terrā: z erit timor acrior omniū regnorū que fuerūt ante eū. Regnabunt aūt in ea reges duodecim: vnus post vnum. Sed secūdus incipiet regnare: et ipe tenebit amplius tēpus pre duodecim. Hec ē interpretatio duodecim alarū quas vidisti. Et quā audisti vocem que locuta est nō de capitibz eius exeuntē sed de medio corpore ei⁹: hec est interpretatio. Quoniā post temp⁹ regni illius nascent̄ cōtentiones non modice: z prediabit̄ ut cadat et non cadet tunc: sed iterū constituetur in suū initiū. Et qui vidisti subalares octo coercentes alis ei⁹: hec ē interpretatio. Exsurgent in ipo octo reges quorum erūt tēpora leuia z anni citati: z duo quidē ex ipsis perient. Appropīquāte aūt tēpore medio. quatuor seruabuntur i tpe: cum incipiet appropinquare tēpus eius ut finiatur. Due vero in finem seruabunt̄. Et quoniā vidisti tria capita quietātia: hec ē interpratio. In nouissimis eius sultabit altissimus tria regna: et renouabit in ea mlta et dñabunt̄ terrā z qui habitāt in ea: cū labore multo sup oīes q̄ fuerūt ante hos. Propter hoc ipi vocati sunt capita aquile. Isti enim erunt q̄ recapitulabunt impietates eius et qui perficient nouissima eius. Et qui vidisti

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0527
powered by DWork • Heidelberg University Library

caput maius nō apparens: hec est interpretatio ei⁹. Quoniā unꝰ ex eis super lectum suum morietᵉ: & tamen cum tormentis. Nam duo ꝙ pleuerauerint: gladius eos comedet. Hūus enim gladius comedet qui cū eo: sed tamen hic gladio i nouissimis cadet. Et qm̄ vidisti duas subalares traicientes super caput qđ est in dextera parte: hec est interpretatio. Hij sunt quos reuelauit altissimus in fine suū: hoc ē regnum exile & turbationis plenū. Sicut vidisti et leonem quē vidisti de silua euigilātem & rugientē & loquentē ad aquilam et arguentem eā: & iniusticias ipius p omnes sermones ei⁹ sicut audisti: hic ē vētus quē euasit altissimus i finē ad eos et impietates ipoꝝ: & arguet illos & increpabit coram ipis cogitationes eoꝝ. Statuet enī eos in iudicium vīuos: & cū arguerit eos: tūc corripiet eos. Nam reliduū ppli mei liberabit cum misericordia: qui saluati sūt sup fines meos: & iocundabit eos quoadusqꝫ veniet finis dies iudicij de quo locutꝰ sum tibi ab initio. Hoc somnium qđ vidisti: & hec interpretationes. Tu ergo solus dignus fuisti scire altissimi secretū hoc. Scribe ergo omnia ista in libro que vidisti: & pone ea i loco absconditō: & docebis ea sapientes de ppło tuo: quoꝝ corda scis posse capere et seruare secreta hec. Tu aūt adhuc sustine hic alios dies septem: ut tibi ostendaī quicquid vilū fuerit altissimo ostendere tibi. Et profectꝰ est a me. Et factū ē cum audisset oīus ppłus qm̄ prālierūt septē dies & ego nō fuissem reuersus i ciuitatē: et congregauit se oīs a minimo usqꝫ ad maximū & venit ad me: & dixerunt michi dicētes. Quid peccauim⁹ tibi: & quid iniuste egimus in te quoniā derelinquēs nos: sedisti i loco hoc? Tu enī nobis superes solus ex oīibꝫ ppłis sicut botrus de vinea: et sicut lucerna in loco obscuro: & sicut portus & nauis saluata a tempestate. Aut non sufficiūt nobis mala: que euenerūt? Si ergo tu nos dereliqueris: quanto nobis erat melius si essemus succensi et nos cū incendio tuo? Nec enī nos meliores sumus eorū qui ibi mortui sunt. Et plorauerūt voce magna. Et respondi ad eos & dixi. Confide israhel: & noli contristari tu domus iacob. Est enī memoria vestri coram altissimo: & fortis non ē oblitꝰ nostri i tentatione. Ego enī non dereliqui vos neqꝫ excessi a vobis: sed veni in hūc locum ut deprecarer p desolatione syon: ut quererē misericordiam pro humilitate sanctificationis vestre. Et nūc ite unusquisqꝫ vestrum i domū suā: et ego veniam ad vos post dies istos. Et profectus ē ppulus sicut dixi ei in ciuitate. Ego aūt sedi in cāpo septem diebus sicut michi mandauit: & manducabā de floribus solummodo agri: & herbis facta est esca michi i diebꝫ illis. xm

Et factum ē post dies septem: & somniauī somnū nocte. Et ecce de mari ventus exsurgebat: ut conturbaret oīes fluctus ei⁹. Et vidi: & ecce cōualescebat ille homo cum milibꝫ celi: & ubi vultū suū vertebat ut cōsideraret tremebat oīa que sub eo videbanᵗ: et ubicūqꝫ exibat vox de ore eius ardescebāt oīes q audiebāt voces ei⁹ sicut quiescit terra quando senserit ignē. Et vidi post hec: & ecce congregabaᵗ multitudo hominū quoꝝ nō erat numerꝰ de quatuor ventis celi: ut debellarent hominē qui ascenderat de mari. Et vidi: & ecce ipse incepit sculpere montē magnū:

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0528
powered by DWork • Heidelberg University Library

er volauit sup eū. Ego aūt quesiui videre regionem uel locū unde sculptus esset mōs: ⁊ nō potui. Et post hec vidi: et ecce oīes q̄ congregati sunt ad eum ut expugnarent eū timebāt valde: tamen audebant pugnare. Et ecce ut vidit impetū mltitudinis uenientis · nō leuauit manū suā neq; frameā tenebat · neq; aliqđ uas bellicosum: nisi solūmodo ut vidi · quoniā emisit de ore suo sicut flatum ignis · ⁊ de labijs eius spūs flamme · et de lingua eī emittebat scintillas ⁊ tēpestates: ⁊ commixta sunt oīa simul hic flatus ignis et spūs flāme · ⁊ multitudo tempestatis: ⁊ concidit sup multitudinē in impetu que parata erat pugnare ⁊ succendit oīes: ut subito nichil videretur de innumerabili multitudine · nisi solummodo puluis et fumi odor. Et vidi: et extimui. Et post hec vidi ipm hominem descendētē de mōte et vocantē ad se multitudinē aliā pacificā: ⁊ accedebāt ad eum vultus hoīm mlcorū quorūdā gaudentiū · quorundā tristātium: aliqui vero alligati: aliqui adducentes ex eis q̄ offerebant. Et expergefactus sum: ⁊ dixi. Tu ab initio demonstrasti seruo tuo mirabilia hec: ⁊ dignū me habuisti ut susciperes depcationem meā: ⁊ nunc demonstra mihi adhuc interptationē somnij hui⁹. Sicut enī existimo i sensu meo: ve qui derelicti fuerūt i diebs illis. Et mlto plus ve hijs: qui nō sunt derelicti. Qui enī non sunt derelicti tristes erāt. Intelligo nūc que sunt reposita i nouissimis diebus: et occurrent eis: sed et hijs q̄ derelicti sunt. Propter hec venerūt eī in pricula magna · et necessitates mltas: sicut ostendunt somnia hec. Attamen facilius est pcliātē venire in hūc s̄c̄m gr̄ām sicut nubem a seculo: et nunc videre q̄ contingūt in nouissimo. Et respōdit ad me: et dixit. Et visionis interpretationē dicā tibi: ⁊ de quibs locutus es adaperiā tibi. Quoniā de hijs dixisti qui derelicti sūt: hec ē interptatio. Qui aufert periculū illo tēpore: hic se custodiuit. Qui in periculo inciderūt: hij sūt qui habent opera ⁊ fidē ad sanctissimū. Scito ergo: quoniā magis beatificati sunt qui derelicti: sup eos qui mortui sūt. Hec interptationes visionis. Quia vidisti virū ascendentē de corde maris · ipe ē qđ seruat altissim⁹ mltis tēporibs: q̄ per semetipm liberabit creaturā suam: et ipe disponet q̄ derelicti sunt. Et quoniā vidisti de ore eī⁹ exire ut spūm et ignē ⁊ tempestatem: ⁊ quoniā non tenebat frameā neq; uas bellicosum: corrupit enim impetus eī⁹ multitudinē que venerat expugnare eū: hec est interptatio. Ecce dies veniūt quando incipiet altissimus liberare eos que sup terram sunt: ⁊ veniet i excessu mentis supe eos qui inhabitant terrā. Et alij alios cogitabūt debellare: ciuitas ciuitatem ⁊ locus locū · ⁊ gens aduersus gentem: ⁊ regnū aduersus regnū. Et erit cū fient hec: ⁊ contingent signa que ante ostendi tibi: ⁊ tūc revelabit filius meus: quē vidisti ut virū ascendentem. Et erit quādo audierint oīes gentes vocem eius: ⁊ derelinquet unusquisq; i regione sua bellū suū qđ habet ad alterutrū: ⁊ colliget in unū multitudo innumerabilis sicut volentes venire ⁊ expugnare eum. Ipe aūt stabit sup cacumen mōtis syon. Syon aūt veniet: ⁊ ostendet oīibs parata et edificata sicut vidisti montem sculpi sine manibus. Ipe aūt filius meus arguet

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0529
powered by DWork • Heidelberg University Library

q̄ adinuenerūt gentes impietates eoꝝ
ḡas: que tempestati appropinquerunt
propter mala cogitamēta eoꝝ et cruci-
amenta quibꝫ incipient cruciari q̄ assi-
mulate sunt flāme: ⁊ pdet eos sine la-
bore. per legem q̄ igni assimulata ē. Et
quoniā vidisti eū colligētem ad se ali-
am mltitudinē pacifica: hec sūt decem
tribus q̄ captiue facte sunt de terra sua
in diebꝫ iosie regis quē captiuū duxit
salmanasar rex assiriorū. ⁊ transtulit
eos trans flumen: ⁊ trāsllati sunt in ter-
ram aliā. Ipi aūt sibi dederūt cōsiliū
hoc ut derelinquerēt mltitudinē gentiū:
et proficiscerent in ulteriorē regionem
ubi nūq̄ inhabitauit genꝰ humanū:
uel ibi obseruare legitima sua q̄ nō fu-
erant seruantes in regione sua. Per in-
troitus aūt angustos fluminis euasta-
ti introierūt. Fecit enim eis tūc altissi-
mus signa: ⁊ statuit uenas fluminis
usquequo trāsirent. Per eā enī regio-
nem erat uia mlta itineris āni unius
et dimidij: nam regio illa uocat arsa-
reth. Tūc inhabitauerūt ibi usq̄ in no-
uissimo tēpore: ⁊ nūc iterū cum ceperint
uenire. iterū altissimꝰ statuet uenas flu-
minis ut possint transire: propter hec ui-
disti mltitudinē cū pace. Sed ⁊ qui de-
relicti sunt de pplo tuo: hij sunt q̄ inue-
niunt̄ intra terminū meū. Factū erit er-
go quādo incipiet pdere mltitudinē
eaꝝ que collecte sunt gentes: protegere
eos q̄ suprauerūt pplm: ⁊ tūc ostendet
eis multa plurima portenta. Et dixi e-
go. Dominator dñe hoc michi ostē-
de: propter quod uidi uirū ascendētem de
corde maris. Et dixit michi. Sicut nō
potes hec uel scrutari uel scire que sunt
in profundo maris: sic nō poterit quis-
q̄ supra terā uidere filiū meū. uel eos que
cum eo sunt: nisi in tempore diei. Ihec ē
interpretatio somnij qđ uidisti: et propter
quod illuminatꝰ es hic solus. Derelin-
quisti enī tuā: ⁊ circa meā uitā legē
et quesisti. Vitā enī tuā dispositisti in
sapiētia: ⁊ sensum tuū uocasti matrē.
Et propter hoc ostendi tibi mercedes apud
altissimū. Exit enī: post alios tres di-
es ad te alia loquar: ⁊ exponā tibi gra-
uia ⁊ mirabilia. Et profectus sum et
trāsij in campū: multū glorians ⁊ lau-
dans altissimū de mirabilibus q̄ per
tempus faciebat: ⁊ quoniā gubernāt
ipsum et que sunt in temporibus illa-
ta. Et sedi ibi tribus diebus. pm

Et factū est tertio die: ⁊ ego sedēte
sup quercu. Et ecce uox exiuit cō-
tra me de rubo ⁊ dixit. Esdra esdra. Et
dixi. Ecce ego dñe. Et surrexi sup pedes
meos. Et dixit ad me. Reuelās reuela-
tus sum sup rubū. ⁊ locutꝰ sum moy-
si quādo pplus meus fuisset ī egipto:
et misi eū ⁊ eduxi pplm meū de egipto:
et adduxi eū sup montē syna: ⁊ detine-
bam eū apud me diebꝫ multis: ⁊ enar-
raui ei mirabilia multa. et ostendi ei
temporꝫ secreta ⁊ finē: ⁊ precepi ei dicēs.
Ihec in palā facies uerba: ⁊ hec abscon-
des. Et nūc tibi dico signa q̄ demōstra-
ui: ⁊ somnia que uidisti ⁊ interpretatio-
nes quas tu uidisti ī corde tuo. repone
ea. Tu enī recipieris ab oīnibus auer-
teris reliquus cum cōsilio meo ⁊ cum
similibus tuis: usquequo finiant̄ tem-
pora. Quoniā seclm perdidit iuuētutē
suā: ⁊ tempora appropinquāt senescere.
Duodecim enī partibus diuisum ē
seclm: ⁊ trāslerunt eiꝰ decima et dimidi-
um decime partis sup sunt aūt eiꝰ post
mediū decime partis. Nūc ergo dispo-
ne domū tuam. ⁊ corripe pplm tuum ⁊
consolare humiles eorū: ⁊ renūcia iā
corruptele et dimitte abs te mortales

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0530
powered by DWork • Heidelberg University Library

rogitationes:⁊ pice abs te ꝑdera humana ⁊ eque te tā infirmā naturā:et repone ī vnam partē molestissima cibi rogitamenta:⁊ festina trāsmigrare a tēporibꝫ hꝭs. Que enī vidisti nunc tūgille mala:iterꝫ hrū deteriora facient. Quantū enī inualidū fuer seculū a senectute:tantū multiplicabunt suꝫ inhabitantes mala. Prolōgauit enī se magis vetas:⁊ appropinquauit mendaciū. Jam enī festinat venire qꝫ vidisti visionē. Et respōdi:⁊ dixi coā te dñe. Ecce enī ego abibo sicut precepisti michi:et corripiā ꝑsentē ꝑplm. Qui aūt iterū nati fuerīt:quis cōmouebit? Positū ē ergo sectim in tenebris:et qui inhabitant in eo sine lumine. Quoniam lex tua incensa ē:propter quod nemo scit que a te facta sunt uel q̄ incipient opera. Si enī inuenu ī te gratiā:immitte in me spiritū sanctū:⁊ scribam omne qđ factū ē in seclo ab initio que erant ī lege tua scripta. ut possint homines inuenire semitā:⁊ q̄ voluerint viuere ī nouissimis viuāt. Et respondit ad me:⁊ dixit. Vade cōgrega ꝑplm.⁊ dices ad eos:ut nō querant te diebus ꝉdraginta. Tu aūt ꝑpara tibi buxos multos:⁊ accipe tecū saream dabriam.selemiā.ecbanū.⁊ asiel.quinqꝫ hos:qui paratī sūt ad scribendū velociter. Et venies huc ⁊ ego accendā ī corde tuo lucernā intellectꝰ:q̄ non extinguet quoadusqꝫ finiant q̄ incipies scribere. Et cū ꝑfeceris quedā palā facies:quedam sapientibꝫ absconse trades. In crastinū enim hac hora incipies scribere. Et profectꝰ sū sicut michi ꝑcepit:⁊ congregaui omnē ꝑplm:⁊ dixi. Audi israhel verba hec. Peregrinati sunt ꝑres nostri ab initio ī egipto.⁊ liberati sūt inde:⁊ acceperunt legem vite quā non custodierūt.quā et vos post eos transgressi estis:⁊ data est vobis terra ī sortem et terra syon:⁊ patres vestri ⁊ vos iniquitatē fecistis.⁊ nō custodistis vias quas ꝑcepit vobis altissimꝰ:⁊ iustus iudex cū sit.abstulit a vobis ī tempore quod donauerat. Et nunc vos hic estis:et fratres vri in medio vestrum sunt. Si ergo imperaueritis sensui vestro ⁊ erudieritis cor vestrū.viui conseruabimini:⁊ post mortē misericordiam cōsequemini. Judicū enī post mortē veniet.quādo iterū reuiuiscemꝰ:⁊ tunc iustoꝝ nomina patebūt:⁊ impioꝝ facta ostendent. Ad me igit̄ nemo accedat nunc:neq; requirat me usq; dies quadraginta. Et accepi quīq; viros sicut mādauit michi:⁊ ꝑrexi sumꝰ in campū:⁊ mansimꝰ ibi. Et factꝰ sum ī crastinū.⁊ ecce vox vocauit me dicens. Esdra apri os tuū:⁊ bibe quo te potauero. Et aperui os meū:⁊ ecce calix plenus porrigebat michi. Hoc erat plenum sicut aqua:color aūt eꝰ ut ignis similis. Et accepi ⁊ bibi:⁊ in eo cū bibissem cor meū cruciabat intellectu:et ī ꝑtus meū increbrebat sapiētia. Nam spiritꝰ meꝰ ꝑseruabat memoria. Et aperū ē os meū:⁊ nō ē clausum amplius. Altissimꝰ dedit intellectū quīq; viris:⁊ scripserūt q̄ dicebant ex ordine nocdis:qs nō sciebāt. Nocte aūt manducabāt panē:ego aūt p diē loquebar:et p noctem nō tacebā. Scripti sūt aūt per ꝉdraginta dies libri ducenti quatuor. Et factū est cū cōpleuissent ꝉdraginta dies:locutꝰ est altissimꝰ dicens. Priora q̄ scripsisti ī palam pone.⁊ legant digni et indigni:nouissimos aūt septuagica ꝑseruabis:ut tradas eos sapientibꝫ de ꝑplo tuo. In hꝭs enī est vena intellectus et sapientie fons:

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0531
powered by DWork • Heidelberg University Library

et scientie flumen. Et feci sic. ℣ u

Ecce loquere in aures plebis mee sermones ꝓphetie ꝗs immisero in os tuū dicat dñs: et fac ut in carta scribant: quī fideles et verī sūt. Ne timeas a cogitatōnibz adūsum te: nec turbēt te incredulitates dicentiū: quī omnis incredul⁹ in incredulitate sua morietur. Ecce ego induco dicit dñs sup orbem terraz mala: gladiū et famem et mortē et interitū: propter qđ supplollunt iniquitas omnē terrā: et adimpleta sunt opera noxia illorū. Propterea dicit dñs. Jā nō silebo de impietatibz eoz que irreligiose agūt: nec sustinebo in hijs q̄ inique egerūt. Ecce lāgus innoxius et iust⁹ clamat ad me: et aīe iustorum clamāt ꝑseuerāter. Vindicans vindicabo illos dicit dñs: et accipiam omnē sāguinē innoxiū ex illis ad me. Ecce ꝓpheta me⁹ quasi grex ad occisionem ducet: iā nō patiar illū habitare i terra egipti: sed educā eū i manu potēti et brachio excelso. Et percutiam plaga sicut prius: et corrumpā omnē terram eius. Lugebit egipt⁹ et fundamēta ei⁹: plaga verberata et castigatione quas inducet ei de⁹. Lugebūt cultores oprātes terrā: qm̄ deficiēt femina eoz ab ubertate et grādine et a fidere terribili. Ve seculo et q̄ habitant in eo: quia appropinquauit gladi⁹ et contritio eorū: et exurget gens sup gentē ad pugnam et rumphea i manibz eorū. Erit enī in constabulatiō hominibus: et alij alijs inualescētes nō curabūt regē suum et principes: vie gestoz suoz i potentia sua. Cōcupiscet enī homo in ciuitatē ire: et nō poterit. Propter superbiā enim eoz ciuitates turbabunt: dom⁹ exterrent: homines metuent. Nō misericordiā homo proximū suū ad irritū faciēdū domos eoz i gladiū: ad diripiendas substantias eoz propter famem panis: et tribulationē multā. Ecce ego cōuoco dicit de⁹ omnes reges terre ad me vtrendū qui sūt ab oriēte et ab austro: ab euro et a libano ad inuertendos in se: et reddere q̄ dederūt illis: sicut faciūt usq; hodie electis meis: sic faciā et reddā i sinu eoz. Hec dicit dñs de⁹. Nō parcet dextera mea super peccatores: nec cessabit rumphea sua effundētes sanguinē innocuū sup terrā. Egrit̄ ignis ab ira ei⁹. et deuorauit fundamēta terre: et peccatores quasi stramen incensum. Ve eis qui peccāt: et nō obseruāt mādata mea dicit dñs. Nō parcam illis. Discedite filij a potestate: nolite examinare lādificationē meā: qm̄ nouit dñs omnes q̄ delinquunt in illū. Propterea tradidit eos i mortē et in occisionem. Jam enī venerunt sup orbē terraz mala: et manebitis in illis. Nō enim liberabit vos deus: propter quod peccastis in eum. Ecce visio: et horribilis et facies illius ab oriente. Et exient nationes draconū arabū in curribus multis: et sicut flamus eoz numerus eorum sup terram: ut iam cineāt et crepitēt omnes qui illos audiēt carmonij insanientes in ira: et exient ut apri de silua: et adueniēt in virtute magna: et constabūt in pugnam cū illis: et vastabunt portionem terre assiriorz. Et post hec surgent valentes dracones: natantes sine memores: et conuertent se cōspirantes in virtute magna ad persequendos eos. Assiri turbabunt et silebūt in virtute illorū: et ducent pedes suos in fugam: et a territorio assiriorum subtollent obsidebit eos: et assumet vnū ex illis: et erit timor et tremor i egressu illorū: et extenio in reges ipsorum. Ecce nubes ab

Biblioteca Apostolica © RESERVED
Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0532
powered by DWork • Heidelberg University Library

oriēte et a septēntrione usq; meridianū:
et facies eaꝝ horrida valde plena ire ꝫ
procelle. Et collident se inuicē: ꝫ colli-
dent sydus copiosū sup terrā et sydus
illoꝝ. Et erit sanguis a gladio usq;
ad uentrē: ꝫ simus hominis usq; ad
subtramen cameli. Et erit timor et
tremor multus sup eā: et horrebunt
qui uidebūt iram illā: ꝫ tremor appre-
hendet illos. Et post hec mouebuntur
nimbi copiosi a meridiano et septētri-
one: ꝫ pariō alia ab occidēte. Et sup
inualescēt uenti ab oriēte et reludent
eā: ꝫ nubē quā sustrauit i ira: ꝫ sydus
ad faciendā extenuationē ad orientalē
ventū ꝫ occidētem uiolabit. Et exalta-
buntē nubes magne ꝫ valide plene ire
et sydus ut extenuāt omnē terrā ꝫ inha-
bitātes eā: ꝫ infundēt sup omnē locū
altū et eminētem sydus terribile ignē
et grandinē ꝫ rumpheas uolantes et
aquas mitas: ut eiā impleant omnes
cāpi ꝫ omnes riui plenitudine aquarū
mitaꝝ. Et demolientur ciuitates ꝫ mu-
ros et mōtes et colles ꝫ ligna siluaꝝ:
et fenū pratoꝝ et frumēta eoꝝ. Et trā-
ibunt ostantes usq; babilonē ꝫ extenet
eā: ducnēt ad ipam ꝫ circumbūt eam:
et effundēt sydus ꝫ omnē iram sup eā.
Et subibit puluis ꝫ fumꝰ usq; i celū: ꝫ
omnes in circuitu lugebūt eā: ꝫ qui sub
ea remāserint fuient hijs ꝙ extenuerūt.
Et tu assa dcors i spē babilonis et gla
gione eiꝰ: ue tibi misera. pter qđ assi-
milasti ei ꝫ omasti filias tuas i formi-
catione ad placendū et gloriandū in
amatoribz tuis ꝙ tecū cupierūt semper
fornicari. Odibilem imitata es i omni-
bus operibz eiꝰ ꝫ i adimuēcionibus eiꝰ:
propterea dicit deꝰ. Immittā tibi ma-
la: uiduitatē paupratē ꝫ famem ꝫ gla-
diū et pestem ad deuastandas domus
tuas a uiolatione et morte et gla uir-
tutis tue. Sicut flos sitabit cū extur-
get ardor ꝙ emissus est sup te: infirma-
beris ut pauperula plagata ꝫ castiga-
ta a mulieribz ut nō possint te suscipere
potētes ꝫ amatores. Quōd ego sic ze-
labo te dicit dñs. nisi occidisses electos
meos i omni tpe exaltās prussionē ma-
nuū: ꝫ direns sup mortem eoꝝ cū me-
briata esses. et ornata speciem vultꝰ tu-
i: Merces fornicationis tue i sinu tuo:
propter hoc redditionē accipies. Sicut
facis electis meis dicit dñs. sic faciet
tibi deus: ꝫ tradat te i malū. Et nam tui
fame interient: ꝫ tu rupthea cades ꝫ ciui-
tates tue detrent: ꝫ omnes tui i campo
gladio cadent. Et ꝙ sunt in mōtibus
fame prebūt: ꝫ mādducabūt carnes tu-
as ꝫ sanguinem bibent a fame panis
et sitis aque. Infelix ꝙ maria uenes: et
rursū accipies mala. Et intranstu al-
ident ciuitatem oriolam: ꝫ extenent a-
liquā portionem terre tue ꝫ partem glo-
rie tue extenminabūt: rursum reuertē-
tes duersam. Et demolita eris illis pro
ripula: ꝫ ipi erunt tibi ignis: ꝫ deuora-
būt te ꝫ ciuitates tuas. terrā tuā. ꝫ mō-
tes tuos: omnes siluas tuas ꝫ lignum
fructiferū igni cōburent. Filios tuos
raptiuos ducēt: ꝫ reuersū tuū i predā ha-
bebūt: ꝫ glam faciei tue extenminabūt.

Ue tibi babilon et asya: XVI
ue tibi egipte et siria. Precingi-
te uos saccis et ululate. et plangite fi-
lios uestros et dolete: quū appropin-
quauit cōtritio uestra. Immissus est
uobis gladius: et quis est ꝙ auferat il-
lum? Immissus est i uobis ignis: et
quis est qui extinguat illū? Immissa
sunt uobis mala? Et quis est ꝙ repel-
lat ea? Aliquid repellit aliquis leo-
nem esurientem in silua: aut extinguet

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0533
powered by DWork • Heidelberg University Library

ignem in stipula· mox quādo reperit
ardere? Numquid repellet aliquis sa-
gittam a sagittario forti nullā? Do-
minus fortis immittit mala: et quis
est q̄ repellat ea? Exijt ignis ex ira cun-
dia eius? Et quis ē qui extinguat eū?
Chorusabit: et quis nō timebit? To-
nabit: ⁊ quis nō pauebit? Dominus
dominabit: ⁊ quis nō fundit⁹ ꝺtererur
a facie ipi⁹? Terra tremuit ⁊ fundamen-
ta eius: mare fluctuat de profundo· ⁊
fluctus ei⁹ disturbabūtur· ⁊ pisces ei⁹
a facie dñi ⁊ a gloria virtutis ei⁹: qñ
fortis deterra ei⁹ que arcum tendit: sa-
gitta eius acuet que ab ipo mittētur:
non deficient cū ceperint mitti in fines
terre. Ecce mittunt mala ⁊ nō reuerten-
tur: donec veniāt sup terrā. Ignis succ-
enditur: ⁊ nō extinguet donec consu-
mat fundamēta terre. Quēadmodum
nō redit sagitta missa a valido sagit-
tario: sicut nō reuertent mala q̄ missa
fuerint in terram. Ve michi ve michi.
Quis me liberabit in illis diebus? In-
itium dolorum et multi gemitus: ini-
tium famis et multi interitus: initiū
bellorū ⁊ formidabūt potestates: ini-
tium malorū: ⁊ trepidabūt oēs. In
hijs quid faciā cum venerint mala?
Ecce fames ⁊ plaga ⁊ tribulatio ⁊ an-
gustia missa sunt flagella ī emendati-
one: ⁊ in hijs oīibus se nō cōuertent
ab iniquitatibz suis: neq; flagellorū
memores erūt semp. Ecce erit annone
vilitas sup terrā: sic ut putent sibi esse
directam patē: ⁊ tūc germinabūt ma-
la sup terrā gladius fames ⁊ magna
cōsultio. A fame enī plurimi q̄ inhabi-
rant terram interient: ⁊ gladius prede
rentes q̄ supervenerint a fame: et mor-
tui sicut stercora proicient: ⁊ non erit q̄
cōsoletur eos. Derelinquetur enim terra
de terra: ⁊ ciuitates eius destruent. Non
derelinquetur q̄ colat terram: ⁊ q̄ semi-
net eam. Ligna dabunt fructus: et q̄s
vindemiabit illas? Vua matura fuit: ⁊
quis calcabit illam? Erit enim locis
magna desertio. Cupiet enim homo
hominem videre: uel vocem eius audi-
re. Relinquent enim de ciuitate decem
et duo de agro qui absconderint se in
densis nemoribz ⁊ scissuris petrax: quē-
admodū derelinquunt ī oliueto ⁊ sin-
glis arboribz tres aut q̄tuor olive: aut
sicut ī vinea vindemiata racemi relin-
quunt ab hijs q̄ diligēter vineā scru-
rant: sic relinquentur ī diebus illis tres
aut quatuor scrutantibz domos eorū
in rumphea. Et relinquetur terra de-
serta: ⁊ agri eius inuerterabūt: ⁊ vie ei⁹
et omnes semite eius germinabunt
spinas eo q̄ nō transient hoīnes per
eam. Lugebūt virgines non habentes
sponsos: lugebunt mulieres nō haben-
tes viros: lugebunt filie earū non ha-
bentes adiutoriū sponsi earū. In bel-
lo consumentur: et viri earū in fame
terentur. Audite vero ista: ⁊ cogno-
scite ea secundum dominū. Ecce verbū dñi:
recipite illud ne dijs credatis de quib⁹
dixit dominus. Ecce appropinquant
mala et non tardant. Quēadmodū
pregnans cū parit in nono mense fi-
lium suū: appropinquāte hora partus
eius· ante horas duas uel tres dolo-
res circueunt ventrem ei⁹: ⁊ prodeunte
infante de ventre non tardabūt uno
puncto: sic non morabimur mala ad
prodeundū super terram: et seculū ge-
met· et dolores circumtenebunt illud.
Audite verbū plebs mea. Parate vos
in pugnā: ⁊ in malis· sic estote quasi
aduene terre. Qui vendit quasi qui fu-
giat· ⁊ qui emit quasi qui perditurus.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0534
powered by DWork • Heidelberg University Library

qui mercatur quasi qui fructum non capiat: ⁊ qui edificat quasi non habiturus. Qui seminat quasi qui nō meter: sic et qui vineam putat quasi non vindemiaturus. Qui nubūt sic quasi filios nō facturi: ⁊ qui non nubūt sic quasi vidui: ꝓpter qđ q̄ laborant sine causa laborāt. Fructus enī illorum alienigene mercent: et substantiā illorū rapient ⁊ domos eorū: ⁊ filios eorū captiua abūt. quia ī captiuitate ⁊ fame generant natos suos. Et qui negociantur ī rapina quātum diu exornant ciuitates ⁊ domos suas ⁊ possessiones et ꝑsonas suas: tanto magis adzelabor eos super peccata sua dicit dominꝰ. Quomodo zelat fornicaria mulierem ydoneam ⁊ bonā valde: sic zelabitur iusticia iniquitatem cum exornat se et accusat eam in facie eius cum venerit qui defendat exquirentē omne peccatū super terram. Propterea nolite similari ei nec operibꝫ eius: quoniā adhuc pusillum ⁊ tolletur iniquitas a terra: et iusticia regnabit in vos. Non dicat peccator se nō peccasse: quoniā carbones ignis comburet super caput eius qui dicit nō peccaui coram deo et gl̄a ipius. Ecce dñs cognoscet omnia opera hominū: ⁊ adinuentiones illoꝝ ⁊ cogitationes illoꝝ: ⁊ corda illoꝝ. Dixit enī fiat terra ⁊ facta ē: fiat celū et factū ē. Et ī ordine illi⁹ stelle fulgebunt lūre: et nouit numerꝫ stellarꝫ. Qui scrutat abillū ⁊ thesauros illarꝫ: q̄ mensꝰ ē mare ⁊ aceruꝰ ei⁹. Qui ꝺcluſit mare in medio aq̄rū: ⁊ suspēdit terā sup aquas ꝺbo suo. Qui extendit celū ſſi camerā: sup aq̄s fūdauit eū. Qui posuit ī deſerto fōtes aquarꝫ: ⁊ sup verticē mōtiū lacꝰ ad emittendū flumina ab eminēti petra: ut potaret terrā. Qui finxit hominem ⁊ posuit cor suū ī medio corporis: et misit ei spiritū vitā ⁊ intellectū et spiramē dei omnipotētis q̄ fecit oīa: et scrutinat oīa absconsa ī absconsis ire. Ipse nouit adinuentionē ueterā: ⁊ q̄ cogitatus in cordibus vestris peccantes et volentes occultare peccata sua. Propter quod dominus scrutinando scrutinauit omnia opera vra: ⁊ traducet vos oñes. ⁊ vos confusi eritis cū processerint peccata vestra corā hominibus: ⁊ iniq̄tates eorū q̄ accusatores stabūt ī die illo. Quid facietis: aut quomodo absconderis peccata vestra corā deo ⁊ āgelis eiꝰ? Ecce iudex deus: timete eum. Delinite a peccatis vris: ⁊ obliuiscamini iniq̄tates vras ita agere eas in sempiternō: ⁊ deꝰ educet vos ⁊ liberabit de oī tribulatiōne. Ecce enī incendit ardor super vos turbe copiose: et rapient quosdam ex vobis ⁊ ꝺbabunt ydolis occisos: et qui consenserint eis erūt illis in derisū et ī impropriū ⁊ ī ꝺculcationē. Erit enim locis locus: ⁊ in vicinas ciuitates exsurrectio multa super timentes dñm. Erunt quasi insani nemini parcentes. ad diripiēdū ⁊ deuastādū adhuc timētes dñm: qa deuastabūt ⁊ decipiēt substantias: et de domibus suis eos eicient. Tūc parebit ꝓbatō electoꝝ meoꝝ: ut aurū qđ ꝓbat ab igne. Audite dilecti mei dicit dñs. Ecce adsunt dies tribulationis: ⁊ de hijs liberabo vos. Ne timeatis nec hesitetis: qm̄ deꝰ dux vester est. Et q̄ seruat mādata ⁊ p̄cepta mea dicit dñs deꝰ: ne p̄ꝺent vos pcā vra: ne superēt se iniq̄tates vre. Ve q̄ ꝺstringunt a peccatis suis et obtegūt ab iniq̄tatibꝫ suis: quēadmodū ager ꝺstringit a silua ⁊ spinis tegit semita eiꝰ ꝑ quā nō transit hmo: ⁊ redudit ⁊ mittit ad deuoratiōnē ignis.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0535
powered by DWork • Heidelberg University Library

© Biblioteca Apostolica Vaticana ALL RIGHTS RESERVED

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0536
powered by DWork • Heidelberg University Library

Chromatio et heliodoro epiſcopis : ieronimꝰ preſbiter in dño ſalutē. Flagitaſti non delino exactionis uē instantiā. Exigis enim ut librū chaldeo ſermone conſcriptū ad latinū ſtilum trahā: librū uirgꝰ tobie: quem hebreꝰ de cathalago diuinaꝝ ſcripturaꝝ ſecantes · hīs q̄ agyographa memorāt manciparūt. Feci iuxta deſiderio uō: nō tamen meo ſtudio. Arguunt enī nos hebreoꝝ ſtudia: et imputant nobis cōtra ſuū canonē latinis auribꝫ ista trāſſerre. Sed melius eſſe iudicās phariſeoꝝ diſplicere iudicio · et epiſcoporꝫ iuſſionibꝫ deſeruire: inſtitui ut potui. Et quia uicina eſt chaldeoꝝ lingua ſermoni hebraico: uetuſtiq; lingue peritiſſimū loquacē repertēs · uni⁹ diei laborem arripui: et quicquid ille michi hebraicis uerbis expreſſit · hoc ego accito notario · ſermonibꝫ latinis expoſui. Orationibꝫ uris mercedē hui⁹ operis cōpēſabo: tū gratū uobis didicero me q̄ iubere eſtis dignati cōpleſſe.

Tobias ex tribu et ciuitate neptalim · q̄ eſt in ſuperioribꝫ galilee ſupra naalon poſt uiā que ducit ad occidentem · in ſiniſtro habēs ciuitatē ſepher: cū captꝰ eſſet i diebꝫ ſalmanaſar regis aſſiriorum · in captiuitate tamē poſitꝰ uiam ueritatis nō deſeruit: ita ut oīa que habere poterat quotidie concaptiuis fratribus qui erāt ex eiꝰ genere impertiret. Cumq; eſſet iunior omnibus in tribu neptalim: nichil tamen puerile geſſit in opere. Denīq; cū irent oīes ad uitulos aureos quos ieroboam fecerat rex iſrl hic ſolus fugiebat conſortia omniū: et pergebat ad ieruſalem ad templum dñi · et ibi adorabat dñm deum iſrl: oīa primatiua ſua et decimas ſuas fideliter offerēs · ita ut i tercio anno ꝓſelitis et aduenis miniſtraret oīem decimationē. Hec z hīs ſimilia ſedm legē dei puerulus obſeruabat. Cum uero factꝰ fuiſſet uir accepit uxorē anam de tribu ſua: et genuit ex ea filiū nomē ſuū imponens ei: quē ab infantia timere deum docuit z abſtinere ab omni pcō. Igitur dum per captiuitatē deueniſſet cū uxore ſua et filio in ciuitatē niniuen cū oīi tribu ſua · z cū oīes ederent ex cibis gētiū: iſte cuſtodiuit aiam ſuā: z nunq; ꝺtaminatꝰ in eſcis eoꝝ. Et quoniam memor fuit dñi in toto corde ſuo · dedit illi deus gratiā in cōſpectu ſalmanaſar regis: z dedit illi poteſtatē quocūq; uellet ire: habēs libertatē quecūq; facere uoluiſſet. Pergebat ergo per oīes qui erant in captiuitate: et monita ſalutis dabat eis. Cū autem ueniſſet in rages ciuitatem iudeoꝝ · et ex hīs quibus honoratꝰ fuerat a rege habuiſſet decem talenta argenti: z cum i multa turba generis ſui gabelū egentē uideret qui erat ex tribu eius: ſub cirographo dedit illi memoratū pondus argenti. Poſt multū uero tēporis mortuo ſalmanaſar rege · cū regnaret ſennacherib filius eius p eo · z filios iſrl exoſos haberet in cōſpectu ſuo: tobias pergebat per oīem cognationē ſuā · z conſolabatur eos: diuidebatq; unicuiq; prout poterat de facultatibus ſuis. Eſurientes alebat: nudiſq; ueſtimenta pbebat: et mortuis atq; occiſis ſepulturam ſolicitꝰ exhibebat. Denīq; cum

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0537
powered by DWork • Heidelberg University Library

reuersus esset rex sennacherib fugiens a iudea plagā · quā circa eum fecerat deus ꝓpter blasphemiam suā: ⁊ iratꝰ multos occideret ex filijs isrl': tobias sepeliebat corpora eorꝝ. At vbi nunciatum est regi · iussit eum occidi: ⁊ sulit omnem substātiā eiꝰ. Tobias vero cū filio suo ⁊ cū uxore fugiēs nudꝰ latuit: quia mitri diligebāt eū. Post dies vero ꝛ̄ dragitaquinꝝ occiderūt regē filij ipiꝰ. Et reūsus ē tobias ad domū suā: omniūꝫ facultas eiꝰ · restituta ē ei. ¶

Post hec vero cū esset dies festus dñi ⁊ factū esset prandiū bonū in domo tobie: dixit filio suo · vade ⁊ adduc aliquos de tribu nra timētes deū: ut epulent nobiscū. Cūꝫ abisset: reūsus nūciauit ei vnum ex filijs isrl' iugulatū iacere in platea. Statimꝫ exiliēs de accubito suo · relinquēs prandiū ieiunꝰ venit ad corpꝰ: tollēsꝫ illud · portauit ad domū suā occulte: ut dum sol occubuisset caute sepeliret eū. Cūꝫ occultasset corpꝰ · māducauit panē cū luctu ⁊ tremore: memorās illum sermonē quē dixit dñs ꝓ amos ꝓpheram. Dies festi vestri cōuertent in lamentationē ⁊ luctū. Cū vero sol occubuisset: abiit ⁊ sepliuit eū. Arguebāt aūt eū omnes ꝓxīmi eiꝰ · dicētes. Iam huiꝰ rei causa interfici iussus es: et vix effugisti mortis imperiū: et iterꝫ sepelis mortuos? Sed tobias plus timens deū ꝙꝫ regem · rapiebat corpora occultoꝫ ⁊ occultabat i domo sua: et mediis noctibꝫ sepeliebat ea. Contigit aūt ut quadā die fatigatꝰ a sepultura veniēs domum iactasset se iuxta parietem et obdormisset: ⁊ ex nido hirundinū dormienti illi calida stercora inciderent sup oculos eiꝰ: fieretꝫ cecus. Hāc aūt temptationem ideo permisit dñs euenire illi: ut posteris daret exemplū patientie eiꝰ: sicut ⁊ sancti iob. Nā cū ab infantia sua semp deū timuerit: et mādata eiꝰ custodierit · non est contristatꝰ cōtra dñm ꝙ plaga cecitatis euenerit ei: sed immobilis in dei timore ꝑmansit: agens gratias deo omnibꝫ diebus vite sue. Nam sicut beato iob insultabāt reges: ita illi parentes ⁊ cognati eiꝰ irridebāt vitam eiꝰ dicentes. Vbi est spes tua ꝙ qua elimosinas ⁊ sepulturas faciebas? Tobias vero increpabat eos dicēs. Nolite ita loqui: quoniā filij sanctorū sumꝰ · et vitam illā expectamꝰ: quā deꝰ daturus ē his qui fidē suā nunqꝫ mutāt ab eo. Anna vero uxor eiꝰ ibat ad opꝰ textrinū quotidie: et de labore manuū suarum victum quē cōsequi poterāt deferebat. Vnde factum est: ut hedum caprarū acciperet · deculisset domi. Cuiꝰ cum vocem balantis vir eius audisset · dixit. Videte ne forte furtiuꝰ sit. Reddite eū dñis suis: quia nō licet nobis aut edere ex furto aliquid aut cōtingere. Ad hec uxor eius irata respondit. Manifeste vana facta est spes tua: et elemosine tue paruerūt. Atꝫ his ⁊ alijs huiusmodi vobis exprobrabat ei. ¶

Gunt tobias ingemuit · et cepit orare cū lacrimis dicēs. Iustꝰ es dñe: et omnia iudicia tua vera sunt: ⁊ omnes vie tue misericordia et veritas ⁊ iudiciū. Et nūc dñe memor esto mei: ⁊ ne vindictā sumas de peccatis meis: neqꝫ reminiscaris delicta mea uel parentū meoꝝ. Quoniam nō obediuimꝰ ꝑceptis tuis ideo traditi sumꝰ i captiuitē · et captiuitatem et mortem · et in fabulā: et i improperiū omnibꝫ nationibꝫ in quibus dispersisti nos. Et nūc domine magna iudicia tua: quia nō

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0538
powered by DWork • Heidelberg University Library

egimus secundum precepta tua: et nō ambulauim⁹ sincerit̄ coram te. Et nunc dñe secundū voluntatem tuam fac mecū: et p̄cipe in pace recipi spīm meum. Expedit enim michi mori magis quā viuere. Eadem itaq; die contigit ut sara filia raguelis ī rages ciuitate medorū · et ipsa audiret impropriū ab vna ex ancillis patris sui: quoniā tradita fuerat septē viris: ⁊ demonīū nomine asmodeus occiderat eos · mox ut ingressi fuissent ad eā. Ergo cū pro culpa sua increparet puellam: respondit ei dicens. Amplius ex te nō videamus filiū aut filiā sup terram: interfectrix virorū tuoz. Numquid et occidere me vis sicut etiam occidisti septē viros? Ad hanc vocem percrexit ī superius cubiculū dom⁹ sue: ⁊ tribz diebz ⁊ tribz noctibz nō manducauit neq; bibit: sed in oratione persistēs cū lacrimis deprecabat deū · ut ab isto impropriō liberaret eam. Factū est aūt die tercia dum compleret orationē: benedicens dñm dixit. Benedictum est nomen tuum deus patrū nostrorū: qui cū iratꝰ fueris misericordiā facies: et in tp̄ore tribulationis pcā dimittis his qui inuocant te. Ad te dñe faciem meā cōuerto: ad te oculos meos dirigo. Peto dñe ut de vinculo impropriī hui⁹ absoluas me: aut certe de super terram eripias me. Tu scis dñe quia numq; cōcupiui virum: et mūdam seruauī aīam meam ab omni concupiscentia. Numq; cū ludentibus miscui me: neq; cū his qui in leuitate ambulant participē me pbui. Virū aūt cum timore tuo non cum libidine mea cōsensi suscipere. Et aut ego indigna fui illis: aut illi forsitan michi nō fuerunt digni: qui forsitan viro alij cōcubuistī me. Non est enim in hominis potestate consiliū tuum. Hoc aūt pro certo habet omnis qui colit te: quia vita eius si in pbatione fuerit coronabit̄: si aūt in tribulatione fuerit liberabit̄: et si in correptione fuerit ad misericordiā tuā pueniē licebit. Non enī delectaris in perditionibus nostris: quia post tempestatē tranquillū facis: et post lacrimationem ⁊ fletū exultationē infundis. Sit nomen tuum deus isrl benedictum in secula. In illo tempore exaudite sunt pces amborū in conspectu glorie summi dei: et missus est angelus dñi sanctus raphael ut curaret eos ambos quorū uno tempore sunt orationes in conspectu dominī recitate. ℣

Igitur cū tobias putaret orationē suā exaudiri ut mori potuisset: vocauit ad se tobiā filiū suū: dixitq; ei. Audi fili mī verba oris mei: et ea ī corde quasi fundamentū construe. Cum acceperit deus aīmā meam · corp⁹ meum sepeli: et honorem habebis mami tue omnibz diebus vite eius. Memor enī esse debes: que et quanta pericula passa sit p̄ter te in utero suo. Cum aūt ⁊ ipa compleuerit tempus vite sue: sepelias eam circa me. Omnibz autem diebus vite tue ī mente habeto deū: et cave ne aliquando peccato consentias: et preterieris precepta dei nostri. Ex substantia tua fac elimosinā: et noli auertere faciē tuā ab vllo paupere. Ita enim fiet: ut nec a te auertatur facies dñi. Quomodo potueris: ita esto misericors. Si multū tibi fuerit abunanter tribue: si exiguū tibi fuerit etiam exiguū libenter impertiri stude. Premiū enī bonū tibi thesaurizas in die necessitatis: quoniā elimosina ab omni

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0539
powered by DWork • Heidelberg University Library

peccato et a morte liberat: et nõ patiẽ
animã ire in tenebras. Fiducia ma-
gna erit coram summo deo elemosina:
omnibus facientibꝫ eã. Attende tibi
fili mi ab omni fornicatione: et preter
uxorem tuam nunqꝫ patiaris crimen
scire. Superbiam nunqꝫ in tuo sensu
aut in tuo uerbo dominari permittas.
In ipa enim initium sumpsit omnis
perditio. Quicunqꝫ tibi aliquid operis
fuerit: statim ei mercedẽ redde: et mer-
ces mercennarij tui apud te omnino
non remaneat. Quod ab alio oderis
fieri tibi: uide ne tu aliquando alteri
facias. Panẽ tuum cum esurientibꝫ
et egentibus comede: et de uestimẽtis
tuis nudos tege. Panem tuũ et uinũ
tuũ super sepulturã iusti constitue: et
noli ex eo manducare et bibere cũ pec-
catoribꝫ. Consilium semper a sapiẽte
perquire. Omni tẽpore benedic deum:
et pete ab eo ut uias tuas dirigat: et
omnia cõsilia tua in ipso permaneant.
Indico etiã tibi fili mi dedisse me decẽ
talenta argenti dum infãtulus esses
gabelo ī rages ciuitate medorũ: et ci-
rographũ ei⁹ apud me habeo. Et ideo
pecẽre quomodo ad eũ queuias: et re-
cipias ab eo supra memoratũ põdus
argenti: et restituas ei cirographum
suũ. Noli timere fili mi: pauperẽ qui-
dẽ uitã gerimus: sed multa bona habe-
bim⁹ si timuerim⁹ deũ: et recesserim⁹ ab
omni peccato: et fecerimus bene.

Tunc respondit tobias patri suo
et dixit. Omnia quecunqꝫ prece-
pisti michi: faciam pater. Quomodo
autẽ pecuniã hãc inquiram: ignoro.
Ille me nescit: et ego eum ignoro. Nõ
signũ dabo ei: sed neqꝫ uiã per quã
pergatur illuc: aliquando cognoui.
Tunc pater suus respondit illi: et dixit.
Cirographum quidẽ illius apud me
habeo: qñ dum illi ostenderis statim
restituet. Sed perge nũc: et inquire tibi
aliquẽ fidelem uirũ: qui eat tecũ salua
mercede tua: dum adhuc uiuo: ut re-
cipias eam. Tunc egressus tobias: in-
uenit iuuenẽ stantẽ splendidũ precin-
ctum: et quasi paratũ ad ambulãdũ.
Et ignorãs q⁹ angel⁹ dei esset: saluta-
uit eũ: et dixit. Unde te habem⁹ bone
iuuenis? At ille respondit. Ex filiis
israhel. Et tobias dixit ei. Nosti uiã
que ducit in regionẽ medorũ? Cui re-
spondit. Noui: et omnia itinera eius
frequenter ambulaui: et manli apud
gabelum fratrẽ nr̃m qui moratur in
rages ciuitate medorũ que posita est
in mõte egbatanis. Cui tobias ait.
Sustine me obsecro: donec hec ipsa
nunciem patri meo. Tũc ingressus to-
bias: indicauit uniuersa hec patri suo.
Unq que admiratꝰ pater: rogauit ut
introiret ad eum. Ingressus itaqꝫ sa-
lutauit eũ: et dixit. Gaudiũ tibi sit sem-
per. Et tobias ait. Quale gaudium
michi erit: qui ī tenebris sedeo: et lumẽ
celi nõ uideo? Cui ait iuuenis. Forti
animo esto: in proximo est ut a deo cu-
reris. Dixit itaqꝫ illi tobias. Nunquid
poteris producere filiũ meũ ad gabelum
in rages ciuitatẽ medorũ? Et cũ redie-
ris: restituã tibi mercedẽ tuã. Et dixit
ei angelus. Ego ducã: et reducã eum
ad te. Cui tobias respõdit. Rogo te:
indica michi. De qua domo: aut de
qua tribu es tu? Cui raphael angel⁹
dixit. Genus quereris mercennarij: an
ipm mercennarium qui cum filio tuo
eat? Sed ne forte solicitũ te reddã: ego
sũ azarias: ananie magni filius. Et to-
bias respondit. Ex magno genere es
tu. Sed pro me iratus: q⁹ voluerim

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0540
powered by DWork • Heidelberg University Library

roguolcere genus tuum. Dixit autē illi angelus. Ego sanum ducam: et sanum tibi reducā filium tuum. Respondēs autem tobias ait. Bene ambulēis: et sit dominus in itinere vīo: et angelus eius comitet vobiscū. Tūc paratis omnibus que erāt in via portanda: fecit tobias vale patri suo: et matri sue: et ambulauerunt ambo simul. Cumq; pfecti essent: cepit mater eius flere et dicere. Baculum senectutis nostre tulisti: et transmisisti a nobis. Sumq; fuisset ipsa pecunia: pro qua misisti eum. Sufficiebat nobis paupertas nostra: ut diuitias computaremus hoc: q; videbamus filiū nrm. Dixitq; ei tobias. Stoli flere. Saluꝰ veniet filius noster: et saluꝰ reuertet ad nos: et oculi tui videbūt illū. Credo enim q; angelus dei bonꝰ comitet ei: et bene disponet omnia que circa eum gerūtur: ita ut cum gaudio reuertatur ad nos. Ad hanc vocem cessauit mater eius flere: et tacuit.

Profectus est aūt tobias: et canis secutus est eū: et mansit prima mansione iuxta fluuiū tigrim. Et exiuit ut lauaret pdes suos: et ecce pisces immanis exiuit ad deuorandū eum. Quē expauescēs tobias: clamauit voce magna dicēs. Dñe: inuadit me. Et dixit ei angelꝰ. Apprehende brancā eius: et trahe eū ad te. Quod cum fecisset attraxit eum in siccum: et palpitare cepit ante pdes eiꝰ. Tūc dixit ei angelꝰ. Exenterā hūc piscem: et cor eiꝰ: et fel: et iecur repone tibi. Sunt enim hec necessaria ad medicamēta utiliter. Qū cum fecisset assauit carnes eiꝰ: et secū sustulerūt in via: reliqua salierunt que sufficerēt eis: quousq; venirent in regiones ciuitatem medoꝝ. Tūc interrogauit tobias angelū: et dixit ei. Obsecro te azaria frater: ut dicas michi quod remediū habebūt ista que de pisce seruare iussisti. Et respondens angelꝰ dixit ei. Cordis eius particulā si sup carbones ponas: fumꝰ eius expellit omne genus demoniorum siue a viro siue a muliere: ita ut ultra nō accedat ad eos. Et dixit ei tobias. Vbi vis ut maneamus? Respondensq; āgelus ait. Est hic raguel nomine vir q̄nquus de tribu tua: et hic habet filiā nomine saram: sed neq; masculū neq; feminam ullam habet aliā p̄ter eā. Tibi debetur oīīs substātia eiꝰ: et oportet eā te accipere coniugem. Pete ergo eā a patre eiꝰ: et dabit tibi eā uxorē. Tūc respondit tobias: et dixit. Audio quia tradita est septem viris: et mortui sunt: sed et hoc audiui: quia demoniū occidit illos. Timeo ergo ne forte et michi hec eueniant: et cum sim unicus parētibz meis: deponam senectutem illorū cū tristicia ad inferos. Tunc angelus raphael dixit ei. Audi me: et ostendam tibi: qui sunt quibz p̄ualere potest demonium. Isti nāq; qui coniugiū ita suscipiunt: ut deū a se et a sua mente excludant: et sue libidini ita vacent sicut equus et mulus quibus non est intellectus: habet potestatem demonium super eos. Tu autem cum acceperis eam: ingressus cubiculū per tres dies cōtinens esto ab ea; et nichil aliud nisi orationibus vacabis cū ea. Ipsa aūt nocte: incenso iecore piscis fugabitur demoniū. Secunda vero nocte: in copulatione sanctoꝝ patriarchaꝝ admitteris. Tercia vero nocte benedictionem consequeris: ut filij ex vobis procreentur incolumes. Trāsacta autem tercia nocte accipies virginē cum

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0541
powered by DWork • Heidelberg University Library

timore dñi · amore filiorū magis q̄ libidinis duc⁹ : ut in semine abrahe benedictionē i filijs ꝫsequaris. vñ

Ingressi sunt aūt ad raguelem : et suscepit eos raguel cū gaudio . Inuensq; tobiam raguel : dixit anne uxori sue. Quā similis est iuuenis iste consobrino meo. Et cum hec dixisset · ait. Unde estis iuuenes fratres nostri ? At illi dixerunt. Ex tribu neptalim sum⁹ : ex captiuitate niniue . Dixitq; illis raguel. Nostis tobiam fratrem meū ? Qui dixerunt. Nouim⁹. Cumq; multa bona loqueret de eo : dixit angelus ad raguelem. Tobias de quo interrogas · pater istius est. Et misit se raguel · et cum lacrimis osculat⁹ est eū : ⁊ plorās supra collum eius dixit . Benedictio sit tibi fili mi : quia boni ⁊ optimi uiri filius es. Et anna uxor eius ⁊ sara iporum filia lacrimate sūt. Postq̄ aūt locuti sunt : p̄cepit raguel occidi arietē · et parari cōuiuium. Cumq; hesitarent eos discumbere ad prandiū : tobias dixit. Nisi ego hodie nō māducabo neq; bibam : nisi prius petitionē meam confirmes : et promittas michi dare sarā filiā tuam. Quo audito uerbo raguel repauit · sciens quid euenerit illis septē uiris · qui ingressi sunt ad eā : ⁊ timere cepit · ne forte et huic similiē contingeret. Et cū mutaret et non daret ullum petenti responsū : dixit ei angel⁹. Noli timere dare eā illi : quoniā huic timēti deū debet̄ dari uxor filia tua . Propterea alius non potuit habere illā. Tūc dixit raguel. Non dubito q̄ deus p̄ces et lacrimas meas i conspectu suo admiserit . Et credo quoniam ideo fecit vos uenire ad me : ut ⁊ ista coniungeretur cognationi sue · secūdum legem moysi. Et nunc noli dubiū gerere : q̄ tibi eam tradam . Et apprehendens dexterā filie sue : dextere tobie tradidit dicens. Deus abrahā et deus ysaac et deus iacob uobiscū sit · et ipse coniungat uos : impleatq; benedictionē suā in uobis. Et accepta carta · fecerūt conscriptionē cōiugij. Et post hec epulati sunt : benedicentes deū. Vocauitq; raguel ad se annā uxorē suā : et precepit ei ut p̄pararet alteq; cubiculū. Et introduxit illuc sarā filiā suā : et lacrimata est . Dixitq; ei . Fortis animo esto filia mea. Dominus celi det tibi gaudium pro tedio quod perpessa es. vñ

Postq̄ uero remanserunt : introduxerūt iuuenem ad eam. Recordatus itaq; tobias sermonū angeli protulit de sacculo suo partē iecoris : posuitq; eam sup carbones uiuos . Tūc raphael āgelus apprehendit demoniū : et relegauit eum in deserta superioris egipti . Tunc hortat⁹ est uirginē tobias : dixitq; ei. Sara exurge et deprecemur deum hodie et cras et sedm cras : quia his tribus noctibus deo iungimur : tertia aūt transacta nocte · in nostro erimus cōiugio . Filij quippe sanctor⁹ sum⁹ : et nō possum⁹ ita cōiungi sicut et gentes que ignorant deū . Surgentes autem pariter instanter orabant ambo simul : ut sanitas daretur eis. Dixitq; tobias . Dñe de⁹ patrū nrōr benedicant te celi terre mareq; et fontes et flumina : ⁊ omnes creature tue que in eis sunt . Tu fecisti adā de limo terre : dedistiq; ei adiutoriū suam. Et nunc domine tu scis quia nō luxurie causa accipio sororem meā coniugem : sed sola posteritatis dilectione in qua benedicat nomē tuū i secula seculor⁹. Dixit itaq; sara. Miserere nobis domine · miserere nobis : ⁊ consenescamus ābo

percussit illū dñs deus noster. Vivit aūt ipse dominus quoniam custodiuit me angelus eius et hinc euntem et ibi cōmorantem et inde huc reuertentem: et non permisit me dñs auxillam suam coinquinari: sed sine pollutione peccati reuocauit me vobis gaudentem in victoria sua in exaltatione mea in liberatione vestra. Cōfiteamur illi omnes quoniā bonus: quoniā in seculum misericordia eius. Vniuersi aūt adorātes dñm dixerūt ad eam. Benedixit te dñs in virtute sua: qui per te ad nichilū redegit inimicos nros. Porro ozias princeps pli israhel dixit ad eam. Benedicta es tu filia a dño deo excelso pre omnibz mulieribus super terrā. Benedictus dñs qui creauit celū et terrā qui te direxit in vulnera capitis principis inimicoz nostroz: quia hodie nomē tuū ita magnificauit ut nō recedat laus tua de ore hominū qui memores fuerint virtutis domini in eternū: pro quibus non pepercisti anime tue propter angustias et tribulationem generis tui: sed subuenisti ruine ante conspectū dei nostri. Et dixit omnis populus fiat fiat. Porro achior vocatus venit. Et dixit ei. Deus israhel cui tu testimoniū dedisti quō ulciscatur se de inimicis suis: ipse caput omniū incredulorū inciderit in hac nocte in manu mea. Et ut probes quia ita est: ecce caput holofernis qui in cōtemptu superbie sue deum israhel contempsit et tibi in exitium minabatur dicens: cū captus fuerit populus israhel gladio perforari precipiā latera tua. Videns aūt achior caput holofernis angustiarū pre pauore recidit in faciem suā sup terrā: et exstinctus est anima eius. Postea vero quam exhilaratus spiritu recreatus est: pedes eius et adorauit eā et dixit. Benedicta tu a deo tuo in omni tabernaculo iacob: quoniam in omni gente que audierit nomen tuum magnificabitur super te deus israhel. xvij

Dixit aūt iudith ad omnem plm. Audite me fratres. Suspendite caput hoc super muros nostros: et erit cum exierit sol arripiat unusquisq arma sua et exite cum impetu: non ut descendatis deorsum sed quasi impetum facientes. Tūc exploratores necesse erit ut fugiant ad principem suum excitandum ad pugnā. Cumq duces eorū concurrerint ad tabernaculū holofernis et inuenerint eū truncū in suo sanguine uolutatū: decidet sup eos timor. Cūq cognouerint fugere eos ite post illos securi: quū dñs conteret eos sub pedibz uestris. Tunc achior uidēs virtutem quā fecit deus israhel relicto gēntilitatis ritu credidit deo et circuncidit carnem prepucij sui et applicuit est ad plm israhel: et omnis successio generis eius usq in hodiernū diem. Mox aūt ut ortus est dies suspenderūt sup muros caput holofernis: accepitq unusquisq vir arma sua: et egressi sūt cum grandi strepitu et ululatu. Quod uidentes exploratores ad tabernaculum cucurrerūt. Porro hij qui in tabernaculo erant uenientes et ante ingressū cubiculi pertrepentes excitandi gratia inquietudinē arte molichabātur: ut nō ab excitantibz sed a sonantibus holofernes euigilaret. Nullus enim audebat cubiculū virginis assirioz pulsando aut inuando aperire. Sed cū uenissent eius duces ac tribuni et uniuersi maiores exercitus assirioz: dixerūt cubicularijs. Intrate et excitate illū: quoniam egressi muros de cauernis suis

aufi sūt ꝓuocare nos ad preliū. Tūc ingressus vagao tubiculū eius fecit ante cortinā: ⁊ plausum fecit manibꝫ suis: suspicabat enī illū cū iudith dormire. Sed cū nullū motū iacentis sensu auriū caperet: accessit ꝓximans ad cortinā: et eleuās eam vidit cadauer absqꝫ capite holofernis i suo sanguine rabefactū iacere sup terrā: exclamauit voce magna cū fletu: et scidit vestimenta sua. Et ingressus tabernaculū iudith nō inuenit eā. Et exiliuit foras ad ꝓximū: et dixit. Vna mulier hebrea fecit confusionem in domo regis nabuchodonosor. Ecce enim holofernes iacet in terra: et caput eius nō est i illo. Nō dum audissent principes virtutis assiriorum: scidērūt omnes vestimenta sua: ⁊ intollerabilis timor ⁊ tremor cecidit sup eos: et turbati sunt animi eoꝝ valde. Et factꝰ est clamor i comparabilis i medio castroꝝ eoꝝ. xv

Cumqꝫ omnis exercitus decollatū holofernē audisset: fugit mens et consilium ab eis: et solo tremore et metu agitati fuge ꝓsidium sumūt: ita ut nullus loqueretur cum ꝓximo suo: sed inclinato capite relictis omnibus cuadere festinabāt hebreos: quos armatos sup se venire audierāt: fugientes per vias camporꝫ ⁊ semitas collium. Videntes itaqꝫ filij israhel fugientes secuti sunt illos: descenderuntqꝫ clangentes tubis et ululantes post ipsos. Et quoniā assiriꝫ nō admati i fugam ibant precipites: filij aūt israhel uno agmine ꝓsequentes: debilitabant omnes quos inuenire potuissēt. Misitqꝫ ozias nuncios per omnes ciuitates et regiones israhel. Omnis itaqꝫ regio: omnisqꝫ urbs electam iuuentutem armatam misit post eos: et ꝓsecuti sunt eos in ore gladij quousqꝫ peruenirēt ad extremitatem finiū suorum. Reliqui autem qui erant in bethulia: ingressi sūt castra assiriorū: et predā quā fugientes assiriꝫ reliquerant abstulerunt: ⁊ ditati sunt valde. Ipsi vero qui victores reuersi sūt ad bethuliam: omnia queqꝫ erant illorū abstulerunt secū: ita ut nō esset numerus in pecoribꝫ in iumentis et uniuersis mobilibus eoꝝ: ut a minimo usqꝫ ad magnum omnes diuites fierent de ꝓdationibus eoꝝ. Ioachim aūt summus ponteꝝ de ierusalē venit in bethuliam cū uniuersis ꝓsbiteris suis: ut videret iudith. Que cū exisset ad illū benedixerunt illā omnes una voce dicentes. Tu gloria ierusalem: tu letitia israhel: tu honorificentia ꝓli nostri: quia fecisti uiriliter et confortatum est cor tuū eo nō castitatem amauerīs: et post uirum tuū alterum nesciēris: ideo et manus dñi confortauit te: et ideo eris benedicta in eternū. Et dixit omnis populus fiat fiat. Per dies aūt triginta uix collecta sunt spolia assiriorum a ꝓlo israhel. Porro aūt uniuersa q̄ holofernis ꝓculiaria fuisse probata sunt: dederūt iudith in auro et argento et uestibus et gemmis et omni supellectili: et tradita sunt omnia illi a populo. Et omnes ꝓli gaudebant cum mulieribus et uirginibus ⁊ iuuenibꝫ: i organis ⁊ cytharis. xvi

Sunt cāt̄auit cantiū hoc dño iudith dicēs. Incipite dño in tympanis: cāte dño in cymbalis: modulamini illi psalmū nouum exultate et inuocate nomen eius. Dominꝰ conterens bella: dñs nomen est illi: qui posuit castra sua in medio populi sui: ut eriperet nos de manu omniū inimicoꝝ

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0559
powered by DWork • Heidelberg University Library

nostrorum. Venit assur cū montibs ab aquilone in multitudine fortitudinis sue: cuius multitudo obturauit torrentes et equi eoꝝ cooperuerūt valles. Dixit se incensurū fines meos: et iuuenes meos occisurū gladio: infantes meos dare in predā: et virgines in captiuitatē. Dominus aūt omnipotens nocuit eum: et tradidit eū in manus femine: et cōfudit eū. Non enī cecidit potens eorū a iuuenibs: nec filij tyranni pulserunt eū nec excelsi gigātes impetuerūt se illi: sed iudith filia merari in specie facies sue dissoluit eū. Exuit enī se vestimēta viduitatis: et induit se vestimenta leticie in exultatione filiorū isrl. Unxit faciem suā ungēto: colligauit crinnos suos mitra ad decipiendū illū. Sandalia ei⁹ rapuerūt oculos ei⁹: pulcritudo ei⁹ captiuā fecit animam eius: amputauit gugione cervicē ei⁹. Horruerūt pcse constantiā ei⁹: et medi audaciā eius. Tunc vlulauerūt castra assiriorū quādo apparuerūt humiles mei: arescentes in siti. Filij puellarum compunxerūt eos: et sicut pueros fugientes occiderūt eos: perierunt in plio a facie dñi dei mei: ymnum cantemus domino: ymnum nouum cantemus deo nro. Adonai dñe magnus es tu et preclar⁹ in virtute: et quem superare nemo potest. Tibi seruiat omnis creatura tua: quia dixisti: et facta sūt: misisti spiritū tuum et creata sunt: et nō est q̄ resistat voci tue. Montes a fundamētis mouebunt cum aquis: petre sicut cera liquescent ante facē tuā. Qui autem timent te magni erunt apud te p omnia. Ve genti insurgenti sup genꝝ meū. Dominꝰ enī omnipotens vindicauit in eis: in die iudicij visitabit illos. Dabit enim ignē: et vermes in carnes eorum: ut urantur et sentiant usq; in sempiternū. Et factū est post hec: omnis populus post victoriā venit in iherusalem adorare dñm: et mox ut purificati sunt obtulerūt omnes holocausta: et vota et repromissiones suas. Porro iudith vniuersa vasa bellica holofernis que dedit illi pplus: et canopeū qđ ipsa sustulerat posuit in anathema oblionis. Erat aūt pplus iocundus scōm faciem sanctoꝝ: et per tres menses gaudium huius victorie celebratū est cum iudith. Post dies aūt illos vnusquisq; rediit in sua: et iudith magnificata est in bethulia: et pclarior erat vniuerse terre isrl. Erat etiam virtuti castitatis adiuncta: ita ut nō cognosceret virum omnibus diebs vite sue: ex quo defunctus est manasses vir eius. Erat aūt diebus festis predens cū magna gloria. Mansit aūt in domo viri sui annos centū quinq; et dimisit abram suam libertam: et defuncta est ac sepulta cum viro suo in bethulia: luxitq; illam omnis pplus diebus septem. In omni aūt spatio vite eius non fuit qui conturbaret israhel: et post mortem eius annis multis. Dies autem victorie huius festiuitatis: ab hebreis in numero sanctorū dierum accipitur: et colitur a iudeis ex illo tpe usq; in presentem diē.

Explicit iudith incipit prologus in librum hester

Librum hester variis translatoribus constat esse vitiatū: quē ego de archiuis hebreorū releuans verbū e verbo expressius transtuli. Quē librū editio vulgata latinioris hinc inde verborū limbus trahit: addens ea que ex tempore dici poterāt: et audiri: sicut solitū est scolaribus disciplinis supra

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0560
powered by DWork • Heidelberg University Library

thenaice recogitare · quibꝫ verbis uti potuit qui iniuriam passus est · uel ille qui iniuriã fecit. Vos aũt o paula et eustochium quoniam ꝫ bibliothecas hebreoꝝ studuistis intrare · et interpretum certamina comprobastis · tenentes hester hebraicũ librum per singla verba nostram translationẽ aspicite: ut possitis agnoscere me nichil etiam augmentasse addendo: sed fideli testimonio simpliciter sicud in hebreo habetur · historiã hebraicam latine linguæ tradidisse. Nec affectam⁹ laudes hominũ nec vituperationes reppauescimus: deo enĩ placere curantes minas hominũ penitus nõ timem⁹: quoniã deus dissipat ossa eoꝝ qui hominibꝫ placere desiderãt: et sẽm apostolum qui eiusmodi sunt xpi serui esse non possunt. Rursum in libro hester alphabetum ꝛe minio usq; ad theta literam ponem⁹ duobꝰ distinctis in locis: uolẽtes scilicet septuaginta interpretũ ordinẽ per hec insinuare studioso lectori. Nos enim iuxta morẽ hebraicũ ordinem ꝓsequi etiã in septuaginta editione maluim⁹.

Incipit hester explicit ·

Et factũ est in diebꝫ assueri qui regnauit ab india usq; ethiopiã sup centũ uiginti septem prouincias: quando sedit in solio regni sui · susa ciuitas regni eius ꝛegordium fuit. Tercio igitur ãno imperij sui fecerat grande conuiuiũ cunctis principibus · et pueris suis fortissimis persarum ꝫ medoꝝ inclitis et ꝓfectis prouinciarum coram se: ut ostenderet diuicias glorie regni sui ac magnitudinem · atq; iactantiã potentie sue multo tempore: centũ uidelicet et octoginta diebꝰ. Cũq; implerentur dies conuiuii · inuitauit omnẽ ꝑpm qui inuentus est in susis a maximo usq; ad minimũ: et iussit septem diebus conuiuiũ preparari in uestibulo ortꝰ et nemoris · qũ regio cultu et manu constitutum erat. Et pendebãt ꝛe omnĩ parte tentoria aerei coloris et carbasini ac iacinctini · substrata sunibus byssinis atq; purpureis: qui eburneis circulis inserti erãt et columnis marmoreis fulciebantur. Lecti ũ aurei et argentei · sup pauimentum smaragdino ꝫ pario stratũ lapide dispositi erant · qũ mira uarietate pictura decorabat. Bibebant aũt qui inuitati erant · aureis poculis: et alijs atq; alijs uasis ibi inferebantur. Vinum quoq; ut magnificentia regia dignum erat habundans et ꝓpinũ ponebatur: nec erat qui nolentes cogeret ad bibendũ: sed sic ꝛe statuerat proponens mensis singulos de principibꝫ suis: ut sumeret unusquisq; qũ uellet. Vasthi ũ regina fecit conuiuiũ feminarum in palatio ubi ꝛe assuer⁹ manere cõsueuerat. Itaq; die septimo cũ ꝛe esset hilarior et post nimiã potionem incaluisset mero · ꝓcepit mumãi et bazatha et arbona et bagatha et abgatha et zarath et carchas septem eunuchis qui in cõspectu eius ministrabant · ut introducerent vasthi reginã coram rege · posito sup caput eius diademate: ut ostenderet cũctis ꝑplis et principibus eius pulcritudinem. Erat enĩ pulcra valde. Que renuit et ad regis imperiũ quod per eunuchos mandauerat uenire contempsit. Vnde iratus ꝛe et nimio furore succensus · interrogauit sapientes qui ꝛe more regio semper adherebãt et illoꝝ sciebat cũcta consilio · scientiũ leges ac iura maiorum: erant aũt primi et ꝓximi charsena et zethar et admatha et tharsis ꝫ mares et marsana et mamucha septẽ duces

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0561
powered by DWork • Heidelberg University Library

perſarum atq; medorū·qui videbant faciem regis et primi poſt eum reſidere ſoliti erant: cui ſententie vaſthi regina ſubiacere que aſſueri regis imperium qđ per eunuchos mandauerat·facere noluiſſet. Reſpondit q; mamucha audiente rege atq; principibus. Non ſolum regem leſit regina vaſthi·ſed omnes pſides et prīcipes qui ſūt in cunctis prouinciis regis aſſueri. Egrediet enim ſermo regine ad oēs mulieres ut contemnāt viros ſuos ⁊ dicāt. Rex aſſuerus iuſſit ut regina vaſthi introiret ad eum·et illa noluit: atq; hoc exemplo omnes principū cōiuges perſarum atq; medoꝝ paruipendent imperia maritorū. Vnde regis iuſta eſt indignatio. Si tibi placet egrediatur edictū a facie tua·et ſcribat iuxta legē perſarū atq; medorū quā preterire illicitum eſt: ut nequaq; ultra vaſthi ingrediatur ad regem·ſed regnū illius altera que melior eſt illa accipiat. Et hoc in omne qđ latiſſimū eſt prouinciarum tuarū diuulgetur imperium: ⁊ cūcte uxores tam maioꝝ quā minorum deferant honorē ſuis honorem. Placuit conſiliū eius regi ⁊ principibꝫ: fecitq; iuxta cōſiliū mamucha et miſit epiſtolas ad uniuſas puincias regni ſui: ut queq; gēs audire et legere poterat diuſis linguis ⁊ literis·eſſe viros prīcipes ac maiores in domibꝫ ſuis: et hoc per cunctos pſides diuulgari. ¶

His ita geſtis poſtq; regis aſſueri indignatio deferbuerat·recordata eſt vaſthi que fecerat uel que paſſa eſſet·dixerūq; pueri regis ac miniſtri eius. Querātur regi puelle virgines ac ſpecioſe·⁊ mittantur qui conſiderent per uniuſas prouincias puellas ſpecioſas et virgines: ⁊ adducant eas ad ciuitatem ſuſan·et tradant in domū feminarū ſub manu egei eunuchi qui eſt prepoſitus et cuſtos mulierū regiarum: et accipiāt mundū muliebrem ⁊ cetera ad uſus neceſſaria. Et quecūq; inter oēs oculis regis placuerit·ipa regnet p vaſthi. Placuit ſermo regi: ⁊ ita ut ſuggeſſerāt iuſſit fieri. Erat vir iudeꝰ in ſuſis ciuitate vocabulo mardocheus filius iair filij ſemei·filij cis de ſtirpe iemini·qui tranſlatus fuerat de ieruſalem·eo tpe quo iechoniam regem iuda nabuchodonoſor rex babilonis trāſtulerat: qui fuit nutritius filie fratris ſui ediſſe que altero nomine vocabat hester·et utrūq; parentem amiſerat·pulcra nimis et decora facie. Mortuiſq; patre eius ac matre·mardocheus ſibi eam adoptauit in filiam. Cumq; peruulgatus eſſet regis imperium·⁊ iuxta mandatum illius multe pulcre virgines adducerentur ſuſan·et egeo traderētur eunucho: hester quoq; inter ceteras puellas ei tradita eſt ut ſeruaretur in numero feminaꝝ. Que placuit ei et inuenit gratiā in cōſpectu illius. Et pcepit eunucho ut accelerares mundum muliebrē et traderet ei partes ſuas·et ſeptem puellas ſpecioſiſſimas de domo regis: ⁊ tam ipam quā pediſſequas eius ornaret atq; excoleret. Que noluit indicare ei pſin ⁊ patriā ſuam Mardocheus enī precepera ei ut de hac re omnino reticeret: quī deambulabat cotidie ante veſtibulū domus in qua electe virgines ſeruabāntur: curā agens ſalutis hester·et ſcire volēs quid ei accideret. Cum autem veniſſet tempꝰ ſingulaꝝ per ordinē puellaꝝ ut introiret ad regem·expletis oīnibꝫ que ad cultū muliebrem pertinebāt menſis duodecimus uenerabatur: ita dūtaxat ut ſex

mēles oleo ungerent̄ mirrino·et aliis
rē quibusdam pigmentis et aromatibus utcrentur. Ingrediencsq; ad regem·quicquid postulassent ad ornatum pertinēs accipiebāt et ut eis placuerat: cōposite de triclinio feminarū ad regis cubiculū transiebat. Et que intrauerat vespere egrediebat̄ mane: atq; inde in secūdas edes deducebantur que sub manu salagazi eunuchi erāt· qui cōcubinis regis p̄sidebat: nec habebat potestatem ad regem ultra redeundi nisi voluisset rex·et eā vocare iussisset rē nomine. Euoluto aūt tēpore per ordinem: instabat dies quo hester filia abiahil fratris mardochei·quā sibi adoptauerat in filiā·deberet intrare ad regem. Que non quesiuit muliebrem cultū: sed quecūq; voluit regeus eunuchus custos virginum·hec ei ad ornatū dedit. Erat enī formosa valde et incredibili pulcritudine: omnium oculis gratiosa et amabilis videbat̄. Ducta ē itaq; ad cubiculū regis assueri mense decimo qui vocatur thebeth· septimo anno regni ei9: et adamauit eā rex plusquā omnes mulieres: habuitq; gratiā et misericordiā coram eo sup omnes mulieres: et posuit diadema regni in capite eius: fecitq; eā regnare in loco vasthi. Et iussit conuiuiū preparari permagnificū cunctis p̄ncipibus et seruis suis·pro coniunctione et nuptiis hester. Et dedit requiē vniuersis p̄uincijs: ac dona largiū est iuxta magnificentiā principalem. Cumq; secūdo quererētur virgines·et congregarentur·mardocheus manebat ad ianuam regis: nec dūq; p̄uiderat hester patriā et populū suū·iuxta mandatū eius. Quicquid enī ille precipiebat obseruabat hester: et ita cūcta faciebat ut eo tempore solita erat quo eā parvulā nutriebat. Eo igitur tēpore quo mardocheus ad regis ianuā morabatur· irati sunt bagathan et thares duo eunuchi regis·qui ianitores erāt et i primo palatij limine residebant: voluerunt̄q; insurgere i regem et occidere eū. Quod mardocheum non latuit. Et cuncta nunciauit regine hester: et illa regi rē nomine mardochei q̄ ad se rem detulerat. Quesitū est et inuentum: et appensus est uterq; eorum in patibulo. Et iussit rex ut in libro memoriali scriberetur: ut pro vita sua aliquid repensaret ei. Mandatumq; est historijs et annalibus traditum coram rege. ¶

Post hec rex assuerus exaltauit aman filiū amadathi qui erat de stirpe agag: et posuit solium eius supe omnes p̄ncipes quos habebat. Cunctiq; serui regis qui in foribus palatij versabātur flectebant genua·et adorabant aman. Sic enī p̄ceperat eis imperator. Solus mardocheus non flectebat genu·neq; adorabat eum. Cui dixerunt pueri regis qui ad fores palatij residebāt. Cur p̄ter ceteros non obseruas mādatum regis? Cumq; hoc crebrius diceret·et ille nollet audire: nunciauerūt aman scire cupientes vtrum perseueraret in sententia: dixerat enim eis se esse iudeū. Quod cum audisset aman·et experimēto probasset qđ mardocheus nō sibi flecteret genu nec se adoraret·iratus est valde: et pro nichilo duxit in vnū mardocheum mittere manus suas: audierat enī quod esset genus iudee: magisq; voluit omnem iudeoꝝ qui erant in regno assueri perdere nationē. Mense primo cuius vocabulum est nisan·anno duodecimo regni assueri·missa est sors in urnam

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0563
powered by DWork • Heidelberg University Library

que hebraice dicit phur coram aman quo die et quo mense gens iudeorum deberet interfici: et exiuit mensis duodecimus qui vocatur adar. Dixitque aman regi assuero. Est populus per omnes provincias regni tui dispersus et a se mutuo separatus. nouis utens legibus et cerimoniis. insuper et regis iussa contemnens: et optime nosti quod non expediat regno tuo ut insolescat per licentiam. Si tibi placet decerne ut pereat: et decem milia talentorum appendam arcariis gazae tuae. Tulit ergo rex anulum quo utebatur de manu sua. et dedit eum aman filio amadati de progenie agag hosti iudeorum: dixitque ad eum. Argentum quod tu pollicearis tuum sit: de populo age quod tibi placet. Vocatique sunt scribae regis mense primo nisan tertiadecima die eiusdem mensis: et scriptum est ut iusserat aman ad omnes satrapas regis. et iudices prouinciarum diuersarumque gentium. ut quaeque gens legere poterat et audire. pro varietate linguae ex nomine regis assueri: et litterae signatae ipsius anulo missae sunt per cursores regis ad uniuersas prouincias. ut occiderent atque delerent omnes iudeos a puero usque ad senem parvulos et mulieres. uno die hoc est tertiodecimo mensis duodecimi qui vocatur adar: et bona eorum diriperent. Summa autem epistolarum haec fuit: ut omnes prouinciae scirent et paratae essent ad praedictam diem. Festinabant cursores qui missi erant regis imperium explere. Statimque in Susis pependit edictum regis: et aman celebrante conuiuium. et cunctis iudeis qui erant in urbe flentibus.

Quae cum audisset mardochaeus scidit uestimenta sua: et induit se sacco. spargens cinerem capiti: et in platea mediae ciuitatis uoce magna clamabat ostendens amaritudinem animi sui: et hoc eiulatu usque ad fores palatii gradiens. Non enim erat licitum indutum sacco aulam regis intrare. In omnibus quoque prouinciis oppidis ac locis ad quae crudele regis dogma peruenerat. planctus ingens erat apud iudeos. ieiunium. ululatus. et fletus. sacco et cinere multis pro strato utentibus. Ingressi autem sunt puellae hesther et eunuchi: nunciauerunt que ei. Quod audiens consternata est: et uestem misit ut ablato sacco induceret eam. Quam accipere noluit. Accitoque achach eunucho quem rex ministrum ei dederat: praecepit ut iret ad mardocheum et disceret ab eo cur haec faceret. Egressusque achach iuit ad mardochaeum: et inuenit eum stantem in platea ciuitatis ante ostium palatii. Qui indicauit ei omnia quae acciderant. quomodo aman promisisset ut in thesauros regis pro iudeorum nece inferret argentum: et exemplarque edicti quod pependerat in Susis dedit ei ut regine ostenderet. et moneret eam ut intraret ad regem. et deprecaretur eum pro populo suo. Regressus achach nunciauit hesther omnia quae mardochaeus dixerat. Quae respondit ei: et iussit ut diceret mardocheo. Omnes servi regis et cuncte quae sub ditione eius sunt norunt prouinciae. quod siue uir siue mulier non vocatus intrauerit. atrium regis intrauerit. absque ulla cunctatione statim interficiatur: nisi forte rex aureum virgam ad eum tetenderit. pro signo clemencie. atque ita possit uiuere. Ego igitur quomodo ad regem intrare potero: que triginta iam diebus non sum vocata ad eum? Quod cum audisset mardocheus rursum mandauit hesther dicens. Ne putes quod animam tuam tantum liberes: quia in

domo regis es pre cunctis iudeis. Si
enī nunc sic siluer is p aliā occasionē
liberabūtur iudei: et tu et domus pris
tui peribitis. Et quis nouit utrū ideir-
co ad regnū veneris: ut in tali tempore
parareris? Iussitq; hester hec mar-
dochei verba mandauit. Vade et
congrega omnes iudeos quos in su-
sis repereris: et orate pro me. Non co-
medetis et non bibetis tribus diebus
et tribus noctibus. et ego cū ancillulis
meis similiter ieiunabo: et tunc ingre-
diar ad regem contra legem faciens
non vocata. tradensq; me morti et
periculo. Fecit itaq; mardocheus et re-
cūt omnia que hester preceperat. VI

Die aūt tercio induta est hester re-
galibus vestimentis: et stetit in
atrio domus regie quod erat interius
contra basilicā regis. Et ille sedebat
sup soliū suum in consistorio palatij
contra ostiū domus. Cumq; uidisset
hester reginā stantem placuit oculis
eius: et extendit contra eam uirgā aure-
am quā tenebat manu. Que accedēs
osculata est summitatē uirge eius: di-
xitq; ad eam rex. Quid uis hester regi-
na? Que est petitio tua? Etiā si dimi-
diam partem regni petieris dabitur ti-
bi. At illa respōdit. Si regi placet ob-
secro ut venias ad me hodie et aman
tecū ad conuiuiū qđ parauī. Statim
q; rex. vocate inquit cito aman ut he-
ster obediat uolūtati. Venerunt itaq;
rex et aman ad cōuiuiū qđ eis regina
parauerat. Dixitq; ei rex postq; uinū
biberat habundanter. Quid petis ut
detur tibi et p qua re postulas? Etiā
si dimidiā partē regni mei petieris im-
petrabis. Cui respondit hester. Peti-
tio mea et pces sunt iste Si inueni in
conspectu regis gratiā. et si regi placet
ut det michi quod postulo et meā im-
pleat petitionem: ueniat rex et aman
ad cōuiuiū qđ parauī eis: et cras agā
am regi voluntatem meā. Egressus e
itaq; illo die amā leti et alacer. Cūq;
uidisset mardocheū sedentem ante fo-
res palatij. et nō solū non assurrexisse
sibi sed nec motū quidē de loco sedilio-
nis sue. indignatus est valde: et dissi-
mulata ira reuersus i domū suā conuo-
cauit ad se amicos suos et zares uxo-
rem suam: et expposuit illis magni tudi-
nem diuitiarū suarū filiorūq; turbam:
et quanta eū gloria sup omnes princi-
pes et seruos suos rex eleuasset. Et post
hec ait. Regina qđq; hester nullū aliū vo-
cauit ad conuiuiū cū rege preter me: a-
pud quā etiam cras cū rege pransur
sum. Et cū hec omnia habeam nichil
me habere puto qđq; diu uidero mardoch-
eum iudeū sedentem ante fores regias.
Responderunt q; ei zares uxor eius. et
cuncti amici. Iube parari excellā trabē
habentem altitudinis quinquaginta
cubitos: et dic mane regi ut appendat
sup eā mardochē: et sic ibis cū rege le-
tus ad conuiuiū. Placuit ei cōsilium:
et iussit excelsam parari crucē. VII

Adem illā duxit rex i somnē: ius-
sitq; sibi afferri historias et an-
nales priorū temporū. Que cum illo
presente legerentur: ventū est ad illum
locū ubi scriptū erat quomodo nunci-
asset mardocheus insidias bagathā
et thares eunuchorū. regem assuerū iu-
gulare cupientium. Qđ cū audisset rex
ait. Quid pro hac fide honoris ac pre-
mij mardocheus consecutus est? Dixe-
runt ei serui illius ac ministri. Nichil
omnino mercedis accepit. Statimq;
rex. quis e inquit i atrio? Aman quip-
pe interius atriū domus regie intrauerat.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0565
powered by DWork • Heidelberg University Library

ut suggereret regi et iuberet mardocheum affigi patibulo qđ ei fuerat preparatū. Respondērūt pueri. Aman stat in atrio. Dixitq; rex. Ingrediat. Cūq; esset ingressus ait illi. Quid debet fieri viro quē rex honorare desiderat? Cogitans aūt in corde suo aman et reputans qđ nullū aliū rex nisi se vellet honorare: respondit homo quem rex honorare cupit debet indui vestibus regijs et imponi super equū qui de sella regis est: et accipere regium diadema sup caput suū: et primꝰ de regijs principibus ac tirānis teneat equū eius: et per plateam ciuitatis incedens clamet et dicat. Sic honorabit quemcunq; rex voluerit honorare. Dixitq; ei rex festina et sumpta stola et equo fac ut locutus es mardocheo iudeo qui sedet ante fores palatij. Caue ne quicquā de hijs que locutꝰ es pretermittas. Tulit itaq; aman stolā et equū: indutūq; mardocheum in platea ciuitatis: et impositū equo precedebat atq; clamabat. Hoc honore condignus ē quemcunq; rex voluerit honorare. Reūsusq; est mardocheus ad ianuam palatij: et aman festinauit ire in domū suam lugens: et operto capite: narrauitq; zares uxori sue et amicis omnia que euenissent sibi. Cui respondērūt sapientes quos habebat in cōsilio et uxor ei. Si de semine iudeoꝝ est mardocheus ante quē cadere cepisti: nō ei poteris resistere: sed cades in conspectu eius. Adhuc illis loquentibꝰ venerūt eunuchi regis: et cito eū ad cōuiuiū qđ regina parauerat ꝓgere compulerūt. VII

Intrauit itaq; rex et aman ut biberēt cū regina. Dixitq; ei rex etiā secunda die postq; vino incaluerat. Que ē petitio tua hester ut det tibi: et quid vis fieri? etiam si dimidiā partē regni mei petieris impetrabis. Ad quē illa respōdit. Si inueni graciā in oculis tuis o rex et si tibi placet: dona michi animam meā pro qua rogo: et populū meum pro quo obsecro. Traditi enim sumus ego et ꝑplus meus ut cōteramur iugulemur et pereamꝰ. Atq; utinā in seruos et famulas venderemur esset tolerabile malū et gemens tacerē: nunc autem hostis noster est cuiꝰ crudelitas redūdat in regem. Respondensq; rex assuerus ait. Quis est iste et cuius potestatis: ut hec audeat facere? Dixitq; hester. Hostis et inimicus noster pessimus iste ē aman. Quod ille audiens illico obstupuit: nullū regis et regine ferre non sustinens. Rex aūt surrexit iratus: et de loco cōuiuij intrauit in orti arboribus consitū. Aman qꝫ surrexit ut rogaret hester reginā pro anima sua: intellexit enim a rege paratum sibi malū. Qui cū reuersus esset de orto nemoribꝰ consito: et intrasset conuiuij locū: reppetit aman lectum corruisse ī quo iacebat hester: et ait. Etiā reginā vult opprimere me presente ī domo mea. Adhuc verbū de ore regis exierat: et statim operuerūt faciem eiꝰ. Dixitq; arbona unus de eunuchis qui stabant in ministerio regis. Ecce lignū qđ parauerat mardocheo qui locutꝰ est pro rege stat ī domo aman: habēs altitudinis quinquaginta cubitos. Cui dixit rex. Appendite eū in eo. Suspēsus est itaq; aman ī patibulo qđ parauerat mardocheo: et regis ira requieuit. VIII

Die illo dedit rex assuerus hester regine domum aman adueraq; iudeoꝝ: et mardocheus ingressus ē ante faciem regis. Confessa est enim ei hester quod esset patruus suus. Tuliq;

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0566
powered by DWork • Heidelberg University Library

rē anulū quem ab aman recipi iusserat·et tradidit mardocheo. Hester autem cōstituit mardocheū sup domum suam. Nec his cōtenta pdit ad pedes regis: fleuitq; et locuta ad eū orauit ut maliciam aman agagite z machinationes eiꝰ pessimas quas excogitauerat ꝯra iudeos·iuberet irritas fieri. At ille rē more sceptrū aureū pretendit manu quo signū clemētie monstrabat. Illaq; cōsurgens stetit ātē eū·et ait. Si placet regi z si inuenī gratiā in oculis eiꝰ et deprecatio mea nō ei uideret esse contraria: obsecro ut nouis epistolis reuocet aman litteras insidiatoris z hostis iudeoꝝ·quibꝫ eos in cunctis regis prouinciis perire pceperat corrigātur. Quomodo enim potero sustinere necem et interfectionē pprii mei? Respondit rē assuerus hester regine et mardocheo iudeo. Domum aman contuli hester et ipm iussi affigi cruci: qā ausus est manū mittere in iudeos. Scribite ergo iudeis sicut vobis placet rē regis nomine: signātes litteras anulo meo. Hec enī cōsuetudo erat·ut epistolis q rē regis nomine mittebantur et illius anulo signate erāt nemo auderet contradicere. Accitisq; scribis et librariis regis·erat autem tempus tertij mensis qui appellat siban: vicesima et tercia illi⁹ die scripte sūt epistole ut mardocheus voluerat ad iudeos et ad principes · procuratoresq; et iudices·qui centū uiginti septē prouinciis ab india usq; ethiopiam psidebant: prouincie atq; prouincie·pplo et populo·iuxta linguas et litteras suas: z iudeis put legere poterāt et audire. Ipse q; epistole que rē regis noīe mittebantur·anulo illius obsignate sūt et missē p veredarios: q per oēs prouincias discurrēres·veteres litteras nouis nunciis preuenirent. Quibus imperauit rex·ut conuenirēt iudeos per singulas ciuitates·et in unū preciperent congregari·ut starent p animabꝫ suis: et omnes inimicos suos cum cōiugibus ac liberis·et uniuersis domibus interficerent atq; delerent. Et constituta ē per omnes prouincias una vltionis dies. id est tercia decima die mensis duodecimi adar. Sūmaq; epistole fuit ut in omnibꝫ locis ac pplis qui regis alueri subiacebant imperio: nouū fieret paratos esse iudeos ad capiendā vindictam de hostibus suis. Egressiq; sunt veredarij celeres nūcios deferentes: et edictum regis pependit in susis. Mardocheus aūt de palatio et de cōspectu regis egrediens fulgebat vestibꝫ regijs iacinctinis videlicet et aerinis: coronā auream portans rapite·et amictus serico pallio atq; purpureo. Ciuitas exultauit atq; lecata est. Iudeis aūt noua lux oriri visa est: gaudium· honoꝝ·et nupcium. Apud omnes populos urbes atq; prouincias quocunq; regis precepta veniebant·mira exultatio epule atq; conuiuia et festus dies: in tantum ut alterius plures gentis et secte eorū religioni et cerimonijs iungerentur. Gradis enim cūctos iudaici nominis terror inuaserat. Igitur duodecimi mensis quem adar vocari ante iam diximꝰ·tercia decima die quādo cūctis iudeis interfectio parabatur et hostes eorū inhiabant sanguini·versa vice iudei superiores esse reperunt·et se de aduersarijs vindicare. Congregatiq; sunt per singulas ciuitates·et oppida et loca·ut extenderēt manū cōtra inimicos z vltores suos. Nullusq; ausus est resistere eo qđ

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0567
powered by DWork • Heidelberg University Library

omnes populos magnitudinis eor formido penetraret. Nam et prouinciarum iudices duces et procuratores. omnisq; dignitas que singulis locis et operibus preerat. exhortabat iudeos timore mardochei: quē principē esse palatij et plurimū posse rogauerāt. Fama q; nominis eius celebrat quotidie: et per cunctorum ora uolitabat. Itaq; percusserunt iudei inimicos suos plaga magna et occiderunt eos. reddentes eis qđ sibi parauerāt facere: intantū ut etiā in susis quingentos uiros interfecerē. exterra decem filios aman agagite hostis iudeor. Quor ista sūt nomina: pharsandathan et delphon et esphata et phorata et adalia et aridatha et ephermeltha arisai et aridei et uaisatha. Quos cū occidissent pdas de substantijs eor tangere noluerunt. Statimq; numer eorū qui occisi erāt in susis ad regem relat est. Qui dixit regine. In urbe susis interfecerūt iudei quingentos uiros. et alios decem filios aman: quanā putas eos exercere redem in ceteris puincijs? Quid ultra postulas: et quid uis ut fieri iubeā? Cui illa respondit. Si regi placet det potestas iudeis. ut sicut fecerūt hodie in susis sic et cras faciāt: et decem filij aman in patibulis suspendātur. Precepit rex ut ita fieret. Statimq; in susis pependit edictum: et decem filij aman suspensi sūt. Congregatis iudeis quartadecima die mēsis adar interfecti sūt in susis trecenti uiri: nec eorū ab illis direpta substātia est: sed et per omnes prouincias. que ditioni regis subiacebant pro animabus suis steterunt iudei. interfectis hostibs ac plecutoribs suis: intantū ut septuaginta quinq; milia oratorum implerentur. et nullus de substantijs eorū quicq; contingeret. Dies aūt tercius decimus mensis adar unus apud oēs interfectionis fuit: et quartadecima die cedere destiterunt. Quem cōstituerunt esse solemnem: ut in eo omni tpe deuteronomii uacarent epulis gaudio atq; cōuiuijs. At hij qui in urbe susis cede exercuerant tercia decimo et quartodecimo die eiusdē mensis in cede uersati sunt: decimo quinto aūt die percutere destiterūt. Et idcirco eundem diem constituerunt solemnem epulaū atq; leticie. Hij uero iudei qui in oppidis non muratis ac uillis morabātur. quartūdecimū diem mensis adar cōuiuiorū et gaudij decreuerunt: ita ut exultent in eo et mittant sibi mutuo partes epularū et ciborū. Scriptit itaq; mardocheus omnia hec. et litteris comprehensa misit ad iudeos qui in omnibus regis prouincijs morabantur: tam in uicino positis qđ procul: ut quartādecimam et quintamdecimam diē mensis adar pro festis susciperent. et celebrent semper anno solemni honore celebrarent: quia in ipsis diebs se ulti sūt iudei de inimicis suis. et luctus atq; tristicia in hilaritatē gaudiumq; cōuersi sunt: ellentq; dies isti epistolaris atq; leticie. et mitterēt sibi inuicem ciborū partes: et pauperibs munuscula largirentur. Substrepit ergo iudei in solemnē ritum cuncta que eo tpe facere repetāt: et que mardocheus litteris faciēda mandauerat. Aman eni filius amadati stirpis agag hostis et aduersarius iudeor cogitauit contra eos malū. ut occideret illos atq; deleret: et misit phur qđ nostra lingua uertit in sortem: et postea ingressa est hester ad regem obsecrans ut conatus eius litteris regis irriti fierēt: et malū quod

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0568
powered by DWork • Heidelberg University Library

contra iudeos cogitauerat reuerteretur in caput eius. Denicq; et ipm et filios eius affixerũt cruci: atq; ex illo tpore dies isti appellati sunt phurim id est sortium: eo qđ phur id est sors in urnã missa fuerit. Et cuncta que gesta sunt epistole id est libri huius volumine continentur: queq; sustinuerint et que deinceps in mutata sint: susceperũt iudei sup se et semen suũ: et super cunctos qui religioni eoz voluerint copulari: ut nulli liceat duos hos dies absq; solemnitate trãsigere quos scriptura testatur: et cetera expetũt tempora annis sibi iugiter succedentibz. Isti sunt dies quos nulla unq; deleuit oblivio: et per singulas generationes cũcte in toto orbe puincie celebrabunt: nec est ulla ciuitas in qua dies phurim id est sortium nõ obseruent a iudeis: et ab eorum pgenie que hijs cerimonijs obligata est. Scripsitq; hester regina filia abiahil et mardocheus iudeus etiam secundam epistolã: ut omni studio dies ista solemnis sanxirent in posterum. Et miserũt ad omes iudeos qui in centũ uiginti septem puincijs regis assueri versabant: ut haberent pacem et susciperẽt veritatẽ: obseruãtes dies sortiũ: et suo tpe cũ gaudio celebrarẽt: sicut cõstituerat mardocheus et hester. Et illi obseruãda susceperũt a se et a semine suo ieunia: atq; clamores et sortium dies: et omnia que libri huj qui vocat hester historia continet. ℣

Rex uero assueri omnem terrã et cunctas maris insulas fecit tributarias: cuius fortitudo et imperiũ et dignitas atq; sublimitas qua exaltauit mardocheum scripta sũt in libris medoz atq; persarũ: et quomõ mardocheus iudaici generis secundus a rege assueri fuerit et magn apud iudeos: et acceptabilis plebi fratrũ suoz: quereus bona pplo suo: et loquens ea que ad pacem seminis sui pertinerent. Que habentur in hebreo plena fide expressi: hec aũt que secũtur scripta repperi in editione vulgata que grecoz lingua et literis cõtinent: et mirum post finem libri hoc capitulũ ferebatur: qđ iuxta consuetudinem nostrã obelo id est veru pnotauim. Dixitq; mardocheus. A deo facta sũt ista. Recordatus sũ somnij qđ videram hec eadem significantis: nec eorũ quicquã irritum fuit. Parvus fons qui creuit in fluuium et in lucem solemq; conuersus est: et in aquas plurimas redundauit: hester ẽ: quam rex accepit uxorẽ et voluit esse reginã. Duo aute dracones ego sum et aman. Gentes que cõuenerant: hij sunt qui conati sunt delere nomen iudeorum. Gens aũt mea ista est que clamauit ad dñm: et saluũ fecit dñs populum suũ: liberauitq; nos ab omnibz malis: et fecit signa magna atq; portenta inter gentes: et duas sortes esse precepit: unam pplo dei et alteram cunctarũ gentium. Venitq; utraq; sors in conspectu dei ex illo iam tempore coram deo uniuersis gentibus: et recordatus est dns pplo suo: ac miserit hereditatis sue. Et obseruabũtur dies isti in mense adar quartadecima et quintadecima die ejusdẽ mensis: cũ omni studio et gaudio in unum cetum pplo congregati in cũctas deinceps generatones pli israel. ℣

Anno quarto regnantibz ptolomeo et cleopatra: attulit dositheus qui se sacerdotem et leuitici generis ferebat: et ptolomeus filius eius hãc epistolam phurim: quã dixerũt interpretatũ esse lisimachũ ptolomei filiũ

in iheruſalem. Hoc ꝙ principiū erat in editione vulgata: qū nec in hebreo nec apud vllū ferme inuenitur. Anno ſecundo regnante artarexerxe maximo prima die menſis niſan: vidit ſomnium mardocheus filius iaheri filij ſemei filij cis de tribu beniamin hic iudeus qui habitabat in urbe ſuſis: vir magnus et inter primos aule regie. Erat aūt de eo numero captiuorum quos traſtulerat nabuchodonoſor rex babilonis de iheruſalem cum ieconia rege iude: et hoc eius ſomnium fuit. Apparuerunt voces et tumultus tonitrua et terre motus et conturbatio ſup terrā: et ecce duo dracones magni parati; contra ſe in prelium: ad quoꝝ clamorē facte concitate ſūt nationes ut pugnarent contra gentē iuſtorum. Fuitq; dies illa tenebrarū et diſtriminis tribulationis et angustie et ingens formido ſup terrā. Conturbataq; eſt gens iuſtoꝝ timentiū mala ſua et preparata ad mortem. Clamauerunt; ad deū: et illis vociferātibus fons parvus creuit in fluuiū maximum et in aquas plurimas redundauit. Lux et ſol ortus eſt et humiles exaltati ſunt et deuorauerunt inclitos. Quod cum vidiſſet mardocheus et ſurrexiſſet de ſtratu cogitabat quid deus facere vellet: et fixū habebat in animo ſcire viſiones quid ſignificarent ſomnii. Vii

Morabatur aūt eo tempore in aula regis Bagathe et thara eunuchis regis qui ianitores erāt palatij. Cūq; intellexiſſet cogitationes eoꝝ et curas diligentius quid uellent: didicit quō conarentē in regem artarexerxem manus mittere: et nūciauit ſuper eo regi. Qui de utroq; habita queſtione confeſſos iuſſit duci ad mortem. Rex aūt quod geſtū erat ſcripſit in commentariis. Sed et mardocheus rei memoriā literis tradidit. Precepitq; ei rex ut in aula palatij moraretur: datis ei pro relatione muneribs. Anno vero ſecundo regni amadathi bugeus erat glorioſiſſimus tota rege: et voluit nocere mardocheo et populo eius pro duobus eunuchis regis qui fuerāt interfecti. Hucuſq; proemium. Que ſecundū in eo loco poſita erant ubi ſcriptū eſt in volumine et diripuerūt bona uel ſubſtantias eorum. Que i ſola vulgata editione reperim⁹. Epiſtole aūt hoc exēplar fuit. Vii

Rex maximus artarexerxes ab india uſq; ethiopiā centumuiginti ſeptem prouincias principibus et ducibus qui eius imperio ſubiecti ſūt ſalutem. Cū plurimis gentibus imperarem et uniuerſum orbem mee ditioni ſubiugaſſem: volui nequaquā abuti potentie magnitudine ſed clemētia et lenitate gubernare ſubiectos: ut abſq; vllo terrore vitā ſilentio tranſigentes optata cūctis mortalibus pace fruerentur. Querente aūt me a cōſiliariis meis quomō poſſet hoc impleri: unus q ſapientia et fide ceteros precellebat et erat poſt regem ſecūs aman nomine indicauit michi in toto orbe terrarum populū eſſe diſperſum qui nouis uteretur legibus: et contra omniū gentiū cōſuetudinem faciens regū iuſſa contemneret: et uniuerſam concordiā nationum ſua dilectione violaret. Quod cum didiciſſemus videtes unam gentem rebellem aduerſus omne hominū genus peruerſis uti legibus noſtreq; iuſſionibus contraire et turbare ſubiectarum nobis prouinciarū pacē atq; concordiā: iuſſimus ut quoſcūq; aman qui omnibus prouinciis prepoſitus

est et sedis a rege · et quem patris loco colimus mōstrauerit·cū coniugibus ac liberis deleantur ab inimicis suis nullusq; eor misereat·quartadecima die duodecimi mēsis adar ānī plenis: ut nepharii homines uno die ad infe-ros descendēres · reddat imperio nro pacem quem turbauerant. Hucusq; ex-emplar epistole. Que sequntur post e-um locum scripta repperi ubi legitur· pergensq; mardocheus fecit omnia que ei mandauerat hester: nec tamē habentur in hebraico et apud nullū penit? feruntur interpretē. Mardocheus aūt deprecatus est dnm·memor omnium operum eius · dixit. Domine dne rex omnipotēs·in ditione tui tua cuncta sunt posita: et nō est q̄ possit tue resiste-re voluntati·si decreueris saluare isrl. Tu fecisti celū et terrā et quicquid celi ambitu cōtinetur dns omniū es·nec est qui resistat maiestati tue. Cūcta no-sti et scis quia non pro superbia et con-tumelia et aliqua glorie cupiditate fe-cerim hoc·ut non adorarem aman su-perbissimū: libenter eni pro salute isrl etiā vestigia pedū eius deosculari pa-ratus essem: sed timui ne honorem dei mei transferrem ad hominē · et ne quemquā adorarem excepto deo meo. Et nunc domine rex deus abraham miserere populi tui: qui volunt nos inimici nostri perdere et hereditatē tu-am delere. Ne despicias partem tuam quam redemisti de egipto. Exaudi de-precationem meam et propicius esto sorti et funiculo tuo: et conuerte luctū nostrū in gaudiū·ut viuētes laudem? nomē tuū dne: et ne claudas ora te ca-nentiū. Omnis quoq; isrl pari mente et obsecratione clamauit ad dnm: eo q̄ eis certa mors impēderet. Pmj

Hester quoq; regina confugit ad dnm pauens periculū q̄ immi-nebat. Cumq; deposuisset uestes regi-as·fletibus et luctu apta indumenta sulcepit: et pro unguentis variis cinere et stercore impleuit caput · et corpus suū humiliauit ieiuniis: omniaq; lo-ca in quibus ante letari cōsueuerat ei-nium laceratione cōpleuit. Et deprec-abatur dnm deū isrl dicens·dne mi qui rex noster es solus adiuua me solita-riam: q̄ tuus preter te nullus auxilia-tor est alius. Periculū meū in manibs meis est. Audiui a patre meo q̄ tu do-mine tulisses israhel de cūctis gentib-et patres nostros ex oniibus retro ma-ioribus suis·ut possideres hereditatē sempiternā: fecistiq; eis sicut locut? es. Peccauimus in conspectu tuo: et ide-o tradidisti nos in man? inimicorū nostroz. Coluimus eni deos eorum. Iustus es dne. Et nūc non eis sufficit q̄ durissima nos opprimunt seruitu-te: sed robur manuū suarū y dolorū potentie deputantes uolūt tua muta-re promissa·et delere hereditatem tuā: et claudere ora laudantiū te·atq; extin-guere gloriā templi et altaris tui: ut aperiant ora gentiū et laudent y dolo-rum fortitudinem · et predicent carna-lem regem in sempiternū. Ne tradas dne sceptrū tuū his qui non sunt · ne rideant ad ruinam nostrā: sed conuer-te cōsilium eorū super eos·et eum qui in nos cepit seuire disperde. Memēto do-mine · ostende te nobis in tempore tri-bulationis nostre: et da michi fiducia dne rex deoz et uniuersē potestatis: in-bue sermonē cōpositum in ore meo in conspectu leonis · et transfer cor illius in odium hostis nostri: ut et ipe pere-at et reteri qui ei consentiūt. Nos aūt

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0571
powered by DWork • Heidelberg University Library

libera in manu tua: & adiuua me nulli aliu auxiliu habentem nisi te dñe. q̄ habes omniu scientia. et nosti quia oderim gloria iniquoz: & detester cubile incircūcisorum et oīs alienigene. Tu scis necessitatem meā quod abominer signū superbie. et glorie mee qđ est sup caput meū in diebus ostentationis mee: et detester illud ēsi pannum menstruate. et non portē in diebz silentij mei: et quod nō comederim in mensa aman. nec michi placuerit conuiuium regis. & nō biberim vinū libaminū: et nunq̄ locuta sit ancilla tua ex quo huc trāllata sū usq̄ ī presentē diē. nisi in te dñe deus abrahā. Deus fortis super omnes exaudi vocem earum qui nullam aliam spem habent et libera nos de manu iniquorum: et eripe me a timore meo. Hec q̄ addita repperi in editione vulgata. ℣

Et mandauit ei haur dubiū quin hester mardocheus. ut ingrederetur ad regem: ut rogaret pro populo suo et p patria sua. Memorare inquit diez humilitatis tue. quomodo nutrita sis in manu mea: quia aman secūs a rege locut⁹ est ꝺra nos in mortem: et tu inuoca dñm et loquere regi pro nobis. et libera nos de morte. Fec non et ista que subdita sūt. Die autē tertio deposuit vestimenta ornat⁹ sui: et circūdata est gloria sua. Cūq̄ regio fulgeret habitu et inuocasset omnium rectorē et saluatorem deū: assumpsit duas famulas. et sup unā quidē innitebatur quasi pre deliciis. et nimia teneritudine corp⁹ suū ferre nō sustinēs: altera aut famularū sequebat dñam defluentia in humū indumēta sustentans. Ipsa aut roseo colore vultū perfusa. et gratis ac nitentibz oculis tristē

relabat animū. et nimio timore contractum. Ingressa igitur cuncta per ordinem ostia stetit cōtra regem. ubi ille residebat sup soliū regni sui. indut⁹ vestibus regijs auroq̄ fulgens & preciosis lapidibus: eratq̄ terribilis aspectu. Cunq̄ eleuasset faciē et ardentibz oculis furorē predoris indicasset: regina corruit et in pallorem colore mutato. lassum sup ancillulam reclinauit caput. Conuertitq̄ deus spiritū regis in māsuetudinē: et festinus ac metuens exiliuit de solio & sustentās ea ulnis suis donec rediret ad se. hijs verbis blandiebatur. Quid habes hester? Ego sū frater tuus noli metuere. Non morieris. Non enī pro te sed pro oībz hec lex constituta est. Accede igitē et tange sceptrū. Cunq̄ illa receperet. tulit aureā virgā et posuit sup collū eius: et oscul⁹ est eam & ait. Cur michi non loqueris? Que respondit. Vidi te dñe quasi angelū dei: et conturbatum est cor meū pre timore glorie tue. Valde enī mirabilis es dñe: et facies tua plena est gratiaz. Cūq̄ loqueret rursus corruit et pene exanimata est. Rex aut turbabatur et omnes ministri eius consolabāt eam. Exemplar epistole regis artarexerxis quā p iudeis ad totā regnū sui ꝓuincias misit: qđ & ipm in hebraico volumine nō habet. ℣

Rex magn⁹ artarexerxis ab india usq̄ ethiopia centumviginti septē prouinciaz ducibus ac principibus qui nostri iussioni obediūt: salutē dicit. Multi bonitate principū et honore qui ī eos collatus est abusi sunt in superbia: et nō solū subiectos regibus nituntur opprimere. sed data sibi gloriam nō ferentes in ipos qui dederunt moliūtur insidias. Nec contenti sunt

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0572
powered by DWork • Heidelberg University Library

Respondens autem eliphas themanites dixit. Numquid deo poterit comparari homo: etiam cum perfecte fuerit scientie? Quid prodest deo si iustus fueris: aut quid ei conferes si immaculata fuerit vita tua? Numquid timens arguet te: & veniet tecum in iudicium: & non propter malitiam tuam plurimam et infinitas iniquitates tuas? Abstulisti enim pignus fratrum tuoz sine causa: et nudos spoliasti vestibus. Aquam lasso non dedisti: et esurienti subtraxisti panem. In fortitudine brachii tui possidebas terram: et potentissimus obtinebas eam. Viduas dimisisti vacuas: & lacertos pupillorum comminuisti. Propterea circumdatus es laqueis: et conturbat te formido subita. Et putabas te tenebras non visurum: et impetu aquaz inundantium non oppressum iri. An cogitas vt deus excelsior celo sit: et sup stellarum verticem sublimetur? Et dicis. Quid enim nouit deus? Et quasi p caliginem iudicat. Nubes latibulum eius: nec nostra considerat: et circa cardines celi perambulat. Numquid semitam seculoz custodire cupis quam calcauerunt viri iniqui qui sublati sunt ante tempus suum: et fluuius subuertit fundamentum eoz? Qui dicebant deo recede a nobis: et quasi michi posset facere omnipotens estimabat eum: cum ille implesset domos eorum bonis. Quoz sententia procul sit a me. Videbunt iusti et letabuntur: & innocens subsannabit eos. Nonne succisa est erectio eoz: et reliquias eoz deuorauit ignis? Acquiesce igitur ei et habeto pacem: et per hec habebis fructus optimos. Suscipe ex ore illius legem: et pone sermones eius in corde tuo. Si reuersus fueris ad omnipotentem edificaberis: et longe facies iniquitatem a tabernaculo tuo. Dabit pro terra silicem: et p silice torrentes aureos. Erit quoz omnipotens contra hostes tuos: & argentum coacervabit tibi. Tunc super omnipotentem deliciis affluens: et eleuabis ad deum faciem tuam. Rogabis eum et exaudiet te: & vota tua reddes. Decernes rem & veniet tibi: et in viis tuis splendebit lumen. Qui enim humiliatus fuerit erit in gloria: & qui inclinauerit oculos ipse saluabit. Saluabit innocentem: saluabitur autem munditia manuum suarum. XVIII

Respondens autem iob ait. Num quia in amaritudine est sermo meus: et manus plage mee aggrauata est super gemitum meum. Quis michi tribuat ut cognoscam et inueniam illum: et veniam usque ad solium eius? Ponam coram eo iudicium: et os meum replebo increpationibus: ut sciam verba que michi respondeat: & intelligam quid loquatur michi. Nolo multa fortitudine contendat mecum: nec magnitudinis sue mole me premat. Proponat equitatem contra me: & preueniet ad victoriam iudicium meum. Si ad orientem iero non apparet: si ad occidentem non intelligam eum. Si ad sinistram quid agam? Non apprehendam eum. Si me vertam ad dexteram: non videbo illum. Ipse vero scit viam meam: et probabit me quasi aurum qd per ignem examinatur. Vestigia eius secutus est pes meus: viam eius custodiui: & non declinaui ex ea. A mandatis labiorum eius non recessi: et in sinu meo abscondi verba oris eius. Ipse enim solus est:

et nemo auertere potest cogitationem eius: et anima eius quodcunq; voluit hoc fecit. Cunq; repleuerit in me voluntatem suã: et alia multa similia presto sunt mi. Et idcirco a facie eius turbatus sum: et cõsiderãs eũ timore sollicitor. Deus mollivit cor meum: et omnipotens conturbauit me. Non enim preij propter imminentes tenebras: nec faciẽ meam operuit caligo. xxiiii

Ab omnipotente nõ sunt abscondita tempora: qui aũt nouerũt eũ ignorãt dies illius. Alij terminos transtulerũt: diripuerũt greges: et pauerũt eos. Asinũ pupillorũ abegerũt: et abstulerũt p pignore bouem vidue. Subuerterũt pauperũ viã: et oppresserunt pariter mansuetos terre. Alij ẽsi onagri in deserto egrediũtur ad opus suũ: vigilãtes q; ad predã ꝓperant panem liberis. Agrũ nõ suũ demetũt: et vineã eius quẽ vi oppresserũt vindemiant. Nudos dimisẽrũt homines indumenta tollentes: quibus nõ est operimẽtum in frigore. quos ymbres montiũ rigant: et nõ habẽtes velamẽ amplexantur lapides. Vim fecerũt depredantes pupillos: et vulgũ pauperẽ spoliauerũt. Nudis et incedẽtibus absq; vestitu et famelicantibus tulerũt spicas. Inter accruos eorũ meridiati sunt: qui calcatis torcularibus sitiũt. De ciuitatibus fecerũt viros gemere: et anima vulneratorũ clamabit: et deus in ultũ abire nõ patit. Ipsi fuerũt rebelles luminibus. Ne scierũt vias eius: nec resedit sunt p semitas illius. Mane primo consurgit homicida: interficit egenum et pauperem: p nocte vero erit quasi fur. Oculus adulteri obseruat caliginẽ dicẽs nõ me videbit oculus: et operiet vultum suũ. Perfodit in tenebris domos sicut in die cõdixerant sibi: et ignorauerunt lucem. Si subito apparuerit aurora arbitrantur umbrã mortis: et sic in tenebris quasi in luce ambulãt. Leuis est sup faciẽ aque. Maledicta sit pars eius in terrã: nec ãbulet p viam vinearum. Ad nimium calorẽ trãsiet ab aquis niuiũ: et usq; ad inferos peccatũ illius. Obliuiscatur eius misericordia. Dulcedo illius vermes. Nõ sit in recordatione: sed conteratur sicut lignũ infructuosum. Pauit enim sterilem et que nõ parit: et vidue bene nõ fecit. Detraxit fortes i fortitudine sua: et cũ steterit nõ credet vite sue. Dedit ei deus locũ penitentie: et ille abutit eo in superbia. Oculi aũt eius sunt in viis illius. Eleuati sunt ad modicũ et nõ subsistent: et humiliabũtur sicut omnia et auferentur: et sicut summitates spicarũ cõterentur. Nũ si nõ ita qs me potest arguere esse mendacẽ: et ponere ãte deũ verba mea? xxv

Respõdens aũt baldad suites dixit. Potestas et terror apud eũ est: qui facit cõcordiã i sublimibus suis. Numquid est numerus militũ eius? et super quẽ non surget lumen illius? Numquid iustificari potest homo cõparatus deo: aut apparere mundus natus de muliere? Ecce luna etiam non splendet: et stelle non sunt munde in conspectu eius: quanto magis homo putredo et filius hominis vermis? xxvi

Respondens aũt iob dixit. Cuius adiuutor es? Numquid imbecillis: et sustentas brachiũ eius qui non est fortis? Cui dedisti consiliũ? Forsitan illi qui nõ habet sapientiã: prudentiam tuã ostendisti plurimã. Quem docere voluisti? Nõne eũ q fecit spiritus tuus? Ecce gigantes gemũt sub aquis: et q habitant cũ eis. Nudus est infernus

rorā illo:et nullū est operimentū perditioni. Qui extendit aquilonē super vacuum:& appendit terrā super nichilū. Qui ligat aquas in nubibus suis: ut nō erumpant pariter desorsum. Qui tenet vultum solii sui:& expandit super illud nebulam suā. Terminū circumdedit aquis:usq; dum finiant̄ lux et tenebre. Colūne celi contremiscūt: et pauent ad nutū eius. In fortitudine illius repente maria cōgregata sunt:et prudētia eius percussit superbum. Spiritus ei⁹ ornauit celos:et obstetricāte manu eius eductus est coluber tortuosus. Ecce hec ex parte dicta sunt viarum eius. Et cum vix paruam stillam sermonis eius audierim⁹ qs poterit tonitruū magnitudinis illius intueri?

Rem

Addidit q̄ iob assumēs parabolam suā et dixit. Viuit deus qui abstulit iudiciū meū et oīnipotens q̄ ad amaritudinē adduxit aiam meam:quia donec superest alitus in me et spiritus dei in naribꝫ meis non loquētur labia mea iniquitatē:nec lingua mea meditabit mendaciū. Absit a me ut iustos esse vos iudicē. Donec deficiā nō recedā ab innocentia mea. Iustificationē meā quā cepi tenere:nō deseram. Neq; enī reprehendit me cor meū:in oīi vita mea. Sicut impius inimicus meus:& aduersarius meus quasi iniq⁹. Que est enī spes ypocrite si auare rapiat:et non liberet deus aiam ei⁹? Numquid deus audiet clamorem eius cū venerit super eū angustia? Aut poterit in oīnipotēte delectari:et inuocare deū oīi tempore? Docebo vos p manū dei que oīnipotens habeat:nec abscōdam. Ecce omnes vos nostis:& quid sine causa vana loquimini? Hec est pars hominis impii apud deū: et hereditas violentorum quā ab oīnipotēte suscipient. Si multiplicati fuerint filii eius i gladio eorū: et nepotes eius nō saturabūtur pane. Qui reliqui fuerint ex eo sepelientur in interitu:& vidue illi⁹ nō plorabūt. Si cōportauerit quasi terra argentū et sicut lutū preparauerit vestimenta:preparabit quidē sed iust⁹ vestietur illis: et argentū innocens diuidet. Edificauit sicut tinea domū suā:et sicut custos fecit umbraculū. Diues cū dormierit nichil secū auferet·aperiet oculos suos et nichil inueniet. Apprehendet eū ūt aqua inopia: nocte opprimet eū tempestas. Tollet eū vēt⁹ urens et auferet: et velut turbo rapiet eū de loco suo. Et mittet sup eū:et nō parcet: de manu ei⁹ fugiēs fugiet. Stringet sup eū man⁹ suas:& sibilabit sup illū intuēs locū ei⁹.

Rem

Habet argentū venarū suarū principia: et auro locus est in quo conflat. Ferrū de terra tollitur: et lapis solutus calore in es vertitur. Tempus posuit tenebris:et oīnem finem ipe cōsiderat. Lapidem quoq; caliginis et umbram mortis diuidet torrens a pl'o peregrinātē:eos quos oblitus est pes egentis hominis & inuios. Terra de qua oriebatur panis: in loco suo igni subuersa est locus saphiri lapides eius:& glebe illi⁹ aurum. Semitā ignorauit auis:nec intuitus est oculus vulturis. Nō calcauerūt eā filii insultor:nec peruenit per eā leena. Ad silicē extendit manū suā:subuertit a radicibꝫ mōtes. In petris riuos excidit et oīne pciosū vidit oculus ei⁹. Profunda q̄ fluuior⁹ scrutatus est:& abscōdita produxit in lucē. Sapientia vero ubi inuenitur:et quis est locus intelligentie? Nescit homo pretiū eius: nec

inuenit in terra suauiter viuentiū. Abyssus dicit nō est in me: et mare loquitur nō est mecū. Non dabitur aurum obrizum pro ea: nec appendet argentum in cōmutatione eius. Nō cōferet tinctis indie coloribus: nec lapidi sardonico pciosissimo uel saphiro. Nō adequabit ei aurū uel vitrū: nec cōmutabūtur vasa p ea auri texelsa et eminencia: nō cōmemorabūtur comperatione eius. Trahit aūt sapiencia de occultis. Non adequabit ei topazion de ethiopia: nec cincture mūdissime componetur. Unde ergo sapiencia venit: et quis est locꝰ intelligencie? Abscondita est ab oculis omniū viuentium: volucres quoq; celi latet. Perditio et mors dixerūt: auribus nostris audiuimꝰ famā eius. Deus intelligit viā eius: et ipse nouit locū illius. Ipse enī fines mundi intuetur: et oīa que sub celo sunt respicit. Qui fecit ventis pondus: et aquas appendit mēsura. Quādo ponebat pluuijs legem et viā procellis sonātibus: tūc vidit illā et enarrauit: et preparauit et inuestigauit et dixit homini. Ecce timor dñi ipa est sapiencia: et recedere a malo intelligencia.

Addidit quoq; iob assumens parabolā suā et dixit. Quis michi tribuat ut sim iuxta mēses pristinos: secundū dies quibꝰ deus custodiebat me? Quādo splendebat lucerna eius sup caput meū: et ad lumē eiꝰ ambulabā in tenebris. Sicut fui in diebus adolescentie mee: quādo deus secreto erat in tabernaculo meo. Quādo erat oīpotēs mecū: et in circuitu meo pueri mei. Quādo lauabā pedes meos butiro: et petra fundebat michi riuos olei. Quādo procedebā ad portā ciuitatis: et in platea parabam cathedram michi. Videbant me iuuenes et abscondebantur: et senes stabant assurgentes. Principes cessabant loqui: et digitum superponebant ori suo. Vocem suam cohibebant duces: et lingua eorū gutturi suo adherebat. Auris audiens beatificabat me: et oculus videns testimoniū reddebat michi: eo q liberassem pauperē vociferantē: et pupillū cui nō esset adiutor. Benedictio perituri sup me veniebat: et cor vidue consolatus sum. Justicia indutus sum: et vestiui me sicut vestimento et diademate iudicio meo. Oculus fui ceco: et pes claudo. Pater eram pauperum: et causam quā nesciebā diligentissime inuestigabam. Conterebam molas iniqui: et de dentibꝰ illius auferebā predam. Dicebam q in nidulo meo moriar: et sicut palma multiplicabo dies. Radix mea aperta est secꝰ aquas: et ros morabit in messione mea. Gloria mea semper innouabitur: et arcus meus in manu mea instaurabitur. Qui me audiebāt expectabāt sententiā: et intenti tacebāt ad consiliū meū. Verbis meis addere nichil audebant: et sup illos stillabat eloquiū meū. Expectabāt me sicut pluuiam: et os suū aperiebant quasi ad ymbrem serotinū. Si quando ridebā ad eos nō credebant: et lux vultus mei non cadebat in terrā. Si voluissē me ad eos sedebam primus. Cumq; sederem quasi rex circūstante exercitu: eram tamen mestorū consolator.

Nunc aūt deridēt me iuniores ꝑ: quorū non dignabar patres ponere ꝯ canibꝰ gregis mei. Quorū virtus manuū michi erat pro nichilo: et vita ipa putabantur indigni. Egestate et fame steriles: qui rodebant in solitudine squalētes calamitate et miseria.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0591
powered by DWork • Heidelberg University Library

Et mādebant herbas et arborū cortices: et radix iuniperoꝝ erat cibus eoꝝ. Qui de cōuallibus ista rapientes: cū singula reperissent: ad ea cū clamore current. In desertis habitabāt torrentium: et in cauernis terre: uel super glareā. Qui inter huiusmodi latrabāt: et esse sub sentibus delicias cōputabant. Filij stultorū et ignobiliū: et in terra penitus non parentes. Nunc in eoꝝ canticum uersus sum: et factus sū eis in prouerbiū. Abominātur me et longe fugiūt a me: et facie meam conspuere nō uerentur. Pharetram enī suā aperuit et afflixit me: et frenū posuit in os meū. Ad dextrā oriētis calamitatis mee ilico surrexerunt. Pedes meos subuerterunt: obpressērūt quasi fluctibus semitas suas. Dissipauerūt itinera mea: insidiant mihi et preualuerūt: et non fuit q̄ ferret auxiliū. Quasi rupto muro et aperta ianua irruerūt sup me: et ad meas miserias deuoluti sūt. Redactus sum in nichilū. Abstulisti quasi uentus desiderium meum: et uelut nubes pertransiit salus mea. Nunc autem in memetipō marcescit anima mea: et possident me dies afflictionis. Nocte os meum perforatur doloribus: et qui comedunt me non dormiunt. In multitudine eoꝝ cōsumit uestimentum meum: et quasi capitio tunice circumdedit me. Comparatus sum luto: et assimulatus sum fauille et cineri. Clamo ad te et nō exaudis me: sto et nō respicis me. Mutatus es mihi in crudelem: et in duritia manus tue aduersaris mihi. Eleuasti me: et quasi sup uentū ponens elisisti me ualide. Scio quia mortē tradas me: ubi cōstituta est domus oīni uiuēti. Uerumtamē non ad consumptionē eorum emittis manū tuā: et si corruerit ipse saluabis. Flebā quondā sup eo qui afflictus erat: et cōpatiebatur anima mea pauperi. Expectabā bona et uenerūt mihi mala: prestolabar lucē et eruperūt tenebre. Interiora mea effebuerūt absq; ulla requie: preuenerūt me dies afflictionis. Mestus incedebā: sine furore cōsurgens in turba clamaui. Frater fui draconū: et socius struthionum. Cutis mea denigrata est supte me: et ossa mea aruerūt pre estu. Uersa est in luctū cythara mea: et organū meū in uocē flentiū.

Pepigi fedus cū oculis meis: ut ne cogitarē quidē de uirgine. Quā enim partem haberet in me deus desuper: et hereditatem omnipotens de excelsis? Nunquid non perditio est iniquo: et alienatio operantibus iniquitatem? Nonne ipse cōsiderat uias meas: et cunctos gressus meos dinumerat? Si ambulaui in uanitate et festinauit in dolo pes meus: appendat me in statera iusta: et sciat deus simplicitatem meam. Si declinauit gressus meus de uia: et si secutus est oculus meus cor meum: et si in manibus meis adhesit macula: seram et alius comedat: et progenies mea eradicetur. Si deceptū est cor meū sup mulierē: et si ad hostiū amici mei insidiatus sum: scortū alterius sit uxor mea: et sup illā incuruent alij. Hoc enī nephas est et iniquitas maxima: ignis usq; ad perditionē deuorans: et omnia eradicās genimina. Si contempsi subire iudiciū cū seruo meo et ancilla mea: cū disceptarent aduersum me. Quid enī faciā cum surrexerit ad iudicandū deus: et cū quesierit quid respondebo illi? Nūquid nō in utero fecit me qui et illū operatus est: et formauit me in ulua un⁹? Si negaui

qđ volebāt pauperibꝫ:et oculos vidue
expectare feci. Si comedi buccellā meā
solus:et non comedit pupillus ex ea.
Quia ab infancia mea creuit mecum
miseratio:ꝫ de utero matris mee egres-
sa est mecū. Si despexi pereuntem eo
qđ nō habuerit indumētū:et absqꝫ o-
perimento paupere. Si nō benedixe-
runt michi latera eius: et de velleribꝫ
ouiū mearū calefactus est. Si leuaui
sup pupillū manū meā etiā cū viderē
me in porta superiorē:humerus me⁹
a iunctura sua cadat:et brachiū meū
cū suis ossibꝫ cōfringatur. Semp enī
quasi tumentes sup me fluctus timui
deū:et pōdus eius ferre nō potui. Si
putaui aurū robur meū:et obrizo di-
xi fiducia mea. Si letatus sū sup mul-
tis diuitijs meis:ꝫ quia plurima rep-
perit man⁹ mea. Si vidi solem cū fulg-
eret ꝫ lunā incedentē clare:et letatum
est in abscondito cor meū:et osculatus
sum manū meā ore meo: q̄ est iniqui-
tas maxima:et negatio contra deum
altissimū. Si gauisus sum ad ruinā
eius qui me oderat:et exultaui cū inue-
nisset eū malū. Nō enī dedi ad pecc̄ā-
dum guttur meū:ut expeterem maledi-
ctum animā eius. Si non dixerūt viri
tabernacli mei:quis det de carnibus
eius ut saturemur. Foris nō mansit
peregrinus: ostiū meū viatori patuit.
Si abscondi quasi hom⁹ pecc̄m meū:
et celaui in sinu meo iniquitatē meā.
Si expaui ad multitudinē nimiam:
et despecto ꝓpinquoꝫ terruit me:ꝫ nō
magis tacui nec egressus sum ostiū.
Quis michi tribuat adiutorē ut desi-
derium meū audiat oīnipotens:et libū
scribat ipe qui iudicat: ut in humero
meo portem illū et circūdem illū quasi
coronā michi: Per singlos gradus

meos pronūciabo illū:et quasi princi-
pi offeram eum. Si aduersum me re-
ra mea clamat:et cum ipsa sulci eius
deflent. Si fructus eius comedi absqꝫ
pecunia: et animam agricularum e-
ius afflixi:pro frumēto oriatur michi
tribul⁹:et ꝓ ordeo spina. PERII

Amiserūt aūt tres viri illi respon-
dere iob:eo qđ iust⁹ sibi videretur.
Et iratus indignatusqꝫ est heliu filꝰ
barachel buzites de cognatione ram.
Irat⁹ est autē aduersū iob: eo qđ iustū
se esse diceret corā deo. Porro aduersū
amicos eius indignat⁹ est eo qđ nō in-
uenissent responsionē rationabilem:
sed tantummodo cōdemnassent iob.
Igitur heliu expectauit iob loquentem:
eo qđ seniores essent qui loquebantur.
Cū aūt vidisset qđ tres respōdere non
potuissent:iratus est vehementer. Re-
spondensqꝫ heliu filius barachel buzi-
tes dixit. Iunior sum ego: vos aūt an-
tiquiores. Ideirco dimisso capite ve-
ritus sum vobis indicare meā sententiam. Sperabā enī qđ etas prolixior
loqueretur:et annoꝝ multitudo doce-
ret sapientiā. Sed ut video spīrit⁹ est
in hominibꝰ:et inspiratio oīnipotēris
dat intelligentiā. Non sunt longeui
sapientes:nec senes intelligūt iudiciū.
Ideo dicam audite me:ostendā vobꝭ
etiā ego meā sciētiā. Expectaui enim
sermones vestros: audiui prudentiā
vestrā. Donec disceptarem̄ ni ꝫmonī-
bus vestris:ꝫ donec putabā vos aliqđ
dicere cōsiderabā. Sed ut video nō est
qui possit arguere iob:ꝫ respondere ex
vobis ꝫmonibꝰ eius. Ne forte dicam⁹
inuenimus sapientiā:deꝰ pciet eum
non homo. Nichil locut⁹ est michi:
et ego nō secūm sermones vros respō-
debo illi. Exinmuerūt:nec respondērūt

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0593
powered by DWork • Heidelberg University Library

ultra: abstulerūtq; a se eloquiū. Quoniam igitur expectaui et non sunt locuti: steterūt nec respōderūt ultra: respondebo et ego partem meā: et ostendam sciētiā meā. Plenus sum ego sermonibus: et coarctat me spīritus uteri mei. Ecce uenter meus quasi mustum absq; spiraculo: qui lagunculas nouas dirumpit. Loquar et respirabo paululū: aperiam labia mea et respondebā. Non accipiam personam uiri: et deum homini non equabo. Nescio enim quā diu subsistam: et si post modicum tollat me factor meus.

Audi igitur iob eloquia mea: et omnes sermones meos ausculta. Ecce aperui os meū: loquatur lingua mea in faucibz meis. Simplici corde meo sermones mei: et sententiā labia mea purā loquētur. Spīritus dei fecit me: et spiraculū omnipotentis uiuificauit me. Si potes respōde michi: et aduersus faciē meā cōsiste. Ecce et me sicut et te fecit deus: et de eodē luto ego quoq; formatus sum. Uerūtamen miraculū meū nō te terreat: et eloquentia mea non sit tibi grauis. Dixisti ergo in auribz meis: et uocē uerborū tuoz audiui. Mūdus sum ego et absq; delicto: immaculat⁹ et nō est iniquitas in me. Quia querelas in me reppērit: ideo arbitrat⁹ ē me inimicū sibi. Posuit in neruo pedes meos: custodiuit oēs semitas meas. Hoc ē ergo in quo nō es iustificat⁹. Respondebo tibi: quia maior sit deus homine. Aduersum eū cōtendis: qui nō ad omnia uerba respondeat tibi. Semel loquit deus: et secūdo idipm nō repetit. Per somniū in uisione nocturna: quādo ceciderit sopor super homines: et dormiūt in lectulo. Tunc aperit aures uirorum et erudiens eos instruit disciplina: ut auertat hominē ab his que fecit: et liberet eū de superbia: eruens aiam eius a corruptione: et uitā illius ut nō trāseat in gladiū. Increpat quoq; per dolorem in lectulo: et omnia ossa eius marcescere facit. Abominabilis ei fit in uita sua panis: et anime illius cibus āte desiderabilis. Tabescet caro eius: et ossa que tecta fuerant nudabuntur. Appropinquabit corruptioni anima ei⁹: et uita illius mortiferis. Si fuerit pro eo angel⁹ loquens unū de milibz ut annūciet hominis equitatem: miserebitur eius et dicet. Libera eū: ut non descendat in corruptionē. Inueni in quo ei placeat. Cōsumpta est caro ei⁹ a supplicijs: reuertat ad dies adolescentie sue. Deprecabit deum et placabilis ei erit: et uidebit faciē eius in iubilo: et reddet homini iustitiā suā. Respiciet homines et dicet. Peccaui et uere deliqui: et ut erā dignus nō recepit. Liberauit animam suā ne pergeret in interitū: sed uiuens lucem uideret. Ecce hec oīa operatur deus tribz uicibus per singulos: ut reuocet aīmas eoz a corruptione: et illuminet lumine uiuentiū. Attende iob et audi me: et tace dum ego loquor. Si autem habes quod loquaris respōde michi. Loquere. Volo enī te apparere iustū. Nō si nō habes audi me: tace et docebo te sapiētiā.

Pronūcians itaq; heliu etiam hec locut⁹ est. Audite sapientes uerba mea: et eruditi auscultate me. Auris enī uerba probat: et guttur escas gustu diiudicat. Iudiciū eligam⁹ nobis: et inter nos uideam⁹ quid sit melius. Quia dixit iob iustus sum: et deus subuertit iudiciū meū. In iudicando enim me mēdaciū est: uiolēta sagitta

mea absq; ullo prõ. Quis est vir ut
est iob qui bibit subsannationẽ qua-
si aquam: qui gradit cũ operãtibus
iniquitatẽ et ãbulat cũ viris impijs:
Dixit enim non placebit vir deo: etiã
si cucurrerit cũ eo. Ideo viri corsati au-
dite me. Absit a deo impietas: et ab
omnipotente iniquitas. Opus enim
hominis reddet ei: et iuxta vias singu-
lorũ restituet eis. Vere enĩ deus nõ cõ-
demnabit frustra: nec omnipotens sub-
uertet iudicĩũ. Quẽ cõstituit alĩũ sup
terram: aut quẽ posuit super orbẽ quẽ
fabricat? est? Si dirigeret ad eũ cor suũ
: spiritũ illius et flatũ ad se traheret.
Deficiet omnis caro simul: et homo
in cinerem reuertet. Si habes ergo in-
tellectũ audi qđ dicit: et ausculta vocẽ
eloquij mei. Numquid qui nõ amat iu-
dicium sanari potest? Et quomodo
tu eũ qui iust? est in tantũ cõdemnas?
Qui dicit regi apostata: qui vocat du-
ces impios. Qui non accipit plonas
principũ: nec cognouit tyrannũ cum
disceptaret contra pauperẽ. Opus enĩ
manuũ eius sũt uniũsi. Subito mo-
rientur: et in media nocte turbabũtur
plũ: et pertransibũt et auferẽt violẽtum
absq; manu. Oculi enĩ eius sup vias
hominũ: et omnes gressus eor; consi-
derat. Non sunt tenebre et nõ est um-
bra mortis: ut abscondãtur ibi qui o-
perantur iniquitatẽ. Neq; enim ultra
in hominis potestate est: ut veniat ad
deum in iudiciũ. Conteret multos in-
numerabiles: et stare faciet alios pro
eis. Nouit enĩ opera eor;: et idcirco in-
ducet noctem: et conterẽt. Quasi impi-
os percussit eos in loco videntiũ. Qui
quasi de industria recesserunt ab eo: et
omnibus vias eius intelligere noluerũt:
ut quenire facerent ad deũ clamorem
egeni: et audiret vocem pauperũ. Ipso
enĩ concedente pacem: quis est qui con-
demnet? Et quo abscondente vultum:
quis est qui contempletur eũ? Et sup
gentes: et sup omnes homines. Qui
regnare facit hominẽ ypocritam: pter
peccata plũ. Quia ergo ego locut? sũ
ad deũ: et qđ non phibebo. Si erraui
tu doce me. Si iniquitatẽ locut? sum:
ultra non addã. Numquid a te deus re-
petit eam: quia displicuit tibi? Tu enĩ
cepisti loqui et nõ ego. Quod si qđ no-
sti melius loquere. Viri intelligentes
loquãtur michi: et vir sapiens audiet
me. Iob aũt fuit locut? est: et verba
illius nõ sonant disciplinam. Pater
mĩ probetur iob usq; ad finem: ne de-
linas ab homine iniquitatis: q̃ addit
sup pcã sua blasphemiã. Inter nos
inseri cõstringat: et cũ ad iudiciũ pro-
uocet hominibz suis deũ. Pro-
gitur heliu hec rursum locut? est. Nũ-
quid equa videtur tibi tua cogitatio:
ut diceres iustior deo sum? Dixisti enĩ.
Non tibi placet qđ rectũ est. Vel quid
tibi ꝓderit: si ego peccauero? Itaq; ego
respondebo sermonibz tuis: et amicis
tuis tecum. Suspice celũ et intuere: et
contemplare retheria q̃ alta sũt. Si
peccaueris: qđ ei nocebis? Et si multipli-
cate fuerit iniquitates tue: quid facies
contra eũ? Porro si iuste egeris: quid
donabis ei: aut qđ de manu tua accĩ-
piet? Homini qui similis tui est: noce-
bit impietas tua: et filiũ hominis ad-
iuuabit iustitia tua. Propter multitu-
dinem calumniator; clamabũt: et ul-
labũt pter vim brachij tyrannorũ. Et
nõ dixit ubi est deus qui fecit me: qui
dedit carmina in nocte. Qui docet nos
sup numenta terre: et sup volucres celi e-
ruditq; nos. Ibi clamabũt: et nõ exaudiet

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0595
powered by DWork • Heidelberg University Library

propter fugbiam maloꝝ. Non ergo frustra audiet deus: et oīpotēs causas singloꝝ intuebit. Etā cum dixeris non cōsiderat: iudicare coram illo: ⁊ exspecta eū. Nūc enī non infert furorem suū: nec vlciscitur scelus valde. Ergo iob frustra aperit os suum: et absq; sciētia verba multiplicat.

xxxvi

Addens quoq; heliu hec locutus est. Sustine me paululū: ⁊ indicabo tibi. Adhuc enī habeo qđ pro deo loquar. Repetā sciēciā meam a principio: et operatorē meū probabo iustum. Vere enim absq; mēdacio sermones mei: et perfecta sciencia ꝓbabit tibi. Deus potentes nō abiicit cū ⁊ ipe sit potens: sed nō saluat impios: ⁊ iudicū pauperibz tribuit. Non auferet a iusto oculos suos: et reges in solio collocat in perpetuū: et illic erigūtur. Et si fuerint in catbenis ⁊ vinciāntur funibus paupertatis: indicabit eis opera eorum ⁊ scelera eoꝝ: quia violēti fuerūt. Reuelabit qꝫ aurem eoꝝ ut corripiat: et loquet ut reuertāntur ab iniquitate. Si audierit et obtēperauerint cōplebūt dies suos in bono: et annos suos in gloria. Si aūt nō audierint trāsibūt per gladiū: et consummabūt in stultitia. Hipocrite ⁊ callidi ꝓuocāt iram dei: neq; clamabūt cum vincti fuerint. Morietur in tempestate anima eorū: et vita eoꝝ inter effeminatos. Eripiet de angustia sua pauperē: et reuelabit in tribulatione aurē eius. Igit̄ saluabit te de ore angusto latissime: ⁊ non habēte fundamentū subter se. Requies aut̄ mense tue erit plena pinguedine. Causa tua quasi impij iudicata est: causā iudiciūq; recipies. Non te ergo superet ira ut aliquem opprimas: nec multitudo donorū inclinet te. Depone magnitudinē tuā absq; tribulatōne: ⁊ oēs robustos fortitudine. Ne protrahas nocte: ut ascendāt pli pro eis. Caue ne declines ad iniquitatē. Hāc enim repisti sequi post miseriā. Ecce deꝰ excelsus in fortitudine sua: ⁊ nullus ei similis in legillatoribz. Quis poterit scrutari vias eius: aut quis potest ei dicere operat⁹ es iniquitatē? Memento qꝫ ignores opus eius: de quo cecinerūt viri. Oēs homines vident eū: vnusquisq; intuetur procul. Ecce deꝰ magnus vincēs sciēciā nostrā. Numerus annorū ei⁹ inestimabilis. Qui auferet stellas pluuie ⁊ effudit nubes ad instar gurgitū. Qui de nubibus fluunt: que precesserūt tecta deluy. Si voluerit extendere nubes quasi tentoriū suū ⁊ fulgurare lumine suo deluy: cardines q̄ maris operiet. Per hec enī iudicat plos: ⁊ dat escam multis mortalibus. In manibus abscondit lucē: et precipit ei ut rursus adueniat. Annūciat de ea amico suo qꝫ possessio ei⁹ sit: et ad eā possit ascendere.

xxxvii

Super hoc expauit cor meū: et emotum est de loco suo. Audite auditionē in terrore vocis eius: et sonū de ore illi⁹ procedentem. Subter oēs celos ipe cōsiderat: et lumē illi⁹ sup terminos terre. Post eū rugiet sonit⁹: tonabit voce magnitudinis sue: et nō inuestigabit cū audita fuerit vox eius. Tonabit deus in voce sua mirabiliter: qui facit magna ⁊ inscrutabilia. Qui precipit niui ut descendat in terrā: et hiemis pluuijs et imbri fortitudinis sue. Qui in manu omniū hominum signat ut nouerint singuli opera sua. Ingredietur bestia lambulū suū: et in antro suo morabitur. Ab interioribz egredietur repentina: et ab arturo frigus.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0596
powered by DWork • Heidelberg University Library

flante deo cōcrescit gelu:et rursum latissime fundunt aque. Frumentū desiderat nubes:et nubes spargūt lumē suum. Que lustrāt cūcta per circuitū quocūq; eas volūtas gubernātis duxerit ad oñe qđ pceperit illis sup facie orbis terrar:sive in una tribu sive in terra sua-sive in quocūq; loco misericordie sue eas iusserit inueniri. Ausculta hec iob: sta et cōsidera mirabilia dei. Nūqđ scis quādo pcepit deꝰ pluuijs: ut ostenderet lucem nubiū ei⁹? Nūqđ nosti semitas nubiū magnas:et perfectas sciencias? Aōne vestimēta tua calida sunt cū perflata fuerit terra austro? Tu forsitan cū eo fabricat⁹ es celos:qui solidissimi quasi ere fusi sunt. Ostēde nobis quid dicam⁹ illi. Nos quippe inuoluim̄ tenebris. Quis narrabit ei que loquor? Etiā si locut⁹ fuerit homo deuorabit̄:at nūc nō videt lucem. Subito aer cogetur in nubes: et ventus trāsiens fugabit eas. Ab aquilone aurū venit:et a deo formidolosa laudatio. Digne eum inueniri non possumus. Magnus fortitudine et iudicio et iustitia:et enarrari nō potest. Ideo timebunt eum viri:et nō audebunt cōtemplari oñes q̄ sibi videntur esse sapientes. xxxvij

Respondēs aūt dominus iob de turbine dixit. Quis ē iste involuens sententias sermonibs imperitis? Accinge sicut vir lumbos tuos:interrogabo te:et respōde michi. Vbi eras quādo ponebā fundamēta terre? Indica michi si habes intelligētiā. Quis posuit mēsuras eius si nosti:vel quis tetendit sup eā lineā? Super quo bases illius solidate sunt? Aut quis dimisit lapidem angularē ei⁹ cū me laudarēt simul astra matutina:et iubilarēt omnes filij dei? Quis conclusit ostijs mare quādo erumpebat quasi de vulua procedens: cū ponerem nubem vestimentū eius:et caligine illud q̄si pānis infantie obuoluerē? Circūdedi illud terminis meis:et posui vectē et ostia: et dixi. Vsq; huc venies et non procedes amplius:et hic confringes tumentes fluctus tuos. Nūquid post orū tuū precepisti diluculo et ostendisti aurore locū suū:et tenuisti extremā terre:et excussisti impios ex ea? Reformet ut lutū signaculū: et stabit sicut vestimentū. Auferetur ab impijs lux sua: et brachiū excelsum conteretur. Nūquid ingressus es profundū maris:et in nouissimis abissi deābulasti? Nūquid aperte sunt tibi porte mortis: et ostia tenebrosa vidisti? Nūquid consideasti latitudinem terre? Indica michi si nosti oñia in qua via lux habitet et tenebrarū quis loc⁹ sit:ut ducas unūquodq; ad fines suos. et intelligas semitas domus eius. Scisbas tūc qđ nasciturus esses:et numerū dierum tuor; noueras? Nūqđ ingressus es thesauros nivis aut thesauros grādinis aspexisti: que ꝑparaui in tēpus hostis:in die pugne et belli? Per quā viam spargitur lux:dividitur estus super terrā? Quis dedit vehemētissimo ymbri cursum et viā sonātis tonitrui: ut plueret super terrā absq; homine in deserto ubi null⁹ mortaliū cōmorat̄:ut impleret inuiā et desolatā:et pduceret herbas virentes? Quis est pluuie pater:vel quis genuit stillas roris? De cuius utero egressa est glacies:et gelu de celo quis genuit? In similitudinē lapidis aque durantur:et superficies abissi cōstringitur. Nūquid cōiungere valebis micantes stellas pliadas:aut

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0597
powered by DWork • Heidelberg University Library

girū arcuri poteris dissipare? Numquid produxis lucifer in tpe suo: z restitues filios eius in terra? Numquid nosti ordinem celi: et pones rationē eius in terra? Numqd eleuabis in nebulā vocem tuā: et impetus aquarum operiet te? Numquid mittes fulgura et ibūt: z reuertentia dicēt tibi assumus? Quis posuit in visceribus hominis sapientiā: uel quis dedit gallo intelligentiā? Quis enarrabit celorū rationē: et cōtentū celi quis dormire faciet? Quando fundabat pulueris in terrā: et glebe cōpingebatur? Numqd capies leene predā: et animā catulorū eius implebis: quādo cubāt in antris et in specubus insidiant? Quis parat coruo escam suā: quando pulli eius clamant ad deum vagātes eo q non habeant cibos?

Numquid nosti tempus partus ibicū in petris: uel parturientes ceruas obseruasti? Dinumerasti menses cōceptus earū: et scisti tempus partus earū? Incurvantur ad fetū z pariūt: et rugitus emittūt. Separantur filij earū et pergūt ad pastū: egrediūt z nō reuertētur ad eas. Quis dimisit onagrum liberū: et vincla eius quis solvit? Cui dedi in solitudine domū: et tabernacula eius in terra salsuginis. Contemnit multitudinē ciuitatis: clamorē exactoris nō audit. Circūspicit montes pascue sue: z virentia quecq perquirit. Numqd volet rinoceros seruire tibi: aut morabit ad presepe tuū? Numquid alligabis rinocerota ad arādū loro tuo: aut cōfringet glebas vallium post te? Numquid fiducia habebis in magna fortitudine eius? Et derelinques ei labores tuos? Numquid credes illi quoniā sementem reddet tibi: et aream tuā cōgregget? Penna struthionis similis est pennis herodij et accipitris. Quādo derelinquit oua sua in terra: tu forsitan in puluere calefacies ea? Obliuiscitur q pes conculcet ea: aut bestia agri conterat. Duratur ad filios suos quasi non sint sui: frustra laborauit nullo timore cogente. Priuauit enim eam deus sapientia: nec dedit illi intelligentiā. Cū tempus fuerit in altū alas erigit: deridet equū et ascensorem eius. Numquid prebes equo fortitudinē: aut circūdabis collo eius hinnitū? Numqd suscitabis eū sicut locustas? Gloria narium eius terror: terrā ungula fodit. Exultat audacter: in occursum pergit armatis. Contemnit pauore: nec redit gladio. Super ipm sonabit pharetra: vibrabit hasta et clipeus. Feruens et fremens sorbet terrā: nec reputat tube sonare clangorem. Vbi audierit buccinam dicit vah: procul odoratur bellum exhortationē ducū z vlulatū exercitus. Numquid p sapientiā tuā plumescit accipiter: et expandens alas suas ad austrū? Numquid ad preceptū tuū eleuabitur aquila: et in arduis ponet nidū suū? In petris manet et in preruptis silicibus cōmorat: atq inaccessis rupibus. Inde cōtemplat escam: et de longe oculi eius prospiciūt. Pulli eius lambunt sanguinē: et ubicūq cadauer fuerit statim adest. Et adiecit dominus: et locutus est ad iob. Numquid qui contendit cum deo: tam facile conquiescit? Vbiq qui arguit deum: debet et respondere ei. Respondens aūt iob domino dixit. Qui leuiter locutus sum: respondere quid possum? Manum meam ponam super os meum. Vnū locutus sum qd vtinā nō dixissem: z alterū: quibus vltra non addā.

Respondēs aūt dñs iob de turbine dixit. Accinge sicut vir lumbos tuos: interrogabo te: et indica mihi. Nūquid irritū facies iudiciū meū: et cōdemnabis me ut iustificeris? Et si habes brachiū sicut deus et voce simili tonas: circūda tibi decorē et in sublime erigere: et esto gloriosus et speciosus induere vestibus. Disperge superbos in furore tuo et cōfunde eos: et respice cūctos superbos et cōfunde eos: et cōtere impios in loco suo. Abscōde eos in puluere simul: et facies eorū demerge in foueam: et ego cōfitebor q̄ saluare te possit dextera tua. Ecce behemoth quē feci tecū: fenū quasi bos comedet. Fortitudo eius in lumbis eius: et virtus illius in umbilico ventris eius. Stringit caudā suā quasi cedrū: nerui testiculorum eius spissi sunt. Ossa eius velut fistule ereis: carilago illius quasi lamine ferree. Ipse est principiū viarum dei. Qui fecit eū applicabit gladium eius: huic mōtes herbas ferūt. Omnes bestie agri ludēt ibi: sub umbra dormit in secreto calami: i locis humentibus. Protegunt umbre umbrā eius: circundabunt eū salices torrentis. Ecce absorbebit fluuiū et nō mirabit: et habet fiduciā q̄ influat iordanis in os eius. In oculis eius quasi hamo capient eū: et in sudibus perforabit nares eius. An extrahere poteris leuiathan hamo: et fune ligabis linguā eius? Nūquid pones circulū in naribus eius: aut armilla perforabis maxillā eius? Nunquid multiplicabit ad te preces: ut loquet tibi mollia? Nūq̄d feriet tecū pactū: et accipies eū seruū sempiternū? Nunq̄d illudes ei quasi aui: aut ligabis eum ancillis tuis? Concident eum amici: diuidēt illū negociatores. Nunquid implebis sagenas pelle eius: et gurgustiū piscū capite illius? Pones sup eū manū tuā? Memēto belli: nec vltra addas loqui. Ecce spes eius frustrabit eū: et videntibus cunctis p̄cipitabit. xli

Non quasi crudelis suscitabo eū. Quis enī restitere potest vultui meo: et q̄s ante dedit michi ut reddā ei? Omnia q̄ sub celo sunt mea sūt. Nō parcā ei verbis potentibus: et ad deprecandū cōpositis. Quis reuelabit faciē indumēti eius? Et in medium oris eius q̄s intrabit? Portas vultus eius quis aperiet? Per girū dentium eius formido: corpus illius quasi scuta fusilia: cōpactum squamis se prementibus. Una vni cōiungitur: et ne spiraculū quidē incedit per eas. Una alteri adherebit: et tenentes se nequaq̄ seperabūtur. Sternutatio eius splendor ignis: et oculi eius ut palpebre diluculi. De ore eius lampades p̄cedūt: sicut rede ignis accense de naribus eius p̄cedit fumus: sicut olle succense atq̄ feruentis. Halitus eius prunas ardere facit: et flāma de ore eius egredit. In collo eius morabit fortitudo: et faciē eius p̄cedit egestas. Membra carnium eius cohērentia sibi. Mittet cōtra eū fulmina: et ad locū aliū nō ferentur. Cor eius indurabit tanq̄ lapis: et stringetur q̄si malliatoris incus. Cū sublatus fuerit timebūt angeli: et territi purgabūtur. Cū apprehenderit eū gladius sublistere nō poterit: neq̄ hasta neq̄ thorax. Reputabit enī quasi paleas ferrū: et quasi lignū putridū es. Non fugabit eū vir sagittarius: in stipulā versi sunt ei lapides funde. Quasi stipulam estimabit malliū: et deridebit vibrantem hastam. Sub ipso erūt radij solis: et sternet sibi aurū quasi lutū.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0599
powered by DWork • Heidelberg University Library

feruescere faciet ḡsi ollā profūdum maris: ponet quasi cū unguenta bulliunt. Post eum lucebit semita: estimabit abyssum quasi senescentem. Non est super terram potestas que comparetur ei: qui factus est ut nullum timeret. Omne sublime videt: ipse est rex super uniuersos filios superbie. Ely

Respondens autem iob dño dixit. Scio qa oīa potes: et nulla te latet cogitatio. Quis est iste qui celat cōsiliū absq; scientia? Ideo insipienter locut⁹ sum: et que ultra modū excederent scientiā meā. Audi et ego loquar: interrogabo te et respōde michi. Auditu auris audiui te: nūc aūt oculus meus uidet te. Idcirco ipe me reprehendo: et ago penitentiā in fauilla et cinere. Postq; aūt locut⁹ est dn̄s uerba hec ad iob: dixit ad eliphaz themanitem. Iratus est furor meus in te et in duos amicos tuos: quoniā nō estis locuti coram me rectū sicut seru⁹ meus iob. Sumite ergo uobis septem thauros et septem arietes: et ite ad seruū meū iob: et offerte holocaustum pro uobis. Iob aūt seru⁹ meus orabit pro uobis. Faciem ei⁹ suscipiā: ut nō uobis imputet stultitia. Neq; enī locuti estis ad me recta: sicut seru⁹ meus iob. Abiecūt ergo eliphaz themanites et baldath suites et sophar naamatites et fecerūt sicut locutus fuerat dn̄s ad eos: et suscepit deus faciem iob. Dn̄s q; conuersus est ad penitentiā iob: cū oraret pro amicis suis. Et addidit dn̄s oīa quecūq; fuerāt iob duplicia. Venerūt aūt ad eū oēs fratres sui et uniuersę sorores sue et cūcti qui nouerāt eū prius: et comederūt cū eo panē in domo eius. Et mouerūt sup eū caput: et cōsolati sūt eū sup oī malo qđ intulerat dn̄s sup eum: et dederūt ei unusquisq; ouem unam et inaurem auream unā. Dn̄s aūt benedixit nouissimis iob magis qua principio ei⁹. Et facta sūt ei quatuordecim milia ouiū et sex milia camelorū: et mille iuga boū: et mille asine: et fuerūt ei septē filij et tres filie. Et uocauit nomē uni⁹ die: et nomen secūde cassiam: et nomē tercie cornustibij. Nō sunt aūt inuente mulieres speciose sicut filie iob: in uniūsa terra. Dedit q; eis pater suus hereditatē inter fratres eas. Uixit aūt iob post hec centū ḡdragita ānis: et uidit filios suos et filios filioz suoz usq; ad quartā generationē: et mortu⁹ ē senex et plen⁹ dierū.

Ualterius rome dudū politus emēdarā: et iuxta septuaginta interpretes. licet cursim. magna tamē ex parte correxerā. Quod quia rursum uidetis o paula et eustochiū scriptoz uicio deprauatū. pluraq; antiquum errorem ꝯ nouā emēdationē ualere: me rogitis ut uelut quodam nouali. scillū iam aruū exerceam. et obliquis sulcis renascentes spinas eradicem: equū esse dicētes. ut qđ crebro pullulat crebrius succidatur. Vnde consueta pfatione cōmoneo. tam uos quibz forte labor iste deludat. quā eos qui exemplaria istiusmodi habere uoluerit: ut q diligenter emendauī: cū cura et diligētia trāscribantur. Notet sibi unusquisq; uel iacētem lineā. uel radiātia signa. id est obeliscos. uel astericos: et ubicūq; uiderit uirgulā pcedentem. ab ea usq; ad duo pūcta que impressim⁹. sciat in septuaginta translatoribus plus haberi: ubi aūt prefixerit stelle similitudinē.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0600
powered by DWork • Heidelberg University Library

de hebreis voluminibz addītū nouerīt eque usqz ad duo pūcta-iuxta theodotionis dumtaxat editionē: qui simplicitate ymonis a septuaginta interpretibus nō discordat. Hec ergo et vobis et studioso cuiqz fecisse me sciens nō ambigo multos fore-qui uel inuidia uel superciliq malent contemnere et uidere preclara quam discere: et de turbulento magis riuo quam de purissimo fōte potare.

Beatus vir qui nō abiit in cōsilio impiorū: et in uia peccatorum nō stetit: et in cathedra pestilētie nō sedit. Sed in lege dñi uoluītas eius: ⁊ in lege eius meditabit die ac nocte. Et erit tanqz liguū quod plātatum est secus decursus aquarū: qđ fructū suū dabit in tpe suo. Et folīū eius nō defluet: ⁊ omnia quecūqz faciet prosperabūtur. Non sic impij nō sic: sed tanqz puluis quē proicit uētus a facie terre. Ideo nō resurgūt impij i iudicio: neqz peccatores in cōsilio iustorū. Quoniam nouit dominus uiā iustoz: ⁊ iter impiorum peribit.

Quare fremuerūt gētes: et pplī meditati sunt inania? Astiterūt reges terre et principes cōuenerunt in unū: adūsus dñm ⁊ adūsus xpistū ei⁹. Dirumpam⁹ uincla eoz: ⁊ proiciam⁹ a nobis iugū ipoz. Qui habitat i celis irridebit eos: ⁊ dñs subsānabit eos. Tunc loquet ad eos in ira sua: ⁊ in furore suo cōturbabit eos. Ego autem cōstitut⁹ sum rex ab eo super syon montem sanctū ei⁹: prdicās preceptū eius. Dominus dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te. Postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuā: et possessionē tuā fines terre. Reges eos i uirga ferrea: ⁊ tanqz uas figuli cōfringes eos. Et nūc reges intelligite: erudimini q̄ iudicatis terrā. Seruite dño i timore: et exultate ei cū tremore. Apprehendite disciplinam: ne quādo irascatur dominus ⁊ pereatis de uia iusta. Cum exarserit in breui ira eius: beati omnes qui confidunt in eo.

Domine qđ multiplicati sunt qui tribulāt me? multi insurgūt aduersum me. Multi dicūt anime mee: nō est salus ipsi in deo eius. Tu aūt dñe susceptor me⁹ es: gloria mea ⁊ exaltās caput meū. Uoce mea ad dominū clamaui: ⁊ exaudiuit me de mōte sācto suo. Ego dormiui ⁊ soporat⁹ sum: ⁊ exurrexi quia dñs suscepit me. Non timebo milia populi circūdantis me: exurge dñe saluū me fac deus meus. Quoniam tu percussisti oēs adūsantes michi sine causa: dentes peccatorū cōtriuisti. Domini est sal⁹: et super populū tuum benedictio tua.

Cum inuocarē exaudiuit me deus iusticie mee: i tribulatione dilatasti michi. Miserere mei: et exaudi orationē meā. Filij hominū usqz quo graui corde: ut quid diligitis uanitatem et queritis mēdacium? Et scitote quoniā mirificauit dñs sāctum suū: dñs exaudiet me cū clamauero ad eū. Irascemini et nolite peccare: que dicitis in cordibus uestris in cubilibus uestris compungimini. Sacrificate sacrificiū iusticie ⁊ sperate in domino: multi dicunt q̄s ostendit nobis bona.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0601
powered by DWork • Heidelberg University Library

Signatum est super nos lumen vultus tui domine: dedisti letitiam in corde meo. A fructu frumenti vini et olei sui: multiplicati sunt. In pace in idipsum: dormiam et requiescam. Quoniam tu domine: singulariter in spe constituisti me.

Verba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum. Intende voci orationis mee: rex meus et deus meus. Quoniam ad te orabo dne: mane exaudies vocem meam. Mane astabo tibi et videbo: quoniam non deus volens iniquitatem tu es. Neq; habitabit iuxta te malignus: neq; permanebunt iniusti ante oculos tuos. Odisti omnes qui operantur iniquitatem: perdes omnes qui loquuntur mendacium. Virum sanguinum et dolosum abominabitur dns: ego aut in multitudine misericordie tue. Introibo in domum tuam: adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. Dne deduc me in iustitia tua: propter inimicos meos dirige in conspectu meo viam meam. Quoniam non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est. Sepulcrum patens est guttur eorum: linguis suis dolose agebant: iudica illos deus. Decidant a cogitationibus suis: secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos: quoniam irritauerunt te dne. Et letentur omnes qui sperant in te: in eternum exultabunt et habitabis in eis. Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iusto. Domine: ut scuto bone voluntatis tue coronasti nos.

Domine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. Miserere mei dne quoniam infirmus sum: sana me dne quoniam conturbata sunt ossa mea. Et anima mea turbata est valde: et tu dne usq; quo? Convertere dne et eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam. Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno aut quis confitebitur tibi? Laboraui in gemitu meo: lauabo per singulas noctes lectum meum: lacrimis meis stratum meum rigabo. Turbatus est a furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit dns vocem fletus mei. Exaudiuit dns deprecationem meam: dns orationem meam suscepit. Erubescant et conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur et erubescant valde velocissime.

Domine deus meus in te speraui: saluum me fac ex omnibus persequentibus me et libera me. Ne quando rapiat ut leo animam meam: dum non est qui redimat neq; qui saluum faciat. Dne deus meus si feci istud: si est iniquitas in manibus meis. Si reddidi retribuentibus mihi mala: decidam merito ab inimicis meis inanis. Persequatur inimicus animam meam et comprehendat: et conculcet in terra vitam meam: et gloriam meam in pulueren deducat. Exurge domine in ira tua: et exaltare in finibus inimicorum meorum. Et exurge domine deus meus in precepto quod mandasti: et synagoga populorum circumdabit te. Et propter hanc in altum regredere: dns iudicat populos. Iudica me dne secundum iustitiam meam: et secundum innocentiam meam super me. Consumetur nequitia peccatorum: et dirriges iustum

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0602
powered by DWork • Heidelberg University Library

scrutans corda et renes deus. ¶ Iustum adiutorium meum a dño: q̃ saluos facit rectos corde. ℣ eus iudex iustus fortis et patiens: nũquid irascitur per singulos dies. ℟ Nisi conuersi fueritis gladium suum vibrauit: arcum suum tetendit et paravit illum. ℣ Et in eo paravit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit. ℣ Ece parturit iniustitiã: cõcepit dolorem et peperit iniquitatẽ. ¶ Lacum aperuit et effodit eum: et incidit in foueam quã fecit. ℣ Conuertetur dolor eius in caput eius: et in vertice ipsius iniquitas eius descendet. ℣ Confitebor dño secundum iustitiam eius: et psallam nomini dñi altissimi.

Domine dñs noster: quam admirabile est nomẽ tuum in vniuersa terra. Quoniam eleuata est magnificentia tua: super celos. ℣ Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudẽ propter inimicos tuos: ut destruas inimicum et vltorem. Quoniã videbo celos tuos opera digitorum tuorum: lunam et stellas que tu fundasti. Quid est homo quod memor es eius: aut filius hominis quoniam visitas eum. Minuisti eum paulominus ab angelis: gloria et honore coronasti eum: et cõstituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius: oues et boues vniuersas: insuper et pecora cãpi. Voluucres celi et pisces maris: qui perambulant semitas maris. Domine dñs noster: quam admirabile est nomẽ tuum in vniuersa terra.

Et non recessit retro cor nostrum: et
declinasti semitas nostras a via tua.
Quoniam humiliasti nos in loco
afflictionis: et cooperuit nos umbra
mortis. Si oblivi sumus nomen dei
nostri: et si expandimus manus no-
stras ad deum alienum. Nonne deus
requiret ista? ipse enim novit abscon-
dita cordis. Quoniam propter te
mortificamur tota die: estimati sumus
sicut oves occisionis. Exsurge qua-
re obdormis domine: exsurge et ne
repellas in finem. Quare faciem tuam
avertis oblivisceris inopie nostre: et
tribulationis nostre. Quoniam hu-
miliata est in pulvere anima nostra: agglutina-
tus est in terra venter noster. Exsurge dne
adjuva nos: et redime nos propter no-
men tuum.

Eructavit cor meum verbum bo-
num: dico ego opera mea regi.
Lingua mea calamus scribe: veloci-
ter scribentis. Speciosus forma pre
filijs hominum: diffusa est gratia in
labijs tuis: propterea benedixit te de-
us in eternum. Accingere gladio tu-
o: super femur tuum potentissime. Spe-
cie tua et pulchritudine tua: intende pro-
spere procede et regna. Propter veri-
tatem et mansuetudinem et justiciam: et
deducet te mirabiliter dextera tua. Sa-
gitte tue acute: populi sub te cadent
in corda inimicorum regis. Sedes
tua deus in seculum seculi: virga directionis
virga regni tui. Dilexisti justiciam
et odisti iniquitatem: propterea unxit
te deus deus tuus oleo letitie pre consor-
tibus tuis. Mirra et gutta et casia a
vestimentis tuis: a domibus eburneis ex quibus delectaverunt te filie regum
in honore tuo. Astitit regina a dextris
tuis in vestitu deaurato: circumdata
varietate. Audi filia et vide et inclina
aurem tuam: et obliviscere populum
tuum et domum patris tui. Et con-
cupiscet rex decorem tuum: quoniam
ipse est dominus deus tuus et adorabunt
eum. Et filie tyri in muneribus: vul-
tum tuum deprecabuntur omnes divi-
tes plebis. Omnis gloria ejus filie
regis ab intus: in fimbrijs aureis cir-
cumamicta varietatibus. Adducentur
regi virgines post eam: proxime ei
afferentur tibi. Offerentur in letitia
et exultatione: adducentur in templum
regis. Pro patribus tuis nati sunt
tibi filij: constitues eos principes su-
per omnem terram. Memores erunt nominis
tui domine: in omni generatione et
generationem. Propterea populi confite-
buntur tibi in eternum: et in seculum seculi.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0619
powered by DWork • Heidelberg University Library

Deus noster refu-
gium et virtus: adiutor in tri-
bulationibus que inuenerunt nos
nimis. Propterea non timebimus
dum turbabitur terra: et transferent̃
montes in cor maris. Sonauerunt
et turbate sunt aque eorum: cõturba-
ti sunt montes in fortitudine eius.
Fluminis impetus letificat ciuita-
tem dei: sanctificauit tabernaculum
suum altissimus. Deus in medio e-
ius non commouebitur: adiuuabit
eam deus mane diluculo. Con-
turbate sunt gentes et inclinata sunt
regna: dedit vocem suam mota ẽ terra.
Dominus virtutum nobiscum:
susceptor noster deus iacob. Venite
et videte opera dn̄i que posuit pro-
digia sup terram: auferens bella usq;
ad finem terre. Arcum cõteret et con-
fringet arma: et scuta comburet igni.
Vacate et videte quoniam ego sum
deus: exaltabor in gentibus et exalta-
bor in terra. Dominus virtutum no-
biscũ: susceptor noster deus iacob.

Omnes gẽtes plaudite manibus: iu-
bilate deo in voce exultationis.
Quoniã dn̄s excelsus terribilis: rex
magnus super om̃em terram. Sub-
iecit populos nobis: et gentes sub pe-
dibus nostris. Elegit nobis hereditatem
suam: speciem iacob quã dilexit.
Ascendit deus in iubilo: et dn̄s
in voce tube. Psallite deo nostro psal-
lite: psallite regi nr̃o psallite. Quo-
niam rex omnis terre deus: psallite
sapienter. Regnabit deus super gen-
tes: deus sedet super sedem sanctam
suam. Principes populorum congre-
gati sunt cum deo abraham: quoniã
dii fortes terre vehementer eleuati sunt.

Magnus dominus et laudabilis
nimis: in ciuitate dei nostri in
monte sancto eius. Fundatur exul-
tatione vniuerse terre: mons syon la-
tera aquilonis ciuitas regis magni.
Deus in domibus eius cognoscetur: cũ suscipi-
et eam. Quoniam ecce reges terre
congregati sunt: conuenerunt in vnũ.
Ipsi videntes sic admirati sunt: con-
turbati sũt commoti sunt: tremor apprehendit
eos. Ibi dolores vt parturientis: in spi-
ritu vehementi conteres naues tharsis.
Sicut audiuimus sic vidimus in ci-
uitate domini virtutũ in ciuitate dei
nostri: deus fundauit eam in eternũ.
Suscepimus deus misericordiam tu-
am: in medio templi tui. Secũdum
nomen tuũ deus sic et laus tua in fines
terre: iustitia plena ẽ dextera tua. Le-
tetur mons syon et exultent filie iude:
propter iudicia tua dn̄e. Circundate
syon et complectimini eã: narrate in
turribus eius. Ponite corda vestra
in virtute eius: et distribuite domos
eius vt narretis in progenie altera.
Quoniã hic ẽ deus deus noster in eternũ
et in seculũ seculi: ipe reget nos in secu-
la.

Audite hec omnes gentes: auri-
bus percipite om̃es qui habita-
tis orbem. Quiq; terrigene et filij ho-
minum: simul in vnũ diues et pauper.
Os meum loquetur sapientiam et
meditatio cordis mei prudentiã. In-
clinabo in parabolã aurem meã: apiã in
psalterio propositionem meã. Ut quid
timebo in die mala: iniquitas calcanei mei cir-
cundabit me. Qui confidunt in virtute su-
a: et in multitudine diuitiarum suarum glori-
antur. Frater non redimit redimet

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0620
powered by DWork • Heidelberg University Library

hꝺmo ⁊ nō dabit deo placationē suā.
Et pciū redemptionis aīme sue:
et laborabit in eternū et viuet adhuc
in finem. Non videbit interitum cum
viderit sapientes morientes: simul in-
sipiens et stultus peribunt. Et relin-
quent alienis diuitias suas: ⁊ sepul-
cra eorum domus eorum in eternum.
Tabernacula eorum in progenie et
progenie: vocauerunt nomina sua ī
terris suis. Et homo cum in honore
esset non intellexit: comparatus est iu-
mentis insipientibꝫ: ⁊ similis factus
est illis. Hec via illorum scandalum
ipsis: ⁊ postea in ore suo complace-
bunt. Sicut oues in inferno positi
sunt: mors depascet eos. Et domi-
nabuntur eorum iusti in matutino:
et auxilium eorū veteraſcet in inferno
a gloria eorum. Verumtamen deus
redimet animam meam de manu in-
feri cum acceperit me. Ne timueris cū
diues factus fuerit homo: ⁊ cum mul-
tiplicata fuerit glia domus eiꝰ. Quo-
niam cum interierit nō sumet oīa:
neq; descendet cum eo gloria eiꝰ. Qui-
a anima eius in vita ipsius benedice-
tur: confitebitur tibi cū benefeceris ei.
Introibit usq; ī progenies patrum
suorum: usq; in eternum non videbit
lumē. Homo cū ī honore esset nō in-
tellexit: cōparat⁹ ē iumētis insipiētibꝫ:
et similis fact⁹ ē illis.
Deus deorum dominus locutus
est: et vocauit terram. A solis
ortu usq; ad occasum: ex syon species
decoris eius. Deus manifeste veniet:
deus noster ⁊ non silebit. Ignis in
conspectu eius exardescet: et in circuitu
eius tempestas valida. Advocauit
celum desursum: et terram discernere
populū suū. Congregate illi sanctos
eius: qui ordinant testamentum eius
super sacrificia. Et annunciabunt
celi iusticiam eius: quoniam deus iu-
dex est. Audi populus meus et lo-
quar: israhel et testificabor tibi: de-
us deus tuus ego sum. Non in sacri-
ficijs tuis arguam te: holocausta au-
tem tua in conspectu meo sunt semper.
Non accipiam de domo tua vitu-
los: neq; de gregibus tuis hircos.
Quoniam mee sunt omnes fere sil-
uarum: iumenta in montibus et bo-
ues. Cognoui omnia volatilia ce-
li: et pulchritudo agri mecum est. Si
eſuriero non dicam tibi: meus est e-
nim orbis terre et plenitudo eiꝰ. Nun-
quid māducabo carnes thaurorum:
aut sanguinem hircorum potabo?
Immola deo sacrificium laudis:
et redde altissimo vota tua. Et in-
voca me in die tribulationis: eruam
te et honorificabis me. Peccatori au-
tem dixit deus quare tu enarras iusti-
cias meas: et assumis testamentum
meum per os tuum? Tu vero odisti
disciplinam: et proiecisti sermones
meos retrorsum. Si videbas furem
currebas cum eo: et cum adulteris pe-
cionem tuam ponebas. Os tuum a-
bundauit malicia: et lingua tua con-
cinnabat dolos. Sedens aduersus
fratrem tuum loquebaris: et aduer-
sum filium matris tue ponebas scan-
dalum: hec fecisti et tacui. Existima-
sti inique ꝙ ero tui similis: arguam
te ⁊ statuam cōtra faciē tuam. Intel-
ligite hec q̄ obliuiscimini deū: nequā do
rapiat et non sit qui eripiat. Sacri-
ficiū laudis honorificabit me: et illic
iter quo ostendā illi salutare dei.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0621
powered by DWork • Heidelberg University Library

Miserere mei deus: secundum magnam misericordiam tuā. Et secūdum multitudinem miserationū tuarum: dele iniquitatem meā. Amplius lava me ab iniquitate mea: et a peccato meo munda me. Quoniam iniqtatem meam ego cognosco: et peccatum meum contra me est semper. Tibi soli peccavi et malum coram te feci: ut iustificeris in sermonibz tuis et vincas cum iudicaris. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: et in peccatis concepit me mater mea. Ecce enim veritatem dilexisti: incerta et occulta sapientie tue manifestasti michi. Asperges me yssopo et mundabor: lavabis me et super nivem dealbabor. Auditui meo dabis gaudium et letitiam: et exultabunt ossa humiliata. Averte faciem tuam a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me deus: spiritum rectum innova in visceribus meis. Ne proicias me a facie tua: et spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Redde michi letitiam salutaris tui: et spiritu principali confirma me. Docebo iniquos vias tuas: et impii ad te convertentur. Libera me de sanguinibus deus deus salutis mee: et exultabit lingua mea iusticiam tuam. Domine labia mea aperies: et os meum annunciabit laudem tuam. Quoniam si voluisses sacrificium dedissem utiq;: holocaustis non delectaberis. Sacrificium deo spiritus contribulatus: cor contritum et humiliatum deus non despicies. Benigne fac domine in bona voluntate tua syon: ut edificentur muri ihrlm. Tunc acceptabis sacrificiū iusticie oblationes et holocausta: tunc imponēt sup altare tuū viculos.

Quid gloriaris in malicia: qui potens es in iniquitate? Tota die iusticiā cogitavit lingua tua: sicut novacula acuta fecisti dolū. Odisti iniquitatem magis q̄ loqui equitatem. Odisti omnia verba precipitationis: lingua dolosa. Propterea deus destruet te in finem: evellet te et emigrabit te de tabernaculo tuo: et radicem tuam de terra viventium. Videbunt iusti et timebunt: et super eum ridebūt et dicent: ecce homo q̄ nō posuit deum adiutorem suum. Sed speravit in multitudine divitiarum suarum: et prevaluit in vanitate sua. Ego autem sicut oliva fructifera in domo dei: speravi in misericordia dei in eternum et in seculum seculi. Confitebor tibi in seculum quia fecisti: et exspectabo nomen tuū quū bonū in conspectu sanctoz tuoz.

Dixit insipiens in corde suo: non est deus. Corrupti sunt et abominabiles facti sunt in iniquitatibz: non est qui faciat bonū. Deus de celo prospexit super filios hominum: ut videat si est intelligens aut requirēs deum. Omnes declinaverunt simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum nō est usq; ad unum. Nonne scient omnes qui operantur iniquitatem: qui devorant plebem meam ut cibum panis? Deum non invocaverunt: illic trepidaverunt timore ubi nō erat timor. Quoniam deus dissipavit ossa eoz q̄ hominibz

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0622
powered by DWork • Heidelberg University Library

placent: confusi sunt quoniam deus spreuit eos. Quis dabit ex syon salutare israhel: cum conuerterit deus captiuitatem plebis sue exultabit iacob & letabit isrl.

Deus in nõe tuo saluũ me fac: et in virtute tua iudica me. Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei. Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me: & fortes quesierunt animam meam: et non proposuerunt deum ante conspectum suum. Ecce enim deus adiuuat me: et dominus susceptor est anime mee. Auerte mala inimicis meis: et in veritate tua disperde illos. Voluntarie sacrificabo tibi: et confitebor nomini tuo domine quoniam bonum ẽ. Quoniam ex oñi tribulatione eripuisti me: et super inimicos meos despexit oculus meus.

Exaudi deus orationem meam: et ne despexeris deprecationem meam: intende mihi et exaudi me. Contristatus sum in exercitatione mea: et conturbatus sum a voce inimici & a tribulatõe peccatoris. Quoniam declinauerũt in me iniquitates: et in ira molesti erãt michi. Cor meum conturbatum est in me: et formido mortis cecidit super me. Timor et tremor venerunt super me: et contexerunt me tenebre. Et dixi quis dabit pennas sicut columbe: & volabo & requiescam. Ecce elongaui fugiens: & mansi in solitudine. Expectaui eum qui saluum me fecit: a pusillanimitate spiritus et tempestate. Precipita domine diuide linguas eorũ: quoniã vidi iniquitatem et contradictionem in ciuitate. Die ac nocte circundabit eam super muros eius iniquitas: et labor in medio eius & iniustitia. Et non defecit de plateis eius: usura et dolus. Quoniam si inimicus meus maledixisset michi: sustinuissem utiq;. Et si is qui oderat me super me magna locutus fuisset: absconditissem me forsitan ab eo. Tu vero homo unanimis: dux meus et notus meus. Qui simul mecum dulces capiebas cibos: in domo dei ambulauimus cum consensu. Veniat mors super illos: et descendant in infernũ viuentes. Quoniam nequitie in habitaculis eorum: in medio eorum. Ego autem ad deum clamaui: et dominus saluauit me. Vespere et mane et meridie narrabo & annunciabo: & exaudiet vocẽ meam. Redimet in pace animam meam ab his qui appropinquant michi: quoniam inter multos erant mecum. Exaudiet dominus & humiliabit illos: qui est ãte secula. Non enim est illis commutatio & nõ timuerunt deum: extendit manum suam in retribuendo. Polluerunt testamentum eius: diuisi sunt ab ira vultus eius: et appropinquauit cor illius. Mollita sunt sermones eius super oleum: et ipsi sunt iacula. Iacta super dominum curam tuam et ipse te enutriet: et nõ dabit in eternũ fluctuationem iusto. Tu vero deus: deduces eos in puteum interitus. Viri sãguinũ et dolosi nõ dimidiabũt dies suos: ego aũt sperabo in te dñe.

Miserere mei deus quoniam conculcauit me homo:

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0623
powered by DWork • Heidelberg University Library

tota die impugnans tribulauit me. Conculcauerunt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes aduersum me. Ab altitudine diei timebo: ego vero in te sperabo. In deo laudabo sermones meos: in deo speraui non timebo quid faciat michi caro. Tota die verba mea execrabantur: aduersum me omnes cogitationes eorum in malum. Inhabitabunt et abscondent: ipsi calcaneum meum obseruabunt. Sicut sustinuerunt animam meam pro nichilo saluos facies illos: in ira populos confringes. Deus vitam meam annunciaui tibi: posuisti lacrimas meas in conspectu tuo. Sicut et in promissione tua: tunc conuertentur inimici mei retrorsum. In quacunq; die inuocauero te: ecce cognoui quoniam deus meus es. In deo laudabo verbum: in domino laudabo sermonem: in deo speraui non timebo quid faciat michi homo. In me sunt deus vota tua: que reddam laudationes tibi. Quoniam eripuisti animā meam de morte: et pedes meos de lapsu: ut placeā coram deo in lumine viuentium.

Miserere mei deus miserere mei: quoniam in te confidit anima mea. Et in umbra alarum tuarum sperabo: donec transeat iniquitas. Clamabo ad deum altissimum: deum qui benefecit michi. Misit de celo et liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me. Misit deus misericordiam suam et veritatem suam: et eripuit animam meam de medio catulorum leonum: dormiui conturbatus. Filij hominum dentes eorum arma et sagitte: et lingua eorum gladius acutus. Exaltare super celos deus: et in omnī terra gloria tua. Laqueum parauerūt pedibus meis: et incurauerūt animam meam. Fodderunt ante faciem meam foueam: et inciderūt in eam. Paratum cor meum deus paratum cor meum: cantabo et psalmum dicam. Exsurge gloria mea exsurge psalterium et cythara: exsurgam diluculo. Confitebor tibi in populis domine: et psalmum dicam tibi in gentibus. Quoniam magnificata est usq; ad celos misericordia tua: et usq; ad nubes veritas tua. Exaltare super celos deus: et super omnem terrā gloria tua.

Si vere vtiq; iusticiam loquimini: recte iudicate filij hominum. Etenim in corde iniquitates operamini in terra: iniusticias manus vestre concinnant. Alienati sunt peccatores a vulua: erraverunt ab vtero: locuti sunt falsa. Furor illis secundum similitudinem serpentis: sicut aspidis surde et obturantis aures suas. Que non exaudiet vocem incantantium: et venefici incantantis sapienter. Deus contere dentes eorum in ore ipsorum: molas leonum confringet dominus. Ad nichilum deuenient tanquā aqua decurrentes: intendit arcum suum donec infirmentur. Sicut cera que fluit auferentur: supercecidit ignis et non viderunt solem. Priusq; intelligerent spine vestre rammum: sicut viuentes sicut in ira absorbet eos. Letabitur iustus cum viderit vindictā: manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Et dicet homo si vtiq; est fructus iusto: vtiq; est deus iudicans

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0624
powered by DWork • Heidelberg University Library

eos ī terra.

Eripe me de inimicis meis deus meus: ⁊ ab insurgentibus in me libera me. Eripe me de operantibus iniquitatem: et de viris sanguinum salua me. Quia ecce ceperunt animā meam: irruerunt in me fortes. Neq; iniquitas mea neq; peccatum meum domine: sine iniquitate cucurri et direxi. Exsurge in occursum meum et vide: et tu domine deus virtutum deus israhel. Intende ad visitandas omnes gentes: non misereris omnibus qui operantur iniquitatem. Conuertentur ad vesperam et famem patientur ut canes: et circuibunt ciuitatem. Ecce loquentur in ore suo: et gladius in labijs eorum: quoniam quis audiuit? Et tu domine deridebis eos: ad nichilum deduces omnes gentes. Fortitudinē meam ad te custodiam: quia deus susceptor meus: deus meus misericordia eius preueniet me. Deus ostendit michi super inimicos meos: ne occidas eos nequando obliuiscantur populi mei. Disperge illos ī virtute tua: et depone eos protector meus domine. Delictum oris eorum: sermonem labiorum ipsorum: et comprehendantur in superbia sua. Et de execratione et mendacio annunciabuntur in consumatione: in ira consumationis et non erunt. Et scient quia deus dominabitur iacob: et finium terre. Conuertentur ad vesperam et famem patientur ut canes: et circuibūt ciuitatem. Ipsi dispergentur ad manducandum: si vero non fuerint saturati ⁊ murmurabūt. Ego autem cantabo fortitudinem tuam: et exaltabo mane misericordiam tuam. Quia factus es susceptor meus: et refugium meum in die tribulationis mee. Adiutor meus tibi psallā: quia deus susceptor meus es: deus meus misericordia mea.

Deus repulisti nos et destruxisti nos: iratus es et misereris nobis. Commouisti terram et conturbasti eam: sana contritiones eius quia cōmota est. Ostendisti populo tuo dura: potasti nos vino compunctionis. Dedisti metuentibus te significationem: ut fugiant a facie arcus. Et liberentur dilecti tui: saluum fac dextera tua et exaudi me. Deus locutus est in sancto suo: letabor et partibor sichimam: et conuallem tabernaculorum metibor. Meus est galaad et meus est manasses: et ephraim fortitudo capitis mei. Iuda rex meus: moab olla spei mee. In ydumeam extendam calciamentū meum: michi alienigene subditi sunt. Quis deducet me in ciuitatem munitam: quis deducet me usq; in ydumeam? Nonne tu deus qui repulisti nos? et non egredieris deus in virtutibus nostris. Da nobis auxilium de tribulatione: et vana salus hominis. In deo faciemus virtutem: et ipse ad nichilū deducet tribulantes nos.

Exaudi deus deprecationem meam: intende orationi mee. A finibus terre ad te clamaui dū anxiaret

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0625
powered by DWork • Heidelberg University Library

ror meum: in petra exaltasti me. Et
duxisti me quia factus es spes mea: turris
fortitudinis a facie inimici. Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula: protegar in velamento alarum
tuarum. Quoniam tu deus meus
exaudisti orationem meam: dedisti
hereditatem timentibus nomen tuum.
Dies super dies regis adicies: annos
eius usque in diem generationis et generationis. Permanet in eternum in
conspectu dei: misericordiam et veritatem eius quis requiret? Sic psalmum dicam nomini tuo in seculum
seculi: ut reddam vota mea de die in
die.

Nonne deo subiecta erit anima
mea? ab ipso enim salutare meum. Nam et ipse deus meus et salutaris meus: susceptor meus non movebor amplius. Quousque irruitis in
hominem: interficitis universi vos:
tanquam parieti inclinato et macerie depulse? Verumtamen precium meum
cogitaverunt repellere: ruerunt in siti:
ore suo benedicebant et corde suo maledicebant. Verumtamen deo subiecta esto anima mea: quoniam ab ipso
patientia mea. Quia ipse deus meus et
salvator meus: adiutor meus non emigrabo. In deo salutare meum
et gloria mea: deus auxilii mei et spes
mea in deo est. Sperate in eo omnis
congregatio populi: effundite coram
illo corda vestra: deus adiutor noster
in eternum. Verumtamen vani filii hominum: mendaces filii hominum in
statheris: ut decipiant ipsi de vanitate
in idipsum. Nolite sperare in iniquitate
et rapinas nolite concupiscere: divitie si affluat nolite cor apponere. Semel locutus est deus duo hec audivi:
quia potestas dei est et tibi domine misericordia: quia
tu reddis unicuique iuxta opera sua.

Deus deus meus: ad te de
luce vigilo. Sitivit in te anima mea: quam multipliciter tibi caro
mea. In terra deserta et invia et inaquosa sic in sancto apparui tibi: ut
viderem virtutem tuam et gloriam tuam. Quoniam melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabunt te. Sic benedicam te in vita mea: et in nomine tuo levabo manus
meas. Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea: et labiis exultationis laudabit os meum. Si memor
fui tui super stratum meum: in matutinis meditabor in te: quia fuisti adiutor meus. Et in velamento alarum tuarum exultabo: adhesit anima
mea post te: me suscepit dextera tua.
Ipsi vero invanum quesierunt animam meam: introibunt in inferiora
terre: tradentur in manus gladii: partes vulpium erunt. Rex vero letabitur
in deo: laudabuntur omnes qui iurant in eo: quia obstructum est os loquentium iniqua.

Exaudi deus orationem meam
cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. Protexisti me
a congregatione malignantium: a multitudine operantium iniquitatem. Qui
acuerunt ut gladium linguas suas: intenderunt arcum rem amaram:
ut sagittent in occultis immaculatum.
Subito sagittabunt eum et non timebunt: firmaverunt sibi sermonem nequam. Narraverunt ut absconderent
laqueos: dixerunt quis videbit eos?
Scrutati sunt iniquitates: defecerunt
scrutantes scrutinia. Accedet homo

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0626
powered by DWork • Heidelberg University Library

et cor altū: ⁊ exaltabit deus. Fagitte
parvulorum facte sunt plage eorum:
et infirmate sunt contra eos lingue
eorum. Conturbati sunt oēs qui
videbāt eos: ⁊ timuit omnis homo.
Annunciauerunt opera dei: ⁊ facta
eius intellexerunt. Letabitur iustus
in domino ⁊ sperabit in eo: et laudabuntur omnes recti corde.

Te decet ymnus deus in syon: et
tibi reddetur votum in ierusalē.
Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet. Verba iniquorū
preualuerunt super nos: et impietatibus nostris tu propitiaberis. Beat⁹
quē elegisti et assumpsisti: inhabitabit in atriis tuis. Replebimur in bonis domus tue: sanctum est templū
tuum mirabile in equitate. Exaudi
nos deus salutaris noster: spes oīum finium terre ⁊ in mari lōge. Preparans montes in virtute tua accinctus potentia: qui conturbas profundum maris sonū fluctuum ei⁹. Turbabuntur gentes ⁊ timebunt qui habitant terminos a signis tuis: exitus
matutini ⁊ vespere delectabis. Visitasti terram ⁊ inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam. Flumen dei
repletum est aquis: parasti cibum illorum quoniam ita est parario eius.
Rivos eius inebria: multiplica genimina eius: in stillicidijs eius letabitur germinās. Benedices corone anni benignitatis tue: ⁊ campi tui replebuntur ubertate. Pinguescent speciosa deserti: ⁊ exultatione colles accingentur. Induti sunt arietes ouium: et
valles habūdabūt frumēto: clamabūt

et ymnū dicēt.
Iubilate deo omnis
terra: psalmum dicite nomini eius:
date gloriam laudi eius. Dicite deo
quā terribilia sunt opera tua domine:
in multitudine virtutis tue mentient̄ tibi inimici tui. Omnis terra adoret te ⁊ psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo. Venite ⁊ videte opera dei:
terribilis in cōsilijs sup filijs hominū.
Qui convertit mare in aridam: in
flumine pertransibunt pede: ibi letabimur in ipso. Qui dominatur in virtute sua in eternū: oculi eius sup gentes respiciunt: qui exasperant non exaltent̄ in semetipsis. Benedicite gentes deum nostrum: et auditam facite
vocem laudis eius. Qui posuit animam meam ad vitam: ⁊ non dedit
in commotionem pedes meos. Quoniam probasti nos deus: igne nos
examinasti sicut examinatur argentū.
Induxisti nos in laqueum: posuisti tribulationes in dorso nostro: imposuisti homines super capita nostra.
Transiuimus per ignem ⁊ aquam:
et eduxisti nos in refrigerium. Introibo in domum tuam in holocaustis:
reddam tibi vota mea que distinxerunt
labia mea. Et locutum est os meū:
in tribulatione mea. Holocausta medullata offeram tibi cum incensu arietum: offeram tibi boues cum hircis.
Venite audite ⁊ narrabo oēs q̄ timetis deū: quanta fecit anime mee.
Ad ipsum ore meo clamaui: et exultaui sub lingua mea. Iniquitatem
si aspexi in corde meo: non exaudiet
dominus. Propterea exaudiuit deus: ⁊ attendit voci deprecationis mee.
Benedictus deus: qui nō amouit orationē meā et misericordiā suā a me.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0627
powered by DWork • Heidelberg University Library

Deus misereatur nostri et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos: et misereatur nostri. Ut cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum. Confiteantur tibi populi deus: confiteantur tibi populi omnes. Letentur et exultent gentes: quoniam iudicas populos in equitate: et gentes in terra dirigis. Confitean̄ tibi populi deus: confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum suū. Benedicat nos deus deus noster benedicat nos deꝰ: et metuant eū oēs fines ēre.

Exsurgat deus et dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Sicut deficit fumus deficiant: sicut fluit cera a facie ignis sic pereant peccatores a facie dei. Et iusti epulentur et exultent in conspectu dei: et delectentur in leticia. Cantate deo psalmum dicite nomini eius: iter facite ei qui ascendit super occasum: dominus nomen illi. Exultate in conspectu eius: turbabuntur a facie eius patris orphanorum et iudicis viduarum. Deus in loco sancto suo: deus qui inhabitare facit unius moris in domo. Qui educit vinctos in fortitudine: similiter eos qui exasperant qui habitant in sepulcris. Deus cum egrederetis in conspectu populi tui: cum pertransires in deserto. Terra mota est: etenim celi distillauerunt a facie dei synai a facie dei israhel. Pluuiam voluntariam segregabis deus hereditati tue: et infirmata est: tu vero perfecisti eam. Animalia tua habitabunt in ea: parasti in dulcedine tua pauperi deus. Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa. Rex virtutum dilecti dilecti: et speciei domus diuidere spolia. Si dormiatis inter medios cleros pennę columbe deargentate: et posteriora dorsi eius in pallore auri. Dum discernit celestis reges super eam nive dealbabuntur in selmon: mons dei mons pinguis. Mons coagulatus mons pinguis: ut quid suspicamini montes coagulatos? Mons in quo beneplacitum est deo habitare in eo: etenim dominus habitabit in finem. Currus dei decem milibus multiplex: milia letantium: dominus in eis in synai in sancto. Ascendisti in altum cepisti captiuitatem: accepisti dona in hominibus. Etenim non credentes: inhabitare dominum deū. Benedictus dominus die quotidie: prosperum iter faciet nobis deus salutarium nostrorum. Deus noster deus saluos faciendi: et domini domini exitus mortis. Verumtamen deus confringet capita inimicorum suorum: verticem capilli perambulantium in delictis suis. Dixit dominus ex basan conuertam: conuertam in profundum maris. Ut rinunguatur pes tuus in sanguine: lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Viderunt ingressus tuos deus: ingressus dei mei regis mei qui est in sancto. Preuenerunt principes coniuncti psallentibus: in medio iuuencularum timpanistriarum. In ecclesijs benedicite deo: domino de fontibus israhel. Ibi beniamin adolescentulus: in mentis excessu. Principes iuda duces eorū: principes zabulon et principes nepthalim. Manda deus virtuti tue: confirma hoc deus quod operatus es in

Biblioteca Apostolica Vaticana © RESERVED

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0628
powered by DWork • Heidelberg University Library

nobis. A templo tuo in iherusalem: tibi offerent reges munera. Increpa feras arundinis: congregatio thaurorum in vaccis populorum: ut excludant eos qui probati sunt argento. Dissipa gentes que bella volunt: venient legati ex egipto: ethiopia preveniet manus eius deo. Regna terre cantate deo: psallite domino. Psallite deo: qui ascendit super celum celi ad orientem. Ecce dabit voci sue vocem virtutis: date gloriam deo super israhel magnificentia eius et virtus eius in nubibus. Mirabilis deus in sanctis suis: deus israhel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi sue: benedictus deus.

Saluum me fac deus: quoniam intraverunt aque usq; ad animam meam. Infixus sū in limo profundi: et non est substantia. Veni in altitudinem maris: et tempestas demersit me. Laboraui clamans rauce facte sunt fauces mee: defecerunt oculi mei dum spero in deum meum. Multiplicati sunt sup capillos capitis mei: qui oderunt me gratis. Confortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei inique: que nō rapui tunc exsoluebam. Deus tu scis insipientiam meam: et delicta mea a te nō sunt abscondita. Non erubescāt in me qui exspectant te domine: domine virtutum. Non confundantur super me: qui quērunt te deus israhel. Quoniam propter te sustinui opprobrium: operuit confusio faciem meā. Extraneus factus sum fratribus meis: et peregrinus filiis matris mee. Quoniam zelus domus tue comedit me: et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. Et operui in ieiunio animam meam: et factum est in opprobrium michi. Et posui vestimentum meum cilicium: et factus sū illis in parabolam. Adversum me loquebantur qui sedebāt in porta: et in me psallebant qui bibebant vinū. Ego vero orationē meam ad te domine: tempus beneplaciti deus. In multitudine misericordie tue: exaudi me in veritate salutis tue. Eripe me de luto ut non infigar: libera me ab his qui oderūt me et de profundis aquarum. Non me demergat tempestas aque: neq; absorbeat me profundum: neq; urgeat super me puteus os suum. Exaudi me domine quoniā benigna ē misericordia tua: secundū multitudinem miserationum tuarū respice me. Et ne avertas faciem tuam a puero tuo: quoniam tribulor velociter exaudi me. Intende anime mee et libera eam: propter inimicos meos eripe me. Tu scis improperiū meum et confusionem meam: et reverentiam meam. In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me et improperium exspectauit cor meum et miseriam. Et sustinui qui simul contristaretur et nō fuit: et qui consolaretur et non inveni. Et dederūt in escā meam fel: et in sti mea potauerunt me aceto. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum: et in retributiones et in scandalum. Obscurentur oculi eorum ne videant: et dorsum eorum semper incurua. Effunde super eos iram tuam: et furor ire tue comprehendat eos. Fiat habitatio eorum deserta: et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet. Quoniam quē tu

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0629
powered by DWork • Heidelberg University Library

percussisti persecuti sunt : et super dolorem vulnerum eorum addiderunt.
Appone iniquitatem super iniquitatem eorum : et non intrent in iustitiam tuam. Deleantur de libro viuentium : et cum iustis non scribantur.
Ego sum pauper et dolens : salus tua deus suscepit me. Laudabo nomen dei cum cantico : et magnificabo eum in laude. Et placebit deo super vitulum nouellum : cornua producentem et ungulas. Videant pauperes et letentur : querite deum et viuet anima vestra. Quoniam exaudiuit pauperes dominus : et vinctos suos non despexit. Laudent illum celi et terra : mare et omnia reptilia in eis.
Quoniam deus saluam faciet syon : et edificabuntur ciuitates iude. Et inhabitabunt ibi : et hereditate acquirent eam. Et semen seruorum eius possidebit eā : et qui diligunt nomē eius habitabūt in ea.

Deus in adiutorium meum intende : domine ad adiuuandum me festina. Confundantur et reuereantur : qui querunt animam meam.
Auertantur retrorsum et erubescant : qui volūt michi mala. Auertantur statim et erubescentes : qui dicunt michi euge euge. Exultēt et letentē in te omnes qui querunt te : et dicant semper magnificetur dominus qui diligunt salutare tuum. Ego vero egenus et pauper sum : deus adiuua me. Adiutor meus et liberator meus es tu : domine ne moreris.

In te domine speraui non confundar in eternum : in iustitia tua libera me et eripe me. Inclina ad me aurem tuam : et salua me. Esto michi in deum protectorem et in locum munitum : ut saluum me facias. Quoniam firmamentum meum : et refugium meum es tu. Deus meus eripe me de manu peccatoris : et de manu contra legem agentis et iniqui. Quoniam tu es patientia mea domine : domine spes mea a iuuentute mea.
In te confirmatus sum ex vtero : de ventre matris mee tu es protector meus. In te cantatio mea semper : tanquam prodigium factus sum multis et tu adiutor fortis. Repleatur os meum laude ut cantem gloriam tuam : tota die magnitudinem tuam. Ne proicias me in tempore senectutis : cum deficiet virtus mea ne derelinquas me. Quia dixerunt inimici mei michi : et qui custodiebant animam meam consilium fecerunt in vnum. Dicentes deus derelinquit eum : persequimini et comprehendite eum : quia nō est qui eripiat. Deus ne elongeris a me : deus meus in auxilium meum respice. Confundantur et deficiant detrahentes anime mee : operiantur confusione et pudore qui querunt mala michi. Ego autem semper sperabo : et adiciam super omnem laudem tuam. Os meum annunciabit iustitiam tuam : tota die salutare tuum. Quoniam non cognoui litteraturā introibo in potentiam domini : domine memorabor iustitie tue solius.
Deus docuisti me a iuuentute mea et usq; nunc : pronunciabo mirabilia tua. Et usq; in senectam et senium : deus ne derelinquas me. Donec annunciem brachium tuum : generationi omni que venitura est. Potentiam tuam et iustitiam tuam deus

Biblioteca Apostolica Vaticana © ALL RIGHTS RESERVED
Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0630
powered by DWork • Heidelberg University Library

usq; in altissima que fecisti magnalia: deus quis similis tibi? Quantas ostendisti michi tribulationes multas et malas: et conuersus vivificasti me: et de abissis terre iterum reduxisti me. Multiplicasti magnificentiam tuam: et conuersus consolatus es me. Nam et ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam deus: psallam tibi in cythara sanctus israhel. Exultabunt labia mea cum cantavero tibi et aia mea quā redemisti. Sed et lingua mea tota die meditabit̄ iusticiā tuā: cum confusi et reuereti fuerint ꝯ quer̄t mala michi.

Deus iudicium tuum regi da: et iusticiam tuā filio regis. Iudicare populum tuum in iusticia: et pauperes tuos in iudicio. Suscipiant montes pacem populo: et colles iusticiam. Iudicabit pauperes populi et saluos faciet filios pauperum: et humiliabit calumniatorem. Et permanebit cum sole et ante lunam: i generationē et generationē. Descendet sicut pluuia in vellus: et sicut stillicidia stillantia super terram. Orietur i diebus eius iusticia et abundantia pacis: donec auferatur luna. Et dominabitur a mari usq; ad mare: et a flumine usq; ad terminos orbis terrarum. Coram illo procident ethiopes: et inimici eius terram lingent. Reges tharsis et insule munera offerent: reges arabum et saba dona adducent. Et adorabunt eum omnes reges: omnes gentes seruient ei. Quia liberabit pauperem a potente: et pauperem cui non erat adiutor. Parcet pauperi et inopi: et animas pauperum saluas faciet. Ex usuris et iniquitate redimet animas eorum: et honorabile nomen eorum coram illo. Et viuet et dabitur ei de auro arabie: et adorabunt de ipso semper: tota die benedicent ei. Erit firmamentum in terra in summis montium: superextolletur super libanū fructus ei⁹: et florebūt de ciuitate sicut fenū terre. Sit nomē ei⁹ benedictū in secula: ante solē permanet nomē eius. Et benedicentur in ipso oīes tribus terre: omnes gentes magnificabunt eum. Benedictus dominus deus israhel: qui facit mirabilia solus. Et benedictum nomen maiestatis eius in eternum: et replebit̄ maiestate ei⁹ oīs ira: fiat fiat.

Quam bonus israhel deus: his qui recto sunt corde. Mei autem pene moti sunt pedes: pene effusi sunt gressus mei. Quia zelaui super iniquos: pacem peccatorum videns. Quia non est respectus morti eorum: et firmamentum i plaga eorum. In labore hominum non sunt: et cum hominibus non flagellabuntur. Ideo tenuit eos superbia: operti sunt iniquitate et impietate sua. Et prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum: transierunt in affectum cordis. Cogitauerunt et locuti sunt nequiciam: iniquitatem in excelso locuti sunt: posuerunt in celum os suum: et lingua eorum transuit in terra. Ideo conuertetur populus meus hic: et dies pleni inuenientur in eis. Et dixerunt quomodo scit deus: et si est scientia in excelso? Ecce ipsi peccatores et abundantes in seculo: obtinuerunt diuitias. Et dixi ego sine causa iustificaui cor meum: et laui inter innocentes manus meas. Et fui flagellatus tota die:

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0631
powered by DWork • Heidelberg University Library

et castigatio mea in matutinis. Si
dicebã narrabo sic: ecce nationẽ filiorũ
tuorum reprobaui. Existimabam
ut cognoscerem: hoc labor est ante
me. Donec intrem in sanctuarium
dei: et intelligam in nouissimis eo-
rum. Verumtamen propter dolos po-
suisti eis: dejecisti eos dum alleuarẽ-
tur. Quomodo facti sunt in desola-
tionem: subito defecerunt: perierunt
propter iniquitatem suam. Velut so-
mnium surgentium: domine in ciui-
tate tua ymaginem ipsorum ad nichi-
lum rediges. Quia inflammatum ẽ
cor meum: et renes mei commutati
sunt: et ad nichilum redactus sum: et
nescaui. Et iumentum factus sum a-
pud te: et ego semper tecum. Tenuisti
manum dexteram meam: et in vo-
luntate tua deduxisti me: et cum glo-
ria suscepisti me. Quid enim michi
est in celo: et a te quid voluì super ter-
ram? Defecit caro mea et cor meũ:
deus cordis mei et pars mea deus in-
ternum. Quia ecce qui elongãt se a te
peribũt: pdidisti oẽs q̃ fornicantẽ
abs te. Michi autẽ adherere deo bonũ
est: ponere in dño deo spẽ meã. Et
ãnunciam omnes predicationes tu-
as: in portis filie syon.

Ut quid deus repu-
listi in finẽ: iratꝰ ẽ furor tuꝰ su-
per oues pascue tue? Memor esto con-
gregationis tue: quam possedisti ab
initio. Redemisti virgam hereditã-
tis tue: mons syon in quo habitasti
in eo. Leua manus tuas in superbi-
as eorum ī finem: quanta malignã-
tus est inimicus in sancto? Et glo-
riati sunt qui oderunt te: in medio so-
lemnitatis tue. Posuerunt signa su-
a signa et non cognouerunt: sicut in
exitu super summum. Quasi in silua
lignorum securibus exciderunt ianu-
as eius in idipsum: in securi et ascia de-
iecerunt eam. Incenderunt igni san-
ctuarium tuum in terra: polluerunt
tabernaculum nominis tui. Dixerũt
in corde suo cognatio eorum simul:
quiescere faciamus omnes dies festos
dei a terra. Signa nostra non vidi-
mus: iam non est propheta: et nos
nõ cognoscet amplius. Usquequo
deus improperabit inimicus: irritat
aduersarius nomen tuum in finem.
Ut quid auertis manum tuam et
dexteram tuam: de medio sinu tuo in
finem? Deus autem rex noster ante
secula: operatus est salutem in medio
terre. Tu confirmasti in virtute tua
mare: contribulasti capita draco-
num in aquis. Tu confregisti capi-
ta draconis: dedisti eum escam popu-
lis ethiopum. Tu dirupisti fontes
et torrentes: tu siccasti fluuios ethan.
Tuus est dies et tua est nox: tu fabri-
catus es auroram et solem. Tu feci-
sti omnes terminos terre: estatem et
ver tu plasmasti ea. Memor esto hu-
ius: inimicus improperauit domino:
et populus insipiens incitauit nomẽ
tuum. Ne tradas bestijs animam
confitentem tibi: et animas paupe-
rum tuorum ne obliuiscaris ī finem.
Respice ī testamentum tuũ: quia re-
pleti sunt qui obscurati sunt terre do-
mibus iniquitatum. Ne auertatur
humilis factus confusus: pauper et
inops laudabunt nomẽ tuum. Ex-
surge deus iudica causam tuam: me-
mor esto improperiorum tuorum eo-
rum qui ab insipiente sunt tota die.
Ne obliuiscaris voces inimicorum
tuorum: superbia eorum q̃ te oderũt

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0632
powered by DWork • Heidelberg University Library

ascendit semp.

Confitebimur tibi deus confitebimur: & invocabimus nomen tuum. Narrabimus mirabilia tua: cum accepero tempus ego iustitias iudicabo. Liquefacta est terra et omnes qui habitant in ea: ego confirmaui columnas eius. Dixi iniquis nolite inique agere: et delinquentibus nolite exaltare cornu. Nolite extollere in altum cornu vestrum: nolite loqui aduersum deum iniquitatem. Quia neq; ab oriente neq; ab occidente neq; a desertis montibus: quoniam deus iudex est. Hunc humiliat et hunc exaltat: quia calix in manu domini vini meri plenus mixto. Et inclinauit ex hoc in hoc: verumtamen fex eius non est exinanita: bibent ex eo omnes peccatores terre. Ego autem annunciabo in seculum: cantabo deo iacob. Et omnia cornua peccatorum confringam: et exaltabuntur cornua iusti.

Notus in iudea deus: in israhel magnum nomen eius. Et factus est in pace locus eius: et habitatio eius in syon. Ibi confregit potentias arcuum: scutum gladium et bellum. Illuminans tu mirabiliter a montibus eternis: turbati sunt omnes insipientes corde. Dormierunt somnum suum: et nichil inuenerunt viri diuitiarum in manibus suis. Ab increpatione tua deus iacob: dormitauerunt qui ascenderunt equos. Tu terribilis es et quis resistet tibi: ex tunc ira tua. De celo auditum fecisti iudicium: terra tremuit et quieuit. Dum exsurgeret in iudicium deus: ut saluos faceret omnes mansuetos terre. Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: et reliquie cogitationis diem festum agent tibi. Vouete et reddite domino deo vestro: omnes qui in circuitu eius afferetis munera. Terribili et ei qui auferet spiritum principum: terribili apud omnes reges terre.

Voce mea ad dominum clamaui: voce mea ad deum et intendit michi. In die tribulationis mee deum exquisiui manibus meis nocte contra eum: et non sum deceptus. Renuit consolari anima mea: memor fui dei et delectatus sum: et exercitatus sum et defecit spiritus meus. Anticipauerunt vigilias oculi mei: turbatus sum et non sum locutus. Cogitaui dies antiquos: et annos eternos in mente habui. Et meditatus sum nocte cum corde meo: et exercitabar et scopebam spiritum meum. Nunquid in eternum proiciet deus: aut non apponet ut complacitio sit adhuc? Aut in finem misericordiam suam abscidet: a generatione in generationem? Aut obliuiscetur misereri deus: aut continebit in ira sua misericordias suas? Et dixi nunc cepi: hec mutatio dextere excelsi. Memor fui operum domini: quia memor ero ab initio mirabilium tuorum. Et meditabor in omnibus operibus tuis: et in adinuentionibus tuis exercebor. Deus in sancto via tua: quis deus magnus sicut deus noster? tu es deus qui facis mirabilia. Notam fecisti in populis virtutem tuam: redemisti in brachio tuo populum tuum: filios iacob et ioseph. Viderunt te aque deus viderunt te aque & timuerunt:

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0633
powered by DWork • Heidelberg University Library

et turbate sunt a bissi. Multitudo so-
nitus aquarum: vocem dederunt nu-
bes. Etenim sagitte tue transeunt:
vox tonitrui tui in rota. Illuxerunt
choruscationes tue orbi terre: com-
mota est et contremuit terra. In ma-
ri via tua et semite tue in aquis mul-
tis: et vestigia tua non cognoscentur.
Deduxisti sicut oues populū tuū: in
manu moysi et aaron.

Attendite populus meus legem me-
am: inclinate aurem vestram
in verba oris mei. Aperiam in para-
bolis os meum: loquar propositio-
nes ab initio. Quanta audiuimus
et cognouimus ea: et patres nostri
narrauerunt nobis. Non sunt oc-
cultata a filijs eorum: in generatione
altera. Narrantes laudes domini
et virtutes eius: et mirabilia eius que
fecit. Et suscitauit testimonium in
iacob: et legem posuit in israhel. Quan-
ta mandauit patribus nostris nota
facere ea filijs suis: ut cognoscat ge-
neratio altera. Filij qui nascentur et
resurgent: et narrabūt filijs suis. Et
ponant in deo spem suam: et non
obliuiscantur operum dei: et manda-
ta eius requirant. Ne fiant sicut pa-
tres eorum: generatio prava et exas-
perans. Generatio que non direxit cor
suum: et non est creditus cum deo spi-
ritus eius. Filij ephrem intendentes et
mittentes arcum: conuersi sunt in di-
e belli. Non custodierunt testamen-
tum dei: et in lege eius noluerunt am-
bulare. Et obliti sunt benefactorum
eius: et mirabilium eius que ostendi-
dit eis. Coram patribus eorum fe-
cit mirabilia in terra egipti: in campo
thaneos. Interrupit mare et perdu-
xit eos: et statuit aquas quasi in ute.
Et deduxit eos in nube diei: et tota
nocte in illuminatione ignis. Inter-
rupit petram in deserto: et adaquā-
uit eos velut in abisso multa. Et e-
duxit aquam de petra: et deduxit tan-
quā flumina aquas. Et apposuerunt
adhuc peccare ei: in iram excitaue-
runt excelsum in inaquoso. Et tem-
ptauerunt deum in cordibus suis: ut
peterent escas animabus suis. Et
male locuti sunt de deo: dixerūt num-
quid potest deus parare mensam in
deserto? Quoniam percussit petram
et fluxerunt aque: et torrentes inun-
dauerunt. Numquid et panem pote-
rit dare: aut parare mensam popu-
lo suo? Ideo audiuit dominus et
distulit: et ignis accensus est in iacob:
et ira ascendit in israhel. Quia non
crediderunt in deo: nec speranerunt
in salutari eius. Et mandauit nu-
bibus desuper: et ianuas celi aperuit.
Et pluit illis manna ad manducandum: et panem celi dedit eis. Pa-
nem angelorum manducauit homo:
cibaria misit eis in abundantiam.
Transtulit austrum de celo: et induxit in virtute sua affricum. Et pluit
super eos sicut pulueren carnes: et
sicut arenam maris volatilia pennata. Et ceciderunt in medio castrorū
eorum: circa tabernacula eorū. Et
manducauerunt et saturati sunt ni-
mis: et desiderium eorum attulit e-
is: non sunt fraudati a desiderio su-
o. Adhuc esce eorum erant in ore
ipsorum: et ira dei ascendit super eos.
Et occidit pingues eorum: et electos
israhel impediuit. In omnibus hijs
peccauerunt adhuc: et non credide-
runt in mirabilibus eius. Et defe-
cerunt in vanitate dies eorum: et ani

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0634
powered by DWork • Heidelberg University Library

eorum cum festinatione. Cum occideret eos quærebant eum: et revertebantur et diluculo veniebant ad eum. Et rememorati sunt quia deus adiutor est eorum: et deus excelsus redemptor eorum est. Et dilexerunt eum in ore suo: et lingua sua mentiti sunt ei. Cor autem eorum non erat rectum cum eo: nec fideles habiti sunt in testamento eius. Ipse autem est misericors et propitius fiet peccatis eorū: et non disperdet eos. Et abundavit ut averteret iram suam: et non accendit omnem iram suam. Et recordatus est quia caro sunt: spiritus vadens et non rediens. Quotiens exacerbaverunt eum in deserto: in iram concitaverunt eum in inaquoso. Et conversi sunt et temptaverunt deum: et sanctum israhel exacerbaverunt. Non sunt recordati manus eius: die qua redemit eos de manu tribulantis. Sicut posuit in egipto signa sua: et prodigia sua in campo thaneos. Et convertit in sanguinem flumina eorum: et imbres eorum ne biberent. Misit in eos cynomiam et comedit eos: et ranam et disperdidit eos. Et dedit erugini fructus eorum: et labores eorum locuste. Et occidit in grādine vineas eorū: et moros eorū in pruina. Et tradidit grandini iumenta eorum: et possessionem eorū igni. Misit in eos iram indignationis sue: indignationem et iram et tribulationem: immissiones per angelos malos. Viam fecit semite ire sue: non pepercit a morte animarum eorum: et iumenta eorum in morte concluſit. Et percussit omne primogenitum in terra egipti: primitias omnis laboris eorū in tabernaculis cham. Et abstulit sicut oves populum suum: et perduxit eos tanq̄ gregem in deserto. Et deduxit eos in spe et non timuerunt: et inimicos eorum operuit mare. Et induxit eos in montem sanctificationis sue: montem quem acquisivit dextera eius. Et eiecit a facie eorum gentes: et sorte divisit eis terram in funiculo distributionis. Et habitare fecit in tabernaculis eorum: tribus israhel. Et temptaverunt et exacerbaverunt deum excelsum: et testimonia eius non custodierunt. Et averterunt se et non servaverunt pactum: quemadmodum patres eorum conversi sunt in arcum pravum. In iram concitaverunt eum in collibus suis: et in sculptilibus suis ad emulationem eum provocaverunt. Audivit deus et spernit: et ad nichilum redegit valde israhel. Et repulit tabernaculū silo: tabernaculum suum ubi habitavit in hominibus. Et tradidit in captivitatem virtutem eorum: et pulcritudinem eorum in manus inimici. Et conclusit in gladio populum suum: et hereditatem suam spernit. Iuvenes eorum comedit ignis: et virgines eorum non sunt lamentate. Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt et vidue eorum non plorabantur. Et excitatus est tanq̄ dormiens dominus: tanq̄ potēs crapulatus a vino. Et percussit inimicos suos in posteriora: opprobrium sempiternum dedit illis. Et repulit tabernaculum ioseph: et tribum effrem non elegit. Sed elegit tribum iuda: montem syon quem

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0635
powered by DWork • Heidelberg University Library

dilexit. Et edificauit sicut unicornium sanctificium suum: in terra quam fundauit in secula. Et elegit dauid seruum suum: et sustulit eum de gregibus ouium: de post fetantes accepit eum. Pascere iacob seruum suum: et israhel hereditatem suam. Et pauit eos in innocentia cordis sui: et in intellectibus manuum suarum deduxit eos.

Deus venerunt gentes in hereditatem tuam: polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt ierusalem in pomorum custodiam. Posuerunt morticinia seruorum tuorum escas volatilibus celi: carnes sanctorum tuorum bestijs terre. Effuderunt sanguinem ipsorum tanquam aquam in circuitu ierusalem: et non erat qui sepeliret. Facti sumus opprobrium vicinis nostris: subsannatio et illusio hijs qui in circuitu nostro sunt. Usquequo domine irasceris in finem: accendetur velut ignis zelus tuus? Effunde iram tuam in gentes que te non nouerunt: et in regna que nomen tuum non inuocauerunt. Quia comederunt iacob: et locum eius desolauerunt. Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordie tue: quia pauperes facti sumus nimis. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter gloriam nominis tui domine libera nos. Et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum: ne forte dicant in gentibus ubi est deus eorum. Et innotescant in nationibus coram oculis nostris: ultio sanguinis seruorum tuorum qui effusus est. Introeat in conspectu tuo: gemitus compeditorum. Secundum magnitudinem brachij tui: posside filios mortificatos. Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: improperium ipsorum quod exprobrauerunt tibi domine. Nos aut populus tuus et oues pascue tue: confitebimur tibi in seculum. In generatione et generationem: annunciabimus laudem tuam.

Qui regis israhel intende: qui deducis velut ouem ioseph. Qui sedes super cherubin manifestare: coram ephraim beniamin et manasse. Excita potentiam tuam et veni: ut saluos facias nos. Deus conuerte nos: et ostende faciem tuam et salui erimus. Domine deus virtutum: quousq; irasceris super orationem serui tui? Cibabis nos pane lacrimarum: et potum dabis nobis in lacrimis in mensura. Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris: et inimici nostri subsannauerunt nos. Deus virtutum conuerte nos: et ostende faciem tuam et salui erimus. Vineam de egipto transtulisti: eiecisti gentes et plantasti eam. Dux itineris fuisti in conspectu eius: et plantasti radices eius et impleuit terram. Operuit montes umbra eius: et arbusta eius cedros dei. Extendit palmites suas usq; ad mare: et usq; ad flumen propagines ei? Et quid destruxisti maceriam eius: et vindemiant eam omnes qui pretergrediuntur viam.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0636
powered by DWork • Heidelberg University Library

exterminauit eā aper de silua: ⁊ singularis ferus depastus ē eam. Deus virtutū conuertere: respice de celo et vide et visita vineā istam. Et perfice eā quam plantauit dextera tua: et super filium quē cōfirmasti tibi. Incensa igni et suffossa: ab increpatione vultus tui peribūt. Fiat manus tua sup virum dextre tue: ⁊ super filiū hominis quē cōfirmasti tibi. Et nō discedimus a te: viuificabis nos ⁊ nomen inuocabimus. Domine deus virtutū conuerte nos: ⁊ ostende faciē tuam ⁊ salui erimus.

Exultate deo adiutori nr̄o: iubilate deo iacob. Sumite psalmū et date tympanū: psalterium iocundū cum cythara. Bucinate in neomenia tuba: in insigni die solemnitatis vestre. Quia preceptū israel est: ⁊ iudicium deo iacob. Testimoniū in ioseph posuit illud: cum exiret de terra egipti linguam quā nō nouerat audiuit. Diuertit ab oneribus dorsum eius: manus eius in cophino seruierūt. In tribulatione invocasti me ⁊ liberaui te: exaudiui te in abscondito tempestatis: probaui te apud aquā cōtradictionis. Audi populus meus ⁊ cōtestabor te: israhel si audieris me nō erit in te deus recens: neq; adorabis deum alienum. Ego enī sum dñs deus tuus q̄ eduxi te de terra egipti: dilata os tuū et implebo illud. Et non audiuit populus meus vocē meam: ⁊ israhel non intendit michi. Et dimisi eos secūm desideria cordis eorū: ibunt in adinuentionibus suis. Si populus meus audisset me: israhel si in viis meis ābulasset. Pro nichilo forsitan inimicos eorū humiliassem: et sup tribulātes eos misissem manū meā. Inimici dñi mentiti sunt ei: ⁊ erit tempus eorum in secula. Et cibauit illos ex adipe frumenti: et de petra melle satiauit eos.

Deus stetit in synagoga deorū: in medio autem deos diiudicat. Usquequo iudicatis iniquitatem: et facies peccatorum sumitis. Iudicate egeno ⁊ pupillo: humilē ⁊ pauperem iustificate. Eripite pauperē: et egenum de manu peccatoris liberate. Nescierūt neq; intellexerūt in tenebris ambulāt: mouebunt̄ omnia fundamenta terre. Ego dixi dij estis: ⁊ filij excelsi oēs. Vos autē sicut homines moriemini: ⁊ sicut unus de principibus cadetis. Surge deus iudica terram: quī tu hereditabis in omnibus gentibus.

Deus quis similis erit tibi? ne taceas neq; apasearis deus. Quoniam ecce inimici tui sonauerūt: et q̄ oderunt te extulerunt caput. Super populū tuū malignauerunt consilium: cogitauerūt aduersus sanctos tuos. Dixerunt venite et disperdamus eos de gente: ⁊ non memorē nomen israel ultra. Quoniā cogitauerunt unanimiter: simul aduersum te testamentū disposuerūt tabernacla idumeorū et ismahelite. Moab et agarreni gebal et amon ⁊ amalech: alienigene cū habitantibus tyrum. Etenim assur venit cum illis: facti sunt in adiutoriū filijs loth. Fac illis sicut madian et sysare: sicut iabin in torrēte cyson. Disperierunt in endor: facti sunt ut stercus terre. Pone principes eorū sicut oreb et zeb: ⁊ zebee et salmana. Omnes principes eorū: qui dixerunt hereditate possideamus sanctuariū dei. Deus

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0637
powered by DWork • Heidelberg University Library

me⁹ pone illos ut rotā: et sicut stipulam āte faciē uenti. Sicut ignis qui comburit siluā: ⁊ sicut flamma comburens mōtes. Ita ꝑsequeris illos in tempestate tua: ⁊ i ira tua turbabis eos. Imple facies eoꝝ ignominia: et querent nomē tuū dñe. Erubescāt et conturbentē in seculum seculi: ⁊ confundant̄ et pereant. Et cognoscant quia nomē tibi dñs: tu solus altissimus super omnem terram.

Quam dilecta tabernacla tua dñe uirtutū: cōcupiscit ⁊ deficit anima mea i atria dñi. Cor meū ⁊ caro mea: exultauerūt in deū uiuū. Etenī passer inuenit sibi domū: ⁊ turtur nidū sibi ubi ponat pullos suos. Altaria tua dñe uirtutum: rex meus et deus meus. Beati qui habitant i domo tua domine: in secula seculoꝝ laudabunt te. Beatus uir cuius est auxilium abste: ascensiones in corde suo disposuit in ualle lacrimarū: in loco quē posuit. Etenim benedictionem dabit legislator: ibunt de uirtute i uirtutem: uidebitur deus deorū in syon. Domine deus uirtutum exaudi orationem meam: auribus percipe deus iacob. Protector noster aspice deus: et respice in faciē christi tui. Quia melior est dies una in atriis tuis: super milia. Elegi abiectus esse in domo dei mei: magis quā habitare in tabernaculis peccatoꝝ. Quia misericordiam et ueritatē diligit de⁹: gratiā ⁊ gl̄am dabit dñs. Non ꝓuabit bonis eos qui ābulāt i innocētia: dñe uirtutū beat⁹ homo q̄ sperat i te.

Benedixisti dñe terram tuā: auertisti captiuitatē iacob. Remisisti iniquitatē plebis tue: operuisti oīa peccata eoꝝ. Mitigasti omnem irā tuam: auertisti ab ira indignationis tue. Conuerte nos de⁹ salutaris noster: ⁊ auerte irā tuā a nobis. Nunquid in eternū irascēris nobis: aut extendes iram tuā a generatione i generationē? Deus tu conuersus uiuificabis nos: et plebs tua letabitur in te. Ostende nobis dñe misericordiam tuā: et salutare tuū da nobis. Audiam quid loquat̄ in me dñs de⁹: quoniā loquetur pacē i plebē suam. Et sup sanctos suos: et in eos qui conuertunt̄ ad cor. Verumtamen prope timentes eū salutare ipsius: ut inhabitet gloria in terra nostra. Misericordia et ueritas obuiauerunt sibi: iustitia ⁊ pax osculate sunt. Veritas de terra orta est: et iustitia de celo prospexit. Etenim dominus dabit benignitatē: et terra nostra dabit fructum suum. Iustitia ante eum ambulabit: et ponet in uia gressus suos.

Inclina domine aurē tuam et exaudi me: quoniā inops et pauper sum ego. Custodi aiam meam quoniā sanctus sum: saluū fac seruū tuū deus me⁹ sperantē in te. Miserere mei domine quoniā ad te clamaui tota die: letifica aiam serui tui quoniam ad te dñe aiam meā leuaui. Quoniam tu dñe suauis et mitis: ⁊ multe misericordie oīb⁹ inuocantibus te. Auribus percipe dñe orationem meā: et intende uocī deprecationis mee. In die tribulationis mee clamaui ad te: quia exaudisti me. Non est similis tui in dijs domine: ⁊ nō est secundū opera tua. Omnes gētes quascunq; fecisti uenient ⁊ adorabunt coram te domine: ⁊ glorificabunt nomen tuum. Quoniā magn⁹ es tu ⁊ faciens

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0638
powered by DWork • Heidelberg University Library

mirabilia : tu es deus solus. Deduc
me dñe in via tua : & ingrediar in veri-
tate tua : letet cor meum ut timeat no-
men tuū. Confitebor tibi dñe deus
meus in toto corde meo : et glorificabo
nomē tuū in eternū. Quia misericor-
dia tua magna ē super me : & eruisti a-
iam meā ex inferno inferiori. Dei
ni iniqui insurrexerūt sup me : & sy-
nagoga potentiū quesierūt aiam meā :
et non proposuerūt te in conspectu suo.
Et tu dñe deus miserator & misericors :
patiens & multe miserationis et veraz. Re-
spice in me & miserere mei : da imperiū
tuū puero tuo : & saluū fac filiū ancil-
le tue. Fac mecum signū in bonū ut
videāt q̄ odierunt me et confundant̄ :
quoniā tu dñe adiuuisti me & cōsola-
tus es me.

Fundamenta eius in montibus sanctis :
diligit dñs portas syon sup o-
mnia tabernacula iacob. Gloriosa
dicta sunt de te : ciuitas dei. Memor
ero raab et babilonis : scientium me.
Ecce alienigene & tyrus et populus ethi-
opū : hic fuerūt illic. Nunquid syon
dicet homo : & homo natus est in ea :
et ipe fundauit eam altissim⁹. Dominus
narrabit in scripturis populorum et
principū : horū q̄ fuerūt in ea. Sicut
letantium omniū : habitatio in te.

Domine deus salutis mee : in die
clamaui & nocte coram te. Intret
in conspectu tuo oratio mea : inclina
aurē tuā ad precem meā. Quia re-
pleta ē malis anima mea : & vita me-
a inferno appropinquauit. Estima-
tus sum cū descendentibus in lacum :
factus sum sicut homo sine adiutorio
inter mortuos liber. Sicut vulnerati
dormientes in sepulcris quorū non es
memor amplius : & ipi de manu tua
repulsi sunt. Posuerūt me in lacu in-
feriori : in tenebrosis & in umbra mor-
tis. Super me confirmatus est furor
tuus : & omnes fluctus tuos induxisti
super me. Longe fecisti notos meos
a me : posuerūt me abominationem
sibi. Traditus sum & non egrediebar :
oculi mei languerūt pre inopia. Cla-
maui ad te dñe : tota die expandi ad
te manus meas. Nunquid mortuis
facies mirabilia : aut medici suscita-
bunt & confitebunt tibi. Nunquid nar-
rabit aliquis in sepulcro misericordiā
tuā : & veritatē tuā in perditione. Nun-
quid cognoscent in tenebris mirabi-
lia tua : & iustitia tua in terra obliui-
onis. Et ego ad te domine clamaui :
et mane oratio mea preueniet te. Ut
quid dñe repellis orationē meā : auer-
tis faciē tuam a me. Super lū ego
et in laboribus a iuuentute mea : exal-
tatus aūt humiliatus sum et conturbatus. In me transierunt ire tue : et
terrores tui conturbauerūt me. Circun-
dederūt me sicut aqua tota die : circun-
dederunt me simul. Elongasti a me
amicum et proximum : et notos me-
os a miseria.

Misericordias dñi : in eternū can-
tabo. In generatione et gene-
rationē : annunciabo veritatē tuā in ore
meo. Quoniā dixisti in eternū : mise-
ricordia edificabit̄ in celis : p̄parabit̄
veritas tua in eis. Disposui testamen-
tū electis meis : iuraui dauid seruo me-
o usq; in eternū p̄parabo semē tuū. Et
edificabo in generatione & generationē :
sedē tuā. Confitebunt̄ celi mirabilia
tua dñe : etenim veritatē tuā in ecclesia
sanctorū. Quoniā quis in nubibus

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0639
powered by DWork • Heidelberg University Library

equabit dño: similis erit deo in filijs dei. Deus qui glorificat in consilio sanctoꝝ: magnus ⁊ terribilis super omnes q̄ in circuitu ei⁹ sunt. Domine deus virtutū quis similis tibi: potens es domine: ⁊ veritas tua in circuitu tuo. Tu dñaris potestati maris: motū aut̄ fluctuū ei⁹ tu mitigas. Tu humiliasti sicut vulneratū superbum: in brachio virtutis tue dispersisti inimicos tuos. Tui sunt celi ⁊ tua ē terra: orbē terre ⁊ plenitudinē ei⁹ tu fundasti: aq̄lonē ⁊ mare tu creasti. Thabor et hermon in nomine tuo exultabūt: tuū brachiū cum potētia. Firmet⁹ man⁹ tua ⁊ exaltet dextera tua: iustitia et iudiciū p̄paratio sedis tue. Misericordia et veritas p̄cedent faciē tuā beat⁹ populus qui scit iubilationem. Domine in lumine vultus tui ambulabūt: et in nōie tuo exultabūt tota die: et in iustitia tua exaltabunt. Quoniam gloria virtutis eoꝝ tu es: et in beneplacito tuo exaltabit cornu nostrū. Quia dñi ē assumptio nr̄a: ⁊ sancti isr̄l regis nr̄i. Tunc locutus es in visione sanctis tuis: ⁊ dixisti posui adiutoriū in potēte: ⁊ exaltaui electū de plebe mea. Inueni dauid seruū meū: oleo sancto meo unxi eum. Man⁹ enim mea auxiliabitur ei: et brachium meum confirmabit eū. Nichil proficiet inimicus in eo: ⁊ filius iniq̄tatis non apponet nocere ei. Et cōcidā a facie ipius inimicos eius: et odientes eos in fugā conuertā. Et veritas mea ⁊ misericordia mea cum ipo: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Et ponā in mari manum ei⁹: ⁊ in fluminibz dexteram eius. Ipse invocabit me pater meus es tu: de⁹ meus ⁊ susceptor salutis mee. Et ego p̄mogenitū ponā illū: excelsū p̄ regibz terre.

In eternū seruabo illi misericordiā meā: et testamentū meū fidele ipi. Et ponā in seculū seculi semen ei⁹: et thronū ei⁹ sicut dies celi. Si aut̄ dereliquerint filij ei⁹ legem meā: ⁊ in iudicijs meis nō ambulauerit. Si iustitias meas prophanauerit: ⁊ mādata mea non custodierint. Visitabo in virga iniquitates eoꝝ: ⁊ in verberibz peccata eorū. Misericordiā aut̄ meā nō dispergam ab eo: neq; nocebo in veritate mea. Neq; prophanabo testamentū meū: et q̄ procedūt de labijs meis nō faciā irrita. Semel iuraui in sancto meo si dauid mentiar: semen ei⁹ in eternū manebit. Et thronus ei⁹ sicut sol in conspectu meo: et sicut luna p̄fecta in eternum: et testis in celo fidelis. Tu vero repulisti ⁊ despexisti: distulisti christum tuū. Auertisti testamentū serui tui: prophanasti in terra sanctuariū eius. Destruxisti omnes sepes eius: posuisti firmamētū eius formidinem. Diripuerūt eū omnes transeūtes viā: factus ē opprobriū vicinis suis. Exaltasti dexteram deprimentiū eū: letificasti omnes inimicos ei⁹. Auertisti adiutoriū gladij ei⁹ ⁊ non es auxiliatus ei in bello. Destruxisti eū ab emundatione: et sedem ei⁹ in terra collisisti. Minorasti dies temporis ei⁹: perfudisti eū confusione. Usquequo dñe auertis in finē: exardescet sicut ignis ira tua? Memorare que mea substātia nunquid enim vane constituisti omnes filios hominū? Quis est homo qui viuet ⁊ non videbit mortem: eruet animam suā de manu inferi? Ubi sunt misericordie tue antique domine: sicut iurasti dauid in veritate tua? Memor esto dñe opprobrij seruoꝝ tuoꝝ: q̄ continui in sinu meo multaꝝ gentiū.

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0640
powered by DWork • Heidelberg University Library

Quod exprobrauerunt inimici tui dñe: qñ exprobrauerũt cõmutationẽ xristi tui. Benedictus dñs in eternum: fiat fiat.

Domine refugiũ factꝰ es nobis: a generatione in generationem. Priusq̃ montes fierẽt aut formaretꝰ terra et orbis: a seculo et in seculũ tu es deus. Ne auertas hominẽ in humilitatem: et dixisti conuertimini filij hominum. Quoniã mille ãni ãte oculos tuos: tanq̃ dies hesterna que pterijt. Et custodia in nocte: q̃ pro nichilo habentẽ eos ãni erunt. Mane sicut herba transeat: mane floreat et trãseat: vespere decidat indurescat et arescat. Quia defecimꝰ in ira tua: et in furore tuo turbati sumꝰ. Posuisti iniquitates nras in aspectu tuo: seculũ nrm in illuminatione vultꝰ tui. Quoniã omnes dies nostri defecerũt: et in ira tua defecimus. Anni nri sicut aranea meditabunt: dies ãnoꝝ nostroꝝ in ipis septuaginta anni. Si autẽ in potentatibꝫ octoginta ãni: et amplius eoꝝ labor et dolor. Quoniã supuenit mansuetudo: et corripiemur. Quis nouit potestatẽ ire tue: et pre timore tuo irã tuã dinumerare? Dexteram tuã sic notã fac: et eruditos corde in sapiẽtia. Conuertere dñe usquequo: et deprecabilis esto sup seruos tuos. Repleti sumus mane misericordia tua: et exultauimꝰ et delectati sumꝰ in omnibꝫ diebꝫ nris. Letati sumꝰ pro diebus quibꝫ nos humiliasti: annis quibꝫ vidimus mala. Respice in seruos tuos et in opera tua: et dirige filios eoꝝ. Et sit splendor domini dei nostri sup nos: et opera manuũ nraꝝ dirige sup nos: et opus manuũ nrarũ dirige.

Qui habitat in adiutorio altissimi: in protectione dei cli commorabit. Dicet domino susceptor meus es tu et refugiũ meum deus meus: sperabo in eũ. Quoniã ipe liberabit me de laqueo venantiũ: et a verbo aspero. Scapulis suis obumbrabit tibi: et sub pennis eius sperabis. Scuto circundabit te veritas eius: nõ timebis a timore nocturno. A sagitta volante in die: a negotio perambulãte in tenebris: ab incursu et demonio meridiano. Cadent a latere tuo mille: et decem milia a dextris tuis: ad te aũt non appropinquabit. Verumtamẽ oculis tuis cõsiderabis: et retributionẽ peccatoꝝ videbis. Quoniam tu es dñe spes mea: altissimũ posuisti refugiũ tuũ. Non accedet ad te malũ: et flagellũ nõ appropinquabit tabernaculo tuo. Quoniã angelis suis mandauit de te: ut custodiãt te in omnibꝫ viis tuis. In manibꝫ portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedẽ tuũ. Super aspidẽ et basiliscum ambulabis: et conculcabis leonem et draconẽ. Quoniã in me sperauit liberabo eũ: protegã eũ qm cognouit nomen meum. Clamauit ad me et ego exaudiã eũ: cum ipo sum in tribulatione: eripiã eũ et glorificabo eũ. Longitudine dierꝫ replebo eũ: et ostendã illi salutare meũ.

Bonũ est confiteri dño: et psallere nomini tuo altissime. Ad annũciandũ mane misericordiam tuã: et veritatẽ tuã p nocte. In decacordo psalterio: cum cãtico in cythara. Quia delectasti me dñe in factura tua: et in operibus manuũ tuaꝝ exultabo. Quã magnificata sũt opera tua domine: nimis profunde facte sunt cogitationes tue. Vir insipiẽs nõ cognoscet: et stultꝰ nõ intelliget hec. Cum

exgenti fuerunt peccatores sicut fenū: et amaruerūt oēs q̄ operant iniq̄tatē. Et intercēt in seculū seculi: tu autem altissim⁹ in eternū dñe. Quoniā ecce inimici tui dñe quoniā ecce inimici tui peribunt: et dispergent oēs q̄ operātur iniq̄tatem. Et exaltabit sicut unicornis cornu meū: et senectus mea in misericordia uberi. Et despexit oculus meus inimicos meos: et insurgentibs in me malignātibs audiet auris mea. Iustus ut palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabit. Plātati in domo dñi: in atriis dom⁹ dei nr̄i florebunt. Adhuc multiplicabuntur in senecta uberi: et bene patientes erūt et annūcient. Quoniā rectus dominus deus noster: et non est iniquitas in eo.

Dominus regnauit decorē indutus est: indut⁹ ē dñs fortitudinē et p̄cinxit se. Etenim firmauit orbem terre: q̄ nō commouebit. Parata sedes tua ex tunc: a seculo tu es. Leuauerūt flumina dñe: leuauerūt flumina uocem suā. Et leuauerūt flumina fluctus suos: a uocibs aquar⁹ multar⁹. Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis dñs. Testimonia tua credibilia facta sūt nimis: domū tuā decet sanctitudo domine in longitudinē dier⁹.

Deus ultionū dñs: deus ultionū libere egit. Exaltare q̄ iudicas terrā: redde retributionē superbis. Usquequo peccatores dñe: usquequo peccatores gloriabunt? Effabunt et loquentur iniq̄tatē: loquentur oēs qui operant iniustitiā? Populum tuū dñe humiliauerūt: et hereditatem tuā uexauerunt. Uiduā et aduenam interfecerūt: et pupillos occiderūt. Et dixerūt nō uidebit dñs: nec intelliget deus iacob. Intelligite insipientes in plo: et stulti aliquando sapite. Qui plātauit aurē nō audiet: aut q̄ finxit oculū nō cōsiderat? Qui corripit gentes nō arguet: qui docet hominē scientiā? Dominus scit cogitationes hominū: quoniā uane sūt. Beat⁹ homo quē tu erudieris dñe: et de lege tua docueris eū. Et mitiges ei a diebs malis: donec fodiatur peccatori fouea. Quia nō repellet dñs plebē suā: et hereditatē suā non derelinquet. Quoadusq; iustitia conuertat in iudicium: et qui iuxta illā: omnes q̄ recto sunt corde. Quis cōsurget mihi aduersus malignātes: aut q̄s stabit mecū aduersus operātes iniquitatem? Nisi q̄a dñs adiuuit me: paulominus habitasset in inferno anima mea. Si dicebā motus ē pes meus: misericordia tua dñe adiuuabat me. Secundum multitudinē dolor⁹ meor⁹ in corde meo: cōsolationes tue letificauerūt animā meā. Nunquid adherebit tibi sedes iniquitatis: qui fingis laborē in p̄cepto. Captabunt in aiam iusti: et sanguinem innocentē condemnabūt. Et factus est michi dñs in refugiū: et deus meus in adiutorium spei mei. Et reddet illis iniquitatē ipor⁹: et in malitia eorum disperdet eos: disperdet illos dominus deus noster.

Venite exultem⁹ dño: iubilemus deo saluatori nostro. Preoccupemus faciē eius in cōfessione: et in psalmis iubilemus ei. Quoniam deus magnus dominus: et rex magnus sup oēs deos. Quia in manu ei⁹ sunt oēs fines terre: et altitudines montiū ipi⁹ sunt. Quoniā ipsius ē

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0642
powered by DWork • Heidelberg University Library

mare ⁊ ipe fecit illud: ⁊ siccā manꝰ eiꝰ formauerūt. Venite adoremꝰ et procidamus ⁊ ploremus āte dñm q̄ fecit nos: quia ipe ē deꝰ noster. Et nos pl̄us pascue eiꝰ: ⁊ oues manus eius. Hodie si vocē eius audieritis: nolite obdurare corda vra. Sicut in irritatione: sc̄dm diē temptationis in deserto. Vbi temptauerūt me pres vri: probauerūt me ⁊ viderunt opera mea. Quadraginta annis offensus fui generationi illi: ⁊ dixi semp errāt corde. Et isti nō cognouerūt vias meas: ut iuraui in ira mea si introibunt in requiem meā.

Cantate dño canticū nouū: cantate dño oīs terra. Cantate dño et benedicite nomini eiꝰ: āmunciate de die in diē salutare eiꝰ. Annunciate inter gentes gl̄iam eiꝰ: in oīb⁹ pl̄is mirabilia eiꝰ. Quoniā magnꝰ dñs et laudabilis nimis: terribilis est sup oīes deos. Quoniā oīes dii gentiū demonia: dns aut̄ celos fecit. Confessio ⁊ pulcritudo in cōspectu eiꝰ: sanctimonia ⁊ magnificētia in sanctificatione eiꝰ. Afferte dño patrie gentiū: afferte dño gloriā et honorē: afferte dño gloriā nomini eiꝰ. Tollite hostias et introite in atria eius: adorate dominū in atrio sancto eiꝰ. Commoueat a facie eiꝰ vniūsa terra: dicite in gentib⁹ quia dominꝰ regnauit. Etenim correxit orbē terre qui non commouebitur: iudicabit populos in equitate. Letentur celi et exultet terra: commoueat̄ mare ⁊ plenitudo eius: gaudebūt campi ⁊ omnia que in eis sūt. Tunc exultabūt oīa ligna siluarum a facie dñi q̄a venit: q̄a venit iudicare terā. Iudicabit orbē terre in equitate: ⁊ pl̄os in veritate sua.

Dominus regnauit exultet terra: letentur insule multe. Nubes ⁊ caligo in circuitu eiꝰ: iustitia ⁊ iudiciū correctio sedis eiꝰ. Ignis ante ipsum p̄cedet: ⁊ inflammabit in circuitu inimicos eiꝰ. Illuxerunt fulgura eius orbi terre: vidit ⁊ commota ē terra. Montes sicut cera fluxerūt a facie dñi: a facie dñi oīs terra. Annūciauerūt celi iustitiā eiꝰ: ⁊ viderūt oīes pl̄i gl̄iam eiꝰ. Confundant̄ oīes qui adorāt sculptilia: ⁊ q̄ gl̄iant in simulacris suis. Adorate eū omnes angeli eius: audiuit ⁊ letata est syon. Exultauerūt filie iude: p̄pter iudicia tua dñe. Quoniā tu dns altissimus sup omnē terrā: nimis exaltat⁹ es sup oīes deos. Qui diligitis dñm odite malū: custodit dns aias sanctorum suor̄: de manu peccatoris liberauit eos. Lux orta est iusto: et rectis corde letitia. Letamini iusti in domino: et confitemini memorie sanctificationis eius.

Cantate domino canticum nouū: quia mirabilia fecit. Saluauit sibi dextera eiꝰ: ⁊ brachiū sanctum eius. Notum fecit dns salutare suū: in cōspectu gentiū reuelauit iustitiam suā. Recordatus ē misericordie sue: ⁊ veritatis sue domui israel. Viderūt oīes termini terre salutare dei nostri: iubilate domino oīs terra cāte ⁊ exultate ⁊ psallite. Psallite domino in cythara in cythara et voce psalmi: in tubis ductilibus et voce tube cornee. Iubilate in cōspectu regis dñi: moueat̄ mare ⁊ plenitudo eius: orbis terra ⁊ q̄ habitant in eo. Flumina

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0643
powered by DWork • Heidelberg University Library

plaudēt manu simul: montes exultabunt a ꝺspectu dñi: qñ venit iudicare terrā. Iudicabit orbē terrar in iustitia: et pplos in equitate.

Dominꝰ regnauit iracscant̄ pli: qui sedet super cherubin moueat terra. Dominus in syon magnus: et excelsus super oēs pplos. Confiteant̄ nomini tuo magno qñ terribile et sanctū ē: et honor regis iudiciū diligit. Tu parasti directiones: iudiciū et iustitiā in iacob tu fecisti. Exaltate dñm deū nrm: et adorate scabellū pedum eiꝰ qñ sanctū ē. Moyses et aarō in sacerdotib⁹ eiꝰ: et samuel inter eos ꝙ inuocāt nomē eiꝰ. Inuocabāt dñm et ipe exaudiebat eos: in colūna nubis loquebat̄ ad eos. Custodiebāt testimonia eiꝰ: et p̄ceptum quod dedit illis. Domine deꝰ noster tu exaudiebas eos: deꝰ tu propitius fuisti eis: et ultus es in oēs adinuentiones eor. Exaltate dñm deum nrm: et adorate in monte sancto eiꝰ: quoniā sanctꝰ dñs deus noster.

Jubilate dño oīs terra: iuite dño in letitia. Introite in ꝺspectu eiꝰ: in exultatione. Scitote qñ dñs ipe ē deus: ipe fecit nos et nō ipi nos. Populus eius et oues pascue eiꝰ introite portas eius in confessione: atria eius in ymnis confitemini illi. Laudate nomen eiꝰ qñ suauis est dñs: in eternū misericordia eiꝰ: et usq; in generationē et generationē veritas eiꝰ.

Misericordiā et iudicium cantabo tibi dñe: psallā et intelligam in via immaculata quādo venies ad me. Pertransibā in innocentia cordis mei: in medio domꝰ mee. Non proponebā ante oculos meos rem iniustā: facientes p̄uaricationes odiui. Non adhesit michi cor prauū: declinantem a me malignum non cognoscebam. Detrahentem secreto proximo suo: hūc ꝙsequebar. Superbo oculo et insatiabili corde: cū hoc nō edebā. Oculi mei ad fideles terre: ut sedeat mecū: ambulās in via immaculata hic michi ministrabat. Non habitabit in medio domus mee q̄ facit superbiā: q̄ loquit̄ iniqua nō direxit in cōspectu oculoꝝ meorum. In matutino interficiebam omnes peccatores terre: ut disperderem de ciuitate dñi oēs operātes iniquitatem.

Domine exaudi orationē meā: et clamor meꝰ ad te veniat. Non auertas faciē tuā a me: in quacunq; die tribulor inclina ad me aurē tuā. In quacūq; die inuocauero te: velociter exaudi me. Quia defecerunt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut cremiū aruerunt. Percussus sum ut fenū et aruit cor meum: q̄a oblitus sum comedere panē meū. A voce gemitus mei: adhesit os meū carni mee. Similis factus sum pellicano solitudinis: factꝰ sū sicut nicticorax in domicilio. Vigilaui: et factus sum sicut passer solitarius in tecto. Tota die exprobrabāt michi inimici mei: et qui laudabant me adūsum me iurabant. Quia cinerē tanq̄ panē mādicabā: et potū meū cū fletu miscebā. A facie ire indignationis tue: q̄a eleuās allisisti me. Dies mei sicut umbra declinauerunt: et ego sicut fenū aruī. Tu aūt dñe in eternū permanes: et memoriale tuū in generatione et generationē. Tu exurgens misereberis syon q̄a tempus miserendi eiꝰ q̄a venit tempus. Quoniā placuerunt seruis

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0644
powered by DWork • Heidelberg University Library

ruis lapides ei⁹: ⁊ terre ei⁹ miserebuntur. Et timebūt gentes nomen tuū dñe: et omnes reges terre gloriā tuā. Quia edificauit dñs syon ⁊ videbit in gloria sua. Respexit in oratiōne humiliū: et non sprevit precem eorum. Scribant hec in generatione altera: et pplus qui creabitur laudabit dñm. Quia prospexit de excelso sancto suo: dñs de celo in terrā aspexit. Ut audiret gemitus cōpeditoꝝ: ut solueret filios interemptorū. Ut ānuncient in syon nomen dñi: et laudē ei⁹ in ihrlm. In cōueniendo pplos in unū: et reges ut seruiāt dño. Respōdit ei in via virtutis sue: paucitatē dierū meoꝝ nūcia michi. Ne revoces me in dimidio dierū meoꝝ in generationē ⁊ generationem anni tui. Initio tu dñe terrā fundasti: ⁊ opera manuū tuaꝝ sunt celi. Ipsi perībūt tu aūt permanes: et omnes sicut vestimentū veterascēt. Et sicut opertorium mutabis eos et mutabunt: tu aūt idem ipse es: ⁊ anni tui non deficiēt. Filii seruorum tuorum habitabunt et semen eorum in seculum dirigetur.

Benedic aīa mea dño: et omnia q̄ intra me sūt nomini scō ei⁹. Benedic anima mea dño: ⁊ noli obliuisci omnes retributiones ei⁹. Qui propitiatur oīb⁹ iniquitatib⁹ tuis: q̄ sanat oīes infirmitates tuas. Qui redimit de interitu vitā tuā: q̄ coronat te in misericordia et miserationib⁹. Qui replet in bonis desideriū tuū: renouabit ut aquile iuuentus tua. Faciens misericordias dñs: ⁊ iudiciū omnibus iniuriā patientib⁹. Notas fecit vias suas moysi: filiis isrl voluntates suas. Miserator et misericors dominus: longanimis et multū misericors. Non in perpetuū irascet: neq; in eternū cōminabitur. Non secūm peccata nra fecit nobis: neq; secūm iniquitates nras retribuit nobis. Quoniā secūm altitudinē celi a terra: corroborauit misericordiā suā sup timentes se. Quantū distat oriens ab occidente: longe fecit a nobis iniquitates nras. Quomodo miseret pater filioꝝ misertus est dñs timentib⁹ se: quī ipse cognouit figmentum nrm. Recordare ē quoniam pulvis sumus: homo sicut fenū dies ei⁹: tanq̄ flos agri sic efflorebit. Quoniā spiritus pertransibit in illo ⁊ nō subsistet: et nō cognoscet āplius locū suū. Misericordia aūt dñi ab eterno ⁊ usq; in eternum: sup timentes eū. Et iustitia illius in filios filioꝝ: his q̄ seruant testamentū ei⁹. Et memores sūt mandatoꝝ ipius: ad faciendū ea. Dominus in celo paravit sedē suā: ⁊ regnū ipius omnibus dominabitur. Benedicite dño oīes angeli ei⁹ potentes virtute: facientes verbū illius ad audiendā vocē sermonū ei⁹. Benedicite dño q̄ omnes virtutes ei⁹: ministri ei⁹ q̄ facitis voluntatē ei⁹. Benedicite dño oīa opera ei⁹: in oī loco dnationes ei⁹: benedic aīa mea dño.

Benedic anima mea dño: dñe deus meus magnificatus es vehementer. Confessionē ⁊ decorē induisti amictū lumine sicut vestimēto. Et extendens celū sicut pellē: q̄ tegis aquis superiora ei⁹. Qui ponis nubem ascensum tuū: q̄ ambulas sup pennas ventorum. Qui facis angelos tuos spiritus: et ministros tuos ignē urentē. Qui fundasti terrā sup stabilitatē suam: non inclinabitur in seculū seculi. Abyssus sicut vestimētum amictus eius: sup montes stabunt aque. Ab

increpatione tua fugient: a voce tonitrui tui formidabūt. Ascendūt montes et descendunt campi: in locum quē fundasti eis. Terminū posuisti quē nō trāsgredient: neq; conuertentur operire terram. Qui emittis fontes in conuallibus: inter medium montiū pertransibunt aque. Potabūt omnes bestie agri: expectabunt onagri in siti sua. Super ea volucres celi habitabunt: de medio petrarum dabūt voces. Rigans montes de superioribus suis: de fructu operū tuoꝝ satiabit terra. Producēs fenū iumentis: et herbā seruituti hominū. Ut educas panē de terra: et vinū letificet cor hominis. Et exhilaret faciē in oleo: et panis cor hominis cōfirmet. Saturabunt ligna campi et cedri libani quas plantauit: illic passeres nidificabūt. Herodii domus dux est eoꝝ: montes excelsi cervis: petra refugium herinacijs. Fecit lunam in tempora: sol cognouit occasū suū. Posuisti tenebras et facta est nox: in ipa pertransibūt omnes bestie silue. Catuli leonū rugientes ut rapiāt: et querant a deo escā sibi. Ortus est sol et congregati sunt: et in cubilibus suis collocabūtur. Exibit homo ad opus suū: et ad operationē suā usq; ad vesperū. Quā magnificata sūt opera tua dne: omnia in sapientia fecisti: impleta est terra possessione tua. Hoc mare magnum et spaciosū manibus: illic reptilia quoꝝ non est numerus. Animalia pusilla cū magnis: illic naues pertransibunt. Draco iste quē formasti ad illudendum ei: oīa a te expectant ut des illis escam in tpe. Dante te illis colligēt: aperiente te manū tuā oīa implebunt bonitate. Auertente aūt te faciē turbabuntur: auferes spiritū eoꝝ et deficient: et in pulueꝛē suū reūrent. Emitte spiritū tuū et creabunt: et renouabis faciem terre. Sit gla dni in seculū: letabitur dns in operibus suis. Qui respicit terrā et facit eā tremere: q tangit montes et fumigāt. Cantabo dno in vita mea: psallā deo meo q̄diu fuero. Iocundū sit ei eloquiū meū: ego vero delectabor in domino. Deficiāt peccatores a terra et iniqui ita ut non sint: benedic anima mea domino.

Confitemini dno et invocate nomen ei⁹: anunciate inter gentes opera eius. Cantate ei et psallite ei: narrate oīa mirabilia ei⁹: laudamini in noīe scō ei⁹. Letet cor querentiū dnm: querite dnm et cōfirmamini: querite faciē ei⁹ semp. Mementote mirabiliū ei⁹ q̄ fecit: prodigia ei⁹ et iudicia oris ei⁹. Semen abrahā servi ei⁹: filij iacob electi ei⁹. Ipse dns deus noster: in vniuersa terra iudicia ei⁹. Memor fuit in seculū testamēti sui: verbi quod mādauit in mille generatiōes. Quod disposuit ad abrahā: et iuramēti sui ad ysaac. Et statuit illud iacob in preceptū: et isrl in testamentū eternum. Dicens tibi dabo terrā chanaan: funiculū hereditatis vre. Cum essent numero breui: pusillum et incole ei⁹. Et pertransierūt de gēte in gentē: et de regno ad pplm alterū. Non reliquit hoīem nocere eis: et corripuit pro eis reges. Nolite tangere christos meos: et in pphetis meis nolite malignari. Et vocauit famē sup terrā: et omne firmamentū panis contriuit. Misit ante eos virū: in seruū venundat⁹ est ioseph. Humiliauerūt in cōpedibus pedes ei⁹: ferrū pertransiit aiam ei⁹ donec veniret verbū ei⁹. Eloquiū dni inflāmauit eū: misit rex et soluit eum: princeps

ploꝝ et dimisit eũ. Constituit eum
dñm domꝰ sue: ⁊ principẽ oĩs possessionis sue. Et erudiret principes eius
sicut semetipm: ⁊ senes eꝰ prudẽtiam
doceret. Et intrauit isrl in egiptũ: et
iacob accola fuit in terra cham. Et auxit plm suum vehemẽter: et firmauit
eũ sup inimicos eius. Conuertit cor
eoꝝ ut odirent plm eius: ⁊ dolum
facerẽt in seruos eꝰ. Misit moysen seruum suũ: aaron quẽ elegit ipm. Posuit in eis verba signoꝝ suoꝝ ⁊ prodigiorũ: in terra cham. Misit tenebras
et obscurauit: ⁊ nõ exacerbauit sermones suos. Conuertit aquas eorũ in
sanguinẽ: et occidit pisces eoꝝ. Et edidit terra eoꝝ ranas: in penetrabilibꝫ
regũ ipoꝝ. Dixit et venit cynomia et
scinyphes: in oĩbꝫ finibꝫ eorũ. Posuit pluuias eorũ grandine: ignem
comburentẽ in terra ipoꝝ. Et percussit vineas eoꝝ ⁊ ficulneas eoꝝ: et contriuit lignũ finium eoꝝ. Dixit et venit
locusta et bruchus: cuius non erat numerus. Et comedit oĩe fenũ in terra
eoꝝ: ⁊ comedit omnẽ fructũ terre eoꝝ.
Et percussit oĩe pmogenitũ in terra
eoꝝ: pmitias oĩs laboris eoꝝ. Et eduxit eos cũ argento et auro: et non
erat in tribubꝫ eorũ infirmus. Letata est egiptus in profectione eoꝝ: quia
incubuit timor eoꝝ sup eos. Expandit nubem in protectionẽ eorũ: ⁊ ignẽ ut
luceret eis p noctem. Petierunt et venit coturnix: ⁊ pane celi saturauit eos.
Dirupit petram et fluxerunt aque:
abierunt in sicca flumina. Quoniã
memor fuit verbi sancti sui: quod habuit ad abraham puerũ suũ. Et eduxit plm suũ in exultatione: et electos
suos in letitia. Et dedit illis regiones
gentiũ: ⁊ labores plorũ possederũt. Et
custodiant iustificationes eius: ⁊ legem eius requirãt.

Confitemini dño quũ bonꝰ: quoniã in seculũ misericordia eius. Quis
loquetur potẽtias dñi: auditas facier et oĩes laudes eius? Beati qui custodiunt iudiciũ: et faciũt iustitiã in oĩ
tẽpore. Memento nri dñe in beneplacito pli tui: visita nos in salutari tuo.
Ad videndũ in bonitate electorũ tuorum: ad letandũ in letitia gẽtis tue:
ut lauderis cũ hereditate tua. Peccauimus cum pribꝫ nrꝫ: inique egimꝰ
iniquitatem fecimꝰ. Patres nostri in egipto nõ intellexerunt mirabilia tua:
nõ fuerũt memores multitudinis misericordie tue. Et irritauerũt ascendentes in mari mari rubro ⁊ saluauit eos pter nomen suũ: ut notã faceret
potentiã suã. Et increpuit mare rubrum ⁊ exsiccatũ est: ⁊ deduxit eos in
abissis sicut in deserto. Et saluauit eos de manu odientiũ: ⁊ redemit eos
de manu inimici. Et operuit aqua
tribulãtes eos: unus ex eis nõ remansit. Et crediderũt verbis eius: et laudauerunt laudẽ eius. Cito fecerũt obliti sũt operũ eius: non sustinuerunt
consiliũ eius. Et concupierũt concupiscentiã in deserto: et temptauerũt deũ
in inaquoso. Et dedit eis petitionẽ
ipoꝝ: ⁊ misit saturitatẽ in aias eorũ.
Et irritauerũt moysen in castris: aaron sanctũ dñi. Aperta est terra ⁊ deglutiuit dathan: ⁊ operuit sup cõgregationẽ abiron. Et exarsit ignis
in synagoga eorũ: flãma combussit
peccatores. Et fecerũt vitulũ in oreb:
et adorauerũt sculptile. Et mutauerunt gl'iam suã in similitudinẽ vituli
comedentis fenũ. Obliti sunt deum
qui saluauit eos: q̃ fecit magnalia

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0647
powered by DWork • Heidelberg University Library

in egipto mirabilia ī terra cham: terribilia in mari rubro. Et dixit ut disperderet eos: si nō moyses electus ei⁹ stetisset ī cōtractione in conspectu ei⁹. Et ut averteret iram ei⁹ ne disperderet eos: et pro nichilo habuerūt terrā desiderabilem. Non credidērūt verbo eius: et murmuravērūt ī tabernaculis suis: nō exaudierūt vocē dñi. Et levavit manū suā sup eos: ut prosterneret eos ī deserto. Et ut diceret semē eor ī nationibus: et dispgeret eos ī regionibus. Et initiati sūt belphegor: et comedērūt sacrificia mortuor. Et irritaverunt eū in adinventionibus suis: et multiplicata ē in eis ruina. Et stetit phinees et placavit: et cessavit quassatio. Et reputatū ē ei in justiciā ī generationē et generationē usq; ī sempiternū. Et irritavērūt eū ad aquā contradictionis: et vexat⁹ ē moyses pter eos: quā exacerbavērūt spiritū ei⁹. Et distinxit ī labijs suis: nō disperdidērūt gētes quas dixit dñs de⁹ illis. Et commixti sūt inter gentes: et didicerunt opera eor et servierūt sculptilibus eor: et factū ē illis in scandalū. Et immolavērūt filios suos et filias suas: demonijs. Et effudērūt sanguinē innocentē sanguinē filioz suoz et filiaz suaz: qs sacrificavērūt sculptilibus chanaan. Et interfecta est terra ī sāguinibus: et contaminata est in operibus eor: et fornicati sūt in adinventionibus suis. Et iratus ē furore dñs in plm suū: et abominatus ē hereditatē suā. Et tradidit eos in manus gentiū: et dñati sunt eor q̄ oderūt eos. Et tribulavērūt eos inimici eorum: et humiliati sunt sub manibus eor: sepe liberavit eos. Ipi aūt exacerbavērūt eū in consilio suo: et humiliati sunt ī iniquitatibus suis. Et vidit cū tribularent: et audivit orationem eor. Et memor fuit testamēti sui: et penituit eū secm multitudinē misericordie sue. Et dedit eos ī misericordias: in conspectu omniū q̄ ceperāt eos. Salvos fac nos dñe de⁹ noster: et congrega nos de nationibus. Et confitemur nomini sancto tuo: et gloriari in laude tua. Benedict⁹ dominus deus isrl a seculo et usq; in seculum: et dicet omnis populus fiat fiat. Alleluia.

Confitemini dño qm bon⁹: qm in sclm misericordia ei⁹. Dicant q̄ redempti sunt a dño: quos redemit de manu inimici: de regionibus congregavit eos. A solis ortu et occasu: ab aquilone et mari. Erraverūt ī solitudine ī inaquoso: viā civitatis habitaculi nō invenerūt. Esurientes et sitientes: aīa eorū in ipis defecit. Et clamavērūt ad dñm cū tribularētur: et de necessitatibus eor eripuit eos. Et deduxit eos in viā rectā: ut irent in civitatē habitationis. Confitentur dño misericordie ei⁹: et mirabilia ei⁹ filijs hominū. Quia satiavit aīam vanem: et aīam esurientem satiavit bonis. Sedentes in tenebris et umbra mortis: vinctos ī mendicitate et ferro. Quia exacerbavērūt eloquia dei: et consilium altissimi irritaverunt. Et humiliatum est in laboribus cor eorum: infirmati sūt nec fuit q̄ adjuvaret. Et clamavērūt ad dñm cū tribularent: et de necessitatibus eor liberavit eos. Et eduxit eos de tenebris et umbra mortis: et vincula eorū dirupit. Confitentē dño misericordie ei⁹: et mirabilia ei⁹ filijs hominū. Quia contrivit portas ereas: et vectes ferreos confregit. Suscepit eos de via iniquitatis eorum: propter injustitias enī suas

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0648
powered by DWork • Heidelberg University Library

humiliati sūt. Omnē escā abominata est aīa eoꝝ: ⁊ appropinquauerunt usq; ad portas mortis. Et clamauerunt ad dñm cū tribularentē: et de necessitatibꝫ eoꝝ liberauit eos. Misit verbum suū ⁊ sanauit eos: ⁊ eripuit eos de interitionibꝫ eoꝝ. Confiteantē domino misericordie eī: ⁊ mirabilia eī filijs hominū. Et sacrificent sacrificium laudis: ⁊ ānuncient opera eius in exultatione. Qui descendūt mare in nauibꝫ: facientes operationē i aquis multis. Ipsi viderūt opera dñi: ⁊ mirabilia eī in profundo. Dixit ⁊ stetit spiritꝰ procelle: ⁊ exaltati sūt fluctus eius. Ascendunt usq; ad celos et descendūt usq; ad abissos: aīa eorū in malis tabescebat. Conturbati sunt et moti sunt sicut ebriꝰ: ⁊ omnis sapientia eoꝝ deuorata ē. Et clamauerūt ad dñm cū tribularentē: ⁊ de necessitatibꝫ eoꝝ eduxit eos. Et statuit procellam eius in auram: ⁊ siluerunt fluctus eius. Et letati sūt quia siluerūt: ⁊ deduxit eos in portū voluntatis eoꝝ. Confiteantur dño misericordie eius: ⁊ mirabilia eius filijs hominū. Et exaltent eum i ecclesia plebis: ⁊ in cathedra seniorꝫ laudent eū. Posuit flumina i desertū: et exitus aquaꝝ in sitim. Terrā fructiferam i salsuginē: a malicia inhabitantiū in ea. Posuit desertū i stagna aquaꝝ: ⁊ terrā sine aqua in exitus aquaꝝ. Et collocauit illic esurientes: et constituerunt ciuitatē habitationis. Et seminauerūt agros ⁊ plātauerūt vineas: ⁊ fecerūt fructum nativitatis. Et benedixit eis ⁊ multiplicati sunt nimis: ⁊ iumenta eoꝝ nō minorauit. Et pauci facti sūt: ⁊ vexati sunt a tribulatione malorꝫ ⁊ dolore. Effusa est contemptio super principes: ⁊ errare fecit eos in invio ⁊ non i via. Et adiuuit pauperē de inopia: ⁊ posuit sicut oues familias. Videbunt recti ⁊ letabunt: ⁊ omnis iniquitas oppilabit os suū. Quis sapiēs et custodiet hec: et intelliget misericordias dñi? Alleluia.

Paratū cor meū deꝰ paratum cor meū: cātabo ⁊ psallā i gla mea. Exsurge psalterium et cythara: exsurgam diluculo. Confitebor tibi i pplis dñe: ⁊ psallā tibi i nationibꝫ. Quia magna sup celos misericordia tua: ⁊ usq; ad nubes veritas tua. Exaltare sup celos deꝰ: ⁊ super omnē terrā gla tua: ut liberentē dilecti tui. Saluū fac dextera tua ⁊ exaudi me: deꝰ locutus est in sancto suo. Exultabo ⁊ diuidā sichimam: ⁊ convallē tabernaculorū dimetiar. Meus ē galaad ⁊ meꝰ ē manasses: ⁊ ephraim susceptio capitis mei. Iuda rex meꝰ: moab lebes spei mee. In ydumeā extendā calciamentum meū: michi alienigene amici facti sūt. Quis deduceret me i ciuitatem munitam: quis deduceret me usq; in ydumeam? Nonne tu deꝰ ꝙ repulisti nos: et non exibis deꝰ in virtutibꝫ nris? Da nobis auxiliū de tribulatione: quia vana salus hominis. In deo faciemꝰ virtutē: ⁊ ipe ad nichilū deducet inimicos nros.

Deus laudē meam ne tacueris: quia os peccatoris ⁊ os dolosi sup me apertū est. Locuti sunt adversum me lingua dolosa: ⁊ sermonibꝫ odij circumdederūt me ⁊ expugnauerunt me gratis. Pro eo ut me diligerēt detrahebāt michi: ego aūt orabam. Et posuerūt adversum me mala pro bonis: ⁊ odiū pro dilectione mea. Constitue sup eum peccatorē:

RESERVED © Biblioteca Apostolica Vaticana

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/Stamp.Barb.AAA.IV.16/0649
powered by DWork • Heidelberg University Library

et dyabolus stet a dextris ei⁹. Cum
iudicat⁹ exeat condemnat⁹: et oratio e-
ius fiat in peccatū. Fiāt dies ei⁹ pau-
ci: et episcopatū eius accipiat alter.
Fiant filij ei⁹ orphani: et uxor eius
vidua. Nutantes trāsferent⁹ filij eius
et mendicent: eiciant⁹ de habitationibz
suis. Scrutetur fenerator⁹ omnem sub-
stantiā ei⁹: et diripiāt alieni labores
eius. Non sit illi adiutor: nec sit qui
misereat⁹ pupillis ei⁹. Fiant nati ei⁹
in interitū: in generatione una deleat⁹
nomē ei⁹. In memoriā redeat iniq-
tas patrū ei⁹ in cōspectu dñi: et peccatū
matris eius nō deleat⁹. Fiant contra do-
minū semp: et disperdat de terra memo-
ria eorū: pro eo q nō est recordat⁹ fa-
cere misericordiam. Et persecut⁹ est hominē
inopē et mendicū: et compunctū corde
mortificare. Et dilexit maledictionē
et veniet ei: et noluit benedictionē et e-
longabit⁹ ab eo. Et induit maledic-
tionē sicut vestimentū: et intrauit si-
cut aqua in interiora ei⁹: et sicut oleū in
ossibz ei⁹. Fiat ei sicut vestimentum
quo operit⁹: et sicut zona qua semper
precingit⁹. Hoc opus eorū q detrahūt
michi apud dñm: et q loquunt⁹ mala
aduersus animā meā. Et tu dñe dñe
fac mecū propter nomen tuū: quia suā
vis ē misericordia tua. Libera me quia egē-
nus et pauper ego sū: et cor meū conturba-
tū est intra me. Sicut umbra cum
declinat ablatus sū: et excussus sum
sicut locuste. Genua mea infirmata
sunt a ieunio: et caro mea immuta-
ta ē propter oleū. Et ego factus sum
